BIBLIOTHECA
HISTORICA

INSTRUCTA

A

B. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis I Pars I.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

MDCCLXXXII.

I. G. MEUSEL
LECTORI BENEVOLO S.

Quod b. Buder paullo ſerius, cum plures iamiam plagulae editionis bibliothecae hiſtoricae Struvianae a. MDCCXL a ſe paratae typis excuſae eſſent, animo conceperat; id ego, cum novam operis editionem ante aliquot annos ſuſcepiſſem, quantum pro virium tenuitate fieri poſſet, perſequi atque conficere ſtudui. Placuit enim, cancellos, quibus b. Struvius immenſam paeneque infinitam litteraturae hiſtoricae copiam nimis arcte circumſcripſerat, acri animo perfringere, latiores campi fertiliſſimi fines, quibus paullo liberius pabulatoris in colligendo induſtria evagari poſſet, deſcribere, adeoque plane novum, quo meſſis uberioris proventus recto iuſtove ordine collocari queant, horreum exſtruere. Alias certe litterarum iſtarum partes et Struvius et Buderus colere penitus neglexerunt, alias tantummodo attigere, alias ſine ullo ordine elaborarunt; plagulae inſuper fere omnes foeda mendorum typographicorum multitudine

 detur-

BIBLIOTHECA HISTORICA

INSTRUCTA
A
B. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO
AUCTA
A
B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO
NUNC VERO
A
IOANNE GEORGIO MEUSELIO
ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,
UT PAENE NOVUM OPUS
VIDERI POSSIT.

Voluminis I Pars I.

LIPSIAE,
APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.
MDCCLXXXII.

I. G. MEUSEL
LECTORI BENEVOLO S.

Quod b. Buder paullo ſerius, cum plures iamiam plagulae editionis bibliothecae hiſtoricae Struvianae a. MDCCXL a ſe paratae typis excuſae eſſent, animo conceperat; id ego, cum novam operis editionem ante aliquot annos ſuscepiſſem, quantum pro virium tenuitate fieri poſſet, perſequi atque conficere ſtudui. Placuit enim, cancellos, quibus b. Struvius immenſam paeneque infinitam litteraturae hiſtoricae copiam nimis arcte circumſcripſerat, acri animo perfringere, latiores campi fertiliſſimi fines, quibus paullo liberius pabulatoris in colligendo induſtria evagari poſſet, deſcribere, adeoque plane novum, quo meſſis uberioris proventus recto iuſtove ordine collocari queant, horreum exſtruere. Alias certe litterarum iſtarum partes et Struvius et Buderus colere penitus neglexerunt, alias tantummodo attigere, alias ſine ullo ordine elaborarunt; plagulae inſuper fere omnes foeda mendorum typographicorum multitudine

deturpatae. Ne vero nihil mali abeſſet, praetermiſſi ſunt ſaepius alto ſilentio libri praeſtantiſſimi, mali vero atque inutiles paſſim adſcripti, quid? quod praeconiis condecorati. Quam ob rem opus titulum *ſelectae* bibliothecae hiſtoricae iure ſuo haud ſuſtinere potuit; ideoque et nos vocabulum iſtud in libri fronte abeſſe iuſſimus. Delectus enim in libris hiſtoricis cum per ſe difficilis, paucaque diſciplinae noſtrae ſcripta tam prava ſint, quin aliqua ratione iis uti poſſis; id praecipue cavendum videtur, ne plane abiectos peſſimosque libros, piperi vendendo deſtinatos, excitemus. His igitur exceptis, omnes alios ſcriptores hiſtoricos, quantum fieri poterit, conſignare atque enumerare liceat. Rarum enim propemodum fuerit, offendere in illo genere auctorem, qui errores, nonnunquam ſatis graves, atque peccata hinc inde commiſſa, non inſigniore quadam dote compenſet. *In poëtis*, ait Cicero, *non Homero ſoli locus eſt, aut Sophocli, aut Pindaro: ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos.* Tanto minus hiſtoricae litterae dedecoris conſequentur, quod viris conſpicuis et in orcheſtra eminentibus humiles, ex ultima cavea nonnulli homines interponuntur: querelae potius et accuſationis non poteris

teris

teris non plurimum excitare, ſi in contrarium tuopte arbitratu iveris. Neque enim in ſylvis arbores natura facit ad eandem proceritatem excreſcere; quid? quod earundem ſub umbra luxuriantes perſaepe frutices, virgultaque internata, et myricae humiles obſervantur. Facit ad hortorum amoenitatem, quod non idem ubique nitor conſpiciatur in floribus, quippe quorum multiplex varietas diverſique pulchritudinis gradus multo magis blandiuntur oculis. Ne pluribus morer; eadem librorum hiſtoricorum ratio, ac metallorum eſt numorumque. Quis enim vel plumbum abiiceret, tanti in aedificiis et ad varia in vita communi inſtrumenta uſus? quis numorum avidus, etiamſi ex auro fabricatos pluris aeſtimat, idcirco non aereos ſuo relinquat pretio, aut carere iis velit gratuito? Libri adeo interdum peiores, cum adulterini etiam numi, iique iure ſuo, notentur, curioſius paullo atque apertius notandi omnino ſunt, monendique lectores, ut ſibi ab eorum lectione aut uſu caveant, vel ſaltem iis caute utantur.

Erunt quidem, de quo nullum nobis eſt dubium, quibus nimium hoc putetur, neque tam ſingulare, quam parum viro ſapiente dignum,

 in

in huiusmodi ſcriptione partem aetatis humanae magnam conterere, atque adeo in coacervandis iis omnibus, quae ſcriptorum arguunt virtutes vel peccata; et in triſti catalogorum conficiendorum ſtudio quaſi conſeneſcere. Sed hi erunt, quibus haud ſatis hiſtoria litteraria perſpecta, eiusque utilitas explorata eſt; qui ingentes, quibus premitur, difficultates non intelligunt, qui ad vaſtos cognitionis iſtius ambitus nunquam adverterunt animum, qui denique iſtud genus ſcriptionis, non ſapientiae regulà, ſed ſuo ingenio metiuntur, nihil habentes penſi, quid ex properatis laboribus ſuis verae utilitatis emergat; modo ſibi quaeſtus paretur et gloriola. Vidimus olim a pluribus, qui diſciplinam ſapientiae profeſſi ſunt, diſputationes conſcriptas, *de eo quod nimium eſt* in hoc vel illo ſtudio; quorum ut inſtituta et rationes neutiquam reprehendimus — multa enim commode ab iis diſci poſſe, quis negaverit?.— ita ſi qui illud *nimium* cogitent ad litterarum hiſtoricarum ſtudium applicare, nempe ut huic fines mediocris induſtriae praeſcribantur, habeant ſibi elegantem philoſophiam ſuam, et ignaviae, quam commendatum eunt, laudem reportent, quam merentur.

Aliis

Aliis contra minime laborasse, nimium videbimur. Omissa potius a nobis multa, praeclara adeo atque utilia, desiderabunt, graviterque forte reprehendent. Quod quidem licet non sine iniuria plane faciant — quis enim mortalium oceanum exhaurire audeat? — tamen, si fieri potest, humanitatis iure ab illis postulamus, ut non prius damnent, quam universa cognoverint, neque de hoc opere pronuncient prius, quam cum bibliotheca selecta historica Struvio-Buderiana, a. MDCCXL in lucem edita, id ipsum contulerint. Interim negare nolumus, inceptum viribus nostris maius esse, et ad illud multa, quae in nobis non sint, desiderari: sed vicit ardens a pueris, historiam litterariam penitius cognoscendi, cupido de eaque promerendi studium, cui dum consuleremus, temerarii quam ingrati haberi maluimus. A multis certe inde annis, vel aliis occupati negotiis litterariis, subinde auximus et emendavimus bibliothecam istam historicam; et cum *Reichius*, vir honestissimus, novam eius editionem a nobis peteret, omnes paene intendinus nervos, ut bibliotheca ista plenior et instructior evaderet. Consuluimus insuper, viribus auxiliisque minime confisi, viros litteratissimos, v. c. SIEBEN-

 KEE-

KEESIUM (qui, pro ſingulari ſua humanitate, omnes fere huius partis plagulas, antequam praelo committebantur, diligenter perluſtravit, auxit, emendavit), WILLIUM, IAEGERUM, SCHWARZIUM, HUMMELIUM, Altorfinos, atque EKKARDUM, Bibliothecae Goettingenſis inſtructiſſimae cuſtodem intelligentiſſimum. HARLESIUS quoque, collega nobis coniunctiſſimus, liberaliter e bibliotheca, quam poſſidet, exquiſita plura nobis ſuggeſſit ad hoc opus elaborandum ſubſidia. Quos praeclariſſimos viros condignis proſequi praeconiis gratiarumque actionibus, ut iubet vehementerque cupit noſtra pietas, ita ſevere prohibet inuſitata eorum, et laudis publicae prorſus impatiens, modeſtia.

Hos igitur, aliosque Muſarum ſacerdotes, extra Germaniam noſtram etiam viventes, rogamus atque obteſtamur, ut non ſolum, quae in hac prima operis parte, manca aut minus recte ſcripta videant, *benevole* nobis indicent, ut ea in poſterum, Analectorum forma, ad maiorem bibliothecae perfectionem publico uſui offerre poſſimus; ſed etiam conſilia ſubſidiaque ad futuram eius continuationem *humaniter* nobiscum communicent.

Caete-

Caeterum prima hac parte, quae ad histo-iae litteraturam in universum spectant, consi-navimus, specialia ad partes sequentes reserva-iri. Scriptores historiae populorum antiquio-um sequentur recentiorum historici, in quibus s locus erit postremus, qui Germanorum res iarrant vel illustrant, ut scilicet plus eo tempo-is in locupletanda et elaboranda hac operis arte lucremur. Agmen claudent scriptores eographici, genealogici, diplomatici, heral-lici, numismatici, itinerariorum etc. universa-es nimirum, quos capitibus praecedentibus, ubi le singularum gentium historicis dicetur, recen-ere haud conveniet. Lectorum commoditati t in posterum consulemus, adhibita non solum ura, ut nomina locorum verbaque non Latina liverso a caeteris charactere, quem *cursivum* vo-ant, scriptorum vero nomina maiusculis typis exprimantur, ut argumenta et auctorum nomi-na non tantum singulos libros, sectiones arti-culosque praecedant, verum etiam ad marginem legantur, utque emendate, quantum in hac im-mensa nominum numerorumque segete fieri potest, typisque recentibus nec detritis descri-batur opus; sed etiam indicibus accuratissimis ac locupletissimis, vel volumini unicuique, vel ope-

ri integro abſoluto addendis, et a nobis ipſis elaborandis.

Tu igitur, humaniſſime lector, noſtram tui iuvandi propenſam et paratam voluntatem in optimam partem intellige; et in his interea quieſce, dum illa in conſpectum tuum, Deo bene iuvante, prodibunt; quorum ſpem tibi eo magis confirmamus, quo plus quotidie amicorum cohortatione propriaque voluntate exſtimulamur. Vale, benevole lector, et ſtudiis noſtris fave! *Scribeb.* ERLANGAE, *in Academia Friderico-Alexandrina* a. d. XII m. Martii cIɔIɔCCLXXXII.

B. STRU-

B. STRUVII
P R A E F A T I O,
EDITIONI BIBLIOTHECAE HISTORICAE PRIMAE (*IENAE* 1705. 8.) PRAEFIXA.

L. B.

Proponitur in praesenti Bibliotheca Historica, quam nuperius promisi. Latius eandem deduxi, eo quod studiis meis magis conveniret. Conatus sui, ut digererem in eandem non libros quoscunque, sed selectiores saltim et qui aliis praestarent: ubi forsan alii intermixti, vel defectus scriptorum, vel communis alias usus in causa fuit. Historiarum diversitas et regnorum multitudo plura capita postulavit, ita ut uno supra trigesimum integra Bibliotheca absolvatur. Caput primum quidem recenset scriptores Bibliothecae Historicae et de methodo legendi cognoscendique historias. Secundum et tertium fontes historiarum, Scriptores antiquos et recentiores Monarchiae Assyriorum et Persarum, Graecorum et Regnorum Asiaticorum absolvit. Quartum Scriptores Historiae Romanae in statu libero; Quintum Scriptores Historiae Augustae, sive Imperatorum Romanorum comprehendit. Sextum de Scriptoribus Historiae Byzantinae agit, Septimum Scri-

ptores

ptores Historiae Imperatorum Germanicorum continet. Octavum de Scriptoribus Historiae universalis tractat. Nonum Scriptores Historiae Gothorum, Longobardorum aliarumque gentium Barbararum persequitur. Decimum Scriptores rerum Hebraicarum; Undecimum Scriptores Rerum Orientalium. Duodecimum Scriptores Rerum Africanarum et Americanarum enumerat. Caput Decimum Tertium Scriptores rerum Portugallicarum et Hispanicarum; Decimum Quartum Scriptores Regni Gallicani et Navarreni. Decimum Quintum Scriptores rerum Belgicarum; Decimum Sextum Scriptores rerum Britannicarum inducit. Prolixius deducuntur Scriptores Historiae Germanicae, qui varia capita constituunt. Caput Decimum Septimum quidem considerat Scriptores Historiae Germanicae Generalis, Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Abbatiarum et Monasteriorum: Decimum Octavum Scriptores Rerum Austriacarum cum adnexis provinciis: Decimum Nonum Scriptores rerum Ungaricarum, Bohemicarum et Silesiacarum. Caput Vigesimum examinat Scriptores rerum Borussicarum et Brandenburgicarum cum provinciis: Vigesimum Primum Scriptores Historiae Bavaricae et Palatinae; Vigesimum Secundum Scriptores Historiae Saxonicae; Vigesimum Tertium Scriptores Historiae Brunsuicensis et Lüneburgensis: Vigesimum Quartum Scriptores Historiae Principum Germaniae; Vigesimum Quintum Scriptores Historiae Comitum, Civi-

tatum Imperialium, Circulorum et Provinciarum Imperii Romano-Germanici declarat. Ex Germania progressus fit per Helvetos, quorum Scriptores caput Vigesimum Sextum constituunt, in Italiam, de qua Scriptores in capite Vigesimo Septimo referuntur. Supersunt adhuc regna septentrionalia, et quidem Scriptores Historiae Danicae et Norwegicae in capite Vigesimo Octavo, Scriptores Historiae Suecicae in capite Vigesimo Nono, Scriptores Historiae Polonicae, Lithuanicae atque Moscoviticae in capite Trigesimo proponuntur. Ultimum est caput Trigesimum Primum, quod agit de scriptoribus, qui Introductionem in Historiam Regnorum dederunt, Geographicis, Chronologicis, Heraldicis, de Ordinibus equestribus, Calendariis et Dictionariis Historicis. In Monarchiarum descriptione antiquiores a recentioribus distinxi; Scriptores historiae universalis secundum secula. Inter regnorum particularium Scriptores praemisi semper, qui chorographiam, statum regionis vel naturam incolarum exposuerunt. His subiunxi illos, qui originem gentis, historiam vel universalem regni vel secundum pericopas Regum deductam, vel denique particulares eventus et bella descripserunt. Sequuntur demum, qui ad politicam faciunt, tum formam regiminis, ministros praecipuos, interesse publicum, et quae his adnexa; tum etiam statum ecclesiasticum, rem nummariam, insignia atque alia explicantes. Extantiores Scriptores et qui maxime considerationis digni sunt, non

sine

ſine iudicio praetermiſi: reliquos, medioxumos ſaepe et minorum gentium Deos, adduxi quidem, ſolis tamen titulis ſuo ordine digeſtis contentus, ne quid intactum relinquerem, quod materiae ratio poſtulavit. Facile mihi perſuadeo, reperiri adhuc quosdam, qui in hac tractatione fuerunt omiſſi, atque alias recenſeri omnino mererentur. Condonabunt autem Benevoli Lectores, cum nihil adhuc perfectum in librorum recenſione ſit praeſtitum. Illud potiſſimum egi, ut libros ſecundum capita et claſſes diſponerem, ut cuilibet facile ſit, librorum vel omiſſorum vel recens editorum addere ſupplementa. Plures bibliothecae non promitto, neque tamen denego, intentus interea hiſtoricis quibusdam elaborationibus, quarum ſpecimen propediem, Deo volente, evulgabitur. Vale.

B. BU-

B. BUDERI
RAEFATIO,
EDITIONI A. 1740 PRAEFIXA.

Triennium fere est, ex quo *Christianus Henricus Cuno*, honestissimus apud nos bibliopola, ad accessit, rogavitque, ut, ea ratione, qua *Bi-hecam Iuris Selectam Struvianam* emendatiorem ocupletiorem exhibuissem, darem quoque viri berrimi *Historicam*, quam et bibliopolae et docti iines frustra in tabernis librorum requirerent. a quidem attuli in medium, quae virum ab hoc tuto retrahere poterant; sed cum subinde preces ret, dedi tandem manus et hunc laborem, ho-l aliis iam dedito operosum et molestum, suscepi, us in primis cohortatione beati auctoris, prae-oris, patroni et in muneribus antecessoris, cui olenti hoc officium denegare vix potui. Saepe onditione librorum suorum, quas Bibliothecas ripsit, mecum familiariter locutus, quo erat can-, ingenue profitebatur, se primas harum Bi-thecarum lineas duxisse, quum ad studia rei lite-ae, ab aliis et plane diversis meditationibus et is vix abstractus, muneri Bibliothecae Ienensi efecti admotus fuisset. Quo tempore studiosis in demia Salana in deliciis erat nosse bonos libros

et

et comparare eorum in Bibliothecis, tabernis librariis, atque colloquiis eruditorum, notitiam et solicite investigare fontes limpidos, unde solidior eruditio profluit. His bonarum artium cultoribus ad se confluentibus in Bibliotheca Academiae nostrae egregie instructa, de notitia librorum bonorum quaedam dictare solebat, ex quibus ortae deinde sunt Struvianae Bibliothecae Iuris Selecta, Philosophica, Historica. Quam postremam, cum viri eruditi errores quosdam notarent, profitebatur se summa festinatione delineasse, ab auditoribus suis fere compulsum, qui finem factarum ad ductum huius libri recitationum urgebant. Addidit quidem, Professioni Historicae mox admotus, secundae et quae tertium videbat lucem, editioni huius Bibliothecae, nam exempla avide distrahebantur, accessiones quasdam; sed, arduis magis implicitus laboribus, hos literarios fere abiecit, aliisque supplendos permisit. Interim Bibliopola, qui sumptus fecerat, quum exempla desiderarentur semel, iterumque, sed praefixo, auctore ita volente, anno MDCCV libellum hunc formis excudendum curavit, auctis semper per negligentiam eorum, qui curam editionis susceperant, erroribus, B. *Struvio* certe non imputandis. Enimvero, si viro industriae incredibilis et qui egregios libros probe et cognoverat, et summa cura, impensisque non mediocribus, insignem plane comparaverat Bibliothecam, selectissimis rarisque libris instructam, ardua magis negotia tantum temporis reliquissent, quantum huiusmodi labos sane molestus et insuavis postulat, perfectiorem longe dare potuisset Bibliothecam Historicorum, sed lubens volens aliis eundem permisit. Quem antequam adgrederer faciliorem longe putabam, postea vero his curis immersus deprehendi, me servili operae quasi mancipatum esse. Tantus enim librorum Historicorum et primo

huius

us Bibliothecae collectore haut tractatorum, et
t priorum tempus editionum per omnes Europae
tes editorum, se obtulit apparatus, ut saepius in-
ıerim, me non de integro eundem orsum, et sa-
ex animo ingenioque meo totius operis oecono-
ac partitione, Bibliothecam aliquam Selectam
oricam condidisse. Sed quia et a me, et biblio-
ı, iam electae erant primae lineae, quas duxisset
STRUVIUS, & plagulae multae typis excusae,
ı erat liber regressus. Tela igitur, quae semel
pta, erat pertexenda, et ad delineationis *Stru-*
uae filum Scriptores collocandi. Lectoribus ta-
ı huius opellae benevolis, curate pervestiganti-
capita classesque historicorum nostrorum, pate-
n plerisque vix prioris laboris vestigia remansisse.
enue profiteor laborem plane novum mihi faci-
em fuisse, quam supplementorum illum sane tae-
issimum. Studium autem omne adhibui, quan-
in hac humanarum actionum imbecillitate et
ı cum primis, tot aliis curis hoc tempore distra-
fieri potuit, ut cuiuslibet populi, quorumlibet
ntuum, praestantiores selectioresque conduce-
ı scriptores, conductos in suos ordines dispone-
ı, sic positos recenserem, atque de iis, qui prin-
s praestantioresque mihi visi, vel ipse sententiam,
odio, sine invidia, saepe debita cum laude et
itorum veneratione dicerem, vel aliorum me
ge et doctrina et iudicio excellentium virorum
cium, quale e. gr. in Polonicis BRAUNII corda-
mi viri, annotarem. Sunt quidem et in hac,
m inscripsi, *Selecta Bibliotheca*, minorum gentium
ptores, quique nec ob ingenium, nec doctrinam
ıdicium, multum sunt laudandi, quorum tamen
ıpilandi diligentia non plane contemnenda, de
autem cunctis sigillatim sententiam dicere et
tori et mihi sane fuisset permolestum, nam eae-

dem semper sententiae fuissent repetendae, quum non nisi in huiusmodi vulgaribus libris, congerendi diligentia et bona auctorum intentio sint collaudandae. Potissimum hoc in praefamine exoranda mihi est benigni, cordati, et huius argumenti operae periti Lectoris indulgentia, ob commissos errores, et scriptorum quorundam omissionem. Quae sane in tanta et fere infinita historicorum copia vel oculatissimo et diligentissimo contingere potest, licet ad manus habeat instructissimas bibliothecas. In numeros ordinesque iam redactis praestantioribus facilius est indicare, qui sint omissi, atque quidem ita digerere has tantas copias, hinc inde dispersas, nullumque plane omittere, qui commemoratione fuisset dignus. Quod vero ad errata attinet, quae in nominibus auctorum, designatione porro loci typographici, aut numerorum, quibus tempus, et libri forma indicatur, committuntur, rogatos volo benivolos Lectores et censores, ne hos omnes collectori Bibliothecae tribuant, sed si rei typographicae hodiernae sint gnari, recogitent, a typothetis saepe recte posita, vel bis et tertium emendata, tamen perverti, idque quandoque in numeris et casu fieri potest, quales rei librariae et typographicae peritis, diversi noti sunt. Cogitent porro et docti eruditique viri, librariae rei amatores, et olim, et nostro aevo, variis de caussis a bibliopolis et typographis, multas mirabilesque titulorum factas commutationes, qui inter artes suas habent, novi tituli efformatione mercem vendibiliorem reddere. Sunt mihi cogniti libri, qui simulac prelo liberati fuerunt, inter tres quatuorve sumtuum socios bibliopolas, divisi, quorum quilibet, nomen suum, locum tabernae, annumque editionis saepe diversum praefixit. Libris egregiis, qui fato quodam singulari carceri veluti et custodiae mancipati fuere, post multos exactos annos novae datae inscri-

ptiones,

ptiones, ne plagula quidem operis mutata. Quandoque prima tantum et extrema pagellarum mutatae, hisce aliquid assutum est, ad fallendos alliciendosque novos emtores. Sunt Libri, quorum titulus vix per annum bibliopolae placuit, et cum nigrum primum dedisset, vix uno aut altero anno elapso rubrum splendidioremque exhibet, putant enim elegantem etiam titulum librum facere vendibiliorem. Quae sane artes, et necessariae illae saepe quandoque in optimis praestantissimisque libris, dici non potest quantum in re litteraria et libraria turbent. Caute itaque censori pronunciandum, nec statim oscitantiae adscribendum, quod exemplo oculis tuis subiecto, non congruit. Neque tamen his excusationibus id volo, ac si mei errores his observationibus quas conditio rei librariae dat, possint tegi. Homo sum, in re libraria et literaria mediocriter versatus, et dum hunc laborem suscepi et peregi, aliis et longe gravioribus occupatus, quae curae saepe omni studio pervestigantem mire perturbarunt. Omnes itaque, quibus inspicere hanc Bibliothecam, eademque tanquam indice fortasse uti placebit, rogo et obtestor, velint, ni grave fuerit, commissos errores pro sua benignitate ferre, et perliberaliter emendare. Ad postremum non reticenda est mihi, sed publice praedicanda eorum benevolentia, qui laborem hunc mihi per se taediosum maxime, sublevare, concessisque mihi suis Bibliothecae Struvianae exemplis faciliorem reddere voluerunt. Transmisit enim, qui Regiae et Electorali Academiae Gottingensi ornamento est, illustris Vir et ICtus elegantissimus GEORGIUS CHRISTIANUS GEBAUERUS suum exemplum, quo usus dum in Misniae et Germaniae ocello Lipsia, magna nominis celebritate res eruditas ageret, Bibliothecasque illustres, cumprimis Senatoriam copiosissimam curiose pervestigaret, prae-

ſtantes varios libros eidem allevit. Gratias quoque ago multas, clariſſimo doctiſſimoque Viro I. E. SCHREIBERO, in Roſtochienſi Academia hoc tempore agenti, qui ante plures annos Bibliothecae Hiſtoricae Struvianae exemplum transmiſerat, quo, lectis non ſine eruditae diligentiae inſigni laude plerisque Diariis eruditorum, novos eosdemque egregios libros, diligenter annotarat. Horum aliorumque meritiſſimorum Virorum ſubſidio difficilis ſervilisque fere labor multum fuit ſublevatus. Caeterum liceat mihi ſub finem addere ea, quae haut ita pridem ſimili fere argumento occupatus in *Bibliothecae* ſuae *Belgicae* frontiſpicio poſuit literatiſſimus Vir FOPPENS:

Nil ſcribitur totum? quis hoc mare effundat?
Multum valent reciſa parva de magnis
Momenta rerum, et quae argumenta ſunt ſumma
Suffecerit tractaſſe, nullus abſolvet.

INDEX

INDEX
CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPUT I.

CAPUT II.

Sect. XIII.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA HISTORICA.

CAPVT I.

DE HISTORIA HISTORIAE, HISTORIOGRAPHIA, HISTORIOMATHIA, BIBLIOTHECIS HISTORICIS, VITIS HISTORICORVM CELEBRIORVM ETC.

I.

Hiſtoria hiſtoriae deſideratur.

Variarum diſciplinarum hiſtorias viri eruditi non ſine fructu plauſuque inſigni condere ſtuduerunt: at qui viciſſitudines fataque ſtudii hiſtorici ſive hiſtoriam hiſtoriae rite copioſeque expoſuerit, nemo adhuc exſtitit. Conati quidem illud ſunt aliqui: ſed vana irritaque fuere eorum ſtudia. Sic Francogallus LANCELOT *de la* POPELINIERE in lucem edidit: *Hiſtoire des hiſtoires, avec l'Idée de l'hiſtoire accomplie* (*à Paris* 1599. 8.), ſed recenſionem hiſtoricorum potius dedit, quam hiſtoriam ſtudii hiſtorici. Idem facere voluit IOAN. MICH. HEINECCIVS in *Hiſtoria hiſtoriae, ſeu de fatis ſtudii hiſtorico - chronici apud varias gentes* Schediaſmate (*Helmſtadii* 1703. 6 plagg. in 4.). Verum nec haec diſſertatio ſuae reſpon- Hiſtoria hiſtoriae.

dit inſcriptioni; nam perfunctorie duntaxat oſtendit, pleraſque gentes et olim habuiſſe et nunc habere ſuarum rerum hiſtoricos; id quod iam *Huetius* manifeſtum fecerat in ſua *Demonſtratione Evangelica* *), ut obſervat *Heumannus* in *Conſpectu hiſt. liter.* cap. V. §. 44. Ipſe HEVMANNVS typis deſcribi curavit ibidem (§. 45.) hiſtoriae hiſtoriunculam (tres enim modo pagellas occupat) a IOAN. FRID. CHRISTIO delineatam. Paullo copioſius idem argumentum tractavit IOH. IAC. RAMBACH in proluſione *de fatis ſtudii hiſtorici.* Magdeb. 1763. 4. Vix tandem mentione digna, quae ſuper eodem argumento profert JUVENEL de CARLENCAS in libro, qui inſcribitur: *Eſſais ſur l'hiſt. des belles lettres* (T. I. p. 153-169. verſionis theotiſcae, *Kappii* curis elaboratae).

II.

Libri de hiſtoriographia et hiſtoriomathia.

Hiſtoriographia et hiſtoriomathia. Methodos legendi, ſcribendi, docendique hiſtoriam plures ſunt, qui dederunt. Antiquiores eruditeque ſcriptas pleraſque invenies in collectione IOANNIS WOLFII ſequenti:

Artis hiſtoricae penus, octodecim ſcriptorum tam veterum, quam recentiorum monumentis, et inter eos *Io. Bodini* libris methodi hiſtoricae ſex inſtructa, *Baſileae* 1574. 2 Voll. in 8. *ibid.* 1576. 8. (haec ſecunda editio XIII ſaltem opuſcula, at praeſtantiora, habet) *ibid.* 1579. 2 Voll. 8.

In qua editione tertia copioſiore hac ſerie comparent ſcriptores:

1. IOH. BODINI *Methodus ad facilem hiſtoriarum cognitionem* p. 1 ſqq. Aliae huius libri editiones hae ſunt: *Pariſ.* 1566. 4 ib. 1572. 8. *Baſil.* 1576. 8. *Argent.* 1598. 12. *Genevae* 1610. 8. *Argent.* 1627. 12. *Amſtelod.* 1640. 1650. 12. et alibi. Ordo quidem in hoc Bodini libro non ſatis

*) Prop. IV. in Cap. de libris Regum §. I. p. 345 ſq.

tis lucidus, amor etiam patriae auctorem passim iniustum erga alias gentes fecit, resque non ad scopum pertinentes ille immiscuit: tamen prae reliquis huius generis libris lectu dignus. Cf. ANT. POSSEVINI iudicium de — Io. Bodini — aliorumque quibusdam scriptis etc. *Rom.* 1592. 8. *Lugd.* 1593. 8.

2. FRANC. PATRITII de historia dialogi X, *Io. Nicol. Stupano*, Rhaeto, interprete (p. 397 sqq.). Archetypum inscribitur: *Della Istoria, diece Dialoghi della historia. In Venezia* 1560. 4. *)

3. IOAN. IOVIANI PONTANI *Actius*, *dialogus de historia* (p. 544 sqq.). Primum Italice editus *Venetiis* 1560. 4.

4. FRANC. BALDVINI *de institutione historiae universae et eius cum iurisprudentia coniunctione προλεγομένων* libri II etc. (p. 593 sqq.). Prodierunt quoque *Paris.* 1561. 4. *Argentor.* 1608. 12. et cum *N. H. Gundlingii* praef. *Hal.* 1726. 8. Inserti etiam *Heineccii* Iurispr. Rom. T. I. p. 1455. Multis referti sunt optimis praeceptis, rem historicam adiuvantibus.

5. SEBAST. FOXII MORZILLI, Hispalensis, *de historiae institutione* liber (p. 743 sqq.). Primum editus *Paris.* 1557. 8. Multa egregia complectitur de scribendae, legendae, ac iudicandae historiae ratione.

6. IO. ANTONII VIPERANI *de scribenda historia* liber (p. 838 sqq.). Excusus antea *Antverp.* 1569. 8. deinde in eius Opp. *Neap.* 1606. Erudire historiarum studiosum non leviter potest.

7. FRANC. ROBORTELLVS *de scribenda historia* p. 891 sqq.). Variae huius opusculi, brevioris quidem, sed lectu tamen non indigni, exstant editiones, v. c. in rariore ista Robortelli schediasmatum collectione, quae *Florent.* 1548. in 8. prodiit. Cf. *Freytagii* Analecta p. 787.

8. DIONYSII *Halicarnassei* de Thucydidis historia iudicium, *Andr. Dudithio* interprete (p. 916 sqq.).

Secundus Tomus habet:

1. *De scribenda universitatis rerum historia* libros V, CHRISTOPH. MILAEO autore (p. 1 sqq.) editos antea

*) Cf. *Biblioteca dell' eloquenza Italiana di Monsignore* GIUSTO FONTANINI, *con le annotazioni del Signor* APOSTOLO ZENO, (*Venezia* 1753. 2 Voll. in 4 mai.) T. II. p. 107.

antea *Florentiae* 1548. 4. *Basil.* 1551 et 1577. fol. posteaque *Ienae*, studio *Io. Ge. Mülleri*, hac inscriptione: *Hermes academicus*, 1624. 8. Praecepta varia Milaeus quidem tradit, quae in usus tuos convertere possis: magis tamen in eo est; ut observationes varias offerat in historiam naturae, artium et litterarum, maximam partem ex trivio petitas.

2. VBERTVM FOLIETAM *de ratione scribendae historiae* (p. 408 sqq.), cum eiusdem Diss. *de similitudine normae Polybianae* (p. 443 sqq.). Prior libellus etiam editus *Romae* 1574. 4. et in *Graevii* Thesauro antiqq. et histor. Italiae T. I. p. 1193. Complura Folieta magno iudicio disceptat, ut lectu dignus, si quisquam, existimari debeat.

3. *De lectione historiarum recte instituenda* DAV. CHYTRAEVM (p. 452 sqq.). Saepius excusum est opusculum, v. c. *Argentor.* 1563. 8. *Rostoch.* 1567. 8. *Vitemb.* 1576. 8.

4. LVCIANVM *de scribenda historia* (p. 565 sqq.). Libellus notissimus isque aureus, saepissime typis repetitus, cum in Luciani operibus, tum separatim (v. c. *Lipsiae* 1776. 8.), variasque in linguas translatus, v. c. Theotisce ab *Abbtio* in epistolis criticis, bonae frugis plenissimis, quae inscribuntur: *Briefe die neueste Litteratur betreffend*, T. 20. p. 6 sqq. et a *Meuselio* in *Gatterери allgemeinen histor. Bibl.* T. 2. p. 127 sqq.

5. SIMON. GRYNAEVM *de utilitate legendae historiae* (p. 595 sqq.)

6. COELII SECVNDI CVRIONIS *de historia legenda sententiam* (p. 599 sqq.)

7. CHRISTOPH. PEZELII *Orationem de argumento historiarum et fructu ex earum lectione petendo* (p. 603 sqq.). Habita erat Vitemb. 1568.

8. THEODOR. ZWINGERVM *de historia* (p. 618 sqq.).

9. IOAN. SAMBVCVM *de historia*, in praefatione ad *Bonfinii* historiam Ungariae (p. 644 sqq.).

Post hanc nonam lucubrationem sequitur index, posteaque novo titulo novaque paginarum serie:

ANTONII RICCOBONI, Rhodigini, *de historia* liber, cum fragmentis historicorum veterum Latinorum, summa fide et diligentia ab eodem collectis et auctis etc. *Basil.* 1579. 8. Prima vice *Venet.* 1568. 4. in lucem editus

editus erat. Hiſtorici, quorum fragmenta hic exhibentur, ſunt: M. Porc. *Cato Cenſorinus*; Q. Claudius *Quadrigarius*; L. *Siſenna*; C. Criſp. *Salluſtius*; M. *Varro*; *Fabius Pictor*; *Piſo Frugi*; C. *Fannius*; L. Cael. *Antipater*; Sempron. *Aſellio*; C. Licinius *Macer*; Valerius *Antias*; L. Caſſius *Hemina*; Q. Ael. *Tubero*; C. *Oppius*; Corn. *Nepos*; P. *Nigidius*; M. Valer. *Meſſala*; *Feneſtella*; Atteius *Capito*; Maſurius *Sabinus*; *Tuditanus*; Cn. *Gellius*; L. Cornel. *Sylla*; L. Cincius *Alimentus*; Iul. *Hyginus*; *Sammonicus Serenus*.

De his aliisque ſcriptoribus, in primis vero de odino, iudicium fert, ſed de addictis Proteſtantium cris ſaepe inique ſentit, utilia tamen exhibet praepta ad hiſtoriam recte diſcendam, ANTONIVS)SSEVINVS S. I. in hoc libro:

Apparatus ad omnium gentium hiſtoriam, *Venetiis* 1597. 8. *ibid.* auctior 1602. 8. et in eiusd. *Poſſevini* Bibliotheca ſelecta de ratione ſtudiorum (*Rom.* 1592. f. et *Colon.* 1607. f.) T. I. Verſio etiam Italica huius libri *Venetiis* prodiit.

Separatim exſtant varii huius argumenti libri alii, et non omnes ſatis limati et elegantes, tamen non ie fructu, ſiquidem hodie lectores inveniant, conlendi, nempe:

VENTVRAE COECI Dialogus de conſcribenda hiſtoria, *Bononiae* 1563. 4.

REINERI REINECCII Methodus legendi, cognoſcendique hiſtoriam ſacram et profanam, *Helmſtadii* 1583. fol. quae generalis eſt, et non hiſtoriam ſolum univerſalem, ſed etiam chronologiam, hiſtoriam eccleſiaſticam et ſcholaſticam, genealogiam, et quid ſub quavis parte contineatur, delineans, nequaquam vero ordinem legendi praeſcribens. Elegans et lectu digniſſima eſt *eiusdem* oratio *de hiſtoria eiusque dignitate*, quae cum ſuperiore exſtat, et ſeparatim quoque edita *Francofurti* 1580. fol. ſed nec iſta methodum docet, potius hiſtoriae dignitatem illuſtrat exemplis maxime principum virorum atque heroum, qui, vel ipſi rerum geſtarum annales compoſuerunt, vel eos, qui talia fecerunt, ſummo in pretio habuerunt.

ANDR. FRANCKENBERGERI Institutiones antiquitatis et historiarum, *Wittebergae* 1586. 8. Recus. *ib.* 1697. 8. In tribus primis libris auctor de iudicio et delectu auctorum erudite agit, quid historicum faciat declarat, historiae antiquae, partim etiam novae scriptores ad regulas istas examinat, et, qui verus finis sit historiae, imitatio scilicet virtutis, emendatio vitae et consolatio in adversis, exponit.

ALESSANDRO SARDO *l'Antimaco de' Precetti istorici, Discorso. In Vinegia* 1586. 8.

IOH. COSTA de conscribenda rerum historia. *Caesareae Augustae* 1591. 4. Liber sane dignus, qui frequentius legatur, quam vulgo fieri solet.

IOH. BERNARTIVS de utilitate legendae historiae *Antwerpiae* 1593. 8. Iudicium non vulgare in hoc scriptore elucet.

FRID. TILEMANNVS Discursus philologicus de historicorum delectu. *Vitemb.* 1597. 8. Insunt in hoc eleganti, at hodie parum obvio, libro regulae de quovis scriptore iudicandi. *Frid. Hortleder* exemplo suo notulas adspersit, nondum, quantum memini, typis impressas.

PIERRE DROIT de GAILLARD *Methode, qu'on doit tenir en la lecture de l'histoire,* Paris. 1604. 12.

LAVR. DVCCII Ars historica, in qua non modo laudabiliter historiae conscribendae praecepta traduntur verum etiam nobiliores historici antiqui recentioresque examinantur. *Ferrarae* 1604. 4. Opusculum longe rarissimum; et quidem non immerito; praestantiora enim habemus.

THOMAE BONII de historia libri II. *Venet.* 1607. 8 Primo libro agit de historia in genere et de ordine, quo historici legendi; altero, quomodo comparatus esse debeat, qui historiam scribere aggreditur, in utroque vero est brevissimus et imperfectus.

BARTH. KECKERMANNI Commentatio de natura et proprietatibus historiae, *Hanoviae* 1610. 8. et in eius operibus (*Genev.* 1614. f.) T. II. Multa quidem insunt utilia, tamen imperfectus libellus.

LUIS CABRERA de CORDOUA *Historia para entenderla y escrivirla. Madrid* 1611. 4. Bona aptaque mixta malis et ad rem haud pertinentibus.

PHIL. GLASERI Syngramma historicum, scil. 1. de historia eiusque accidentibus; 2. de praestantia cognitionis

tionis historicae; 3. narratio rerum compendiosa ab O. C. ad a. 1601; 4. admonitio de recte legenda historia, et 5. Catalogus historicorum selectissimorum ordine digestus. *Argent.* 1611. et 1629. 4.

PAVLI BENII, *Eugubini*, de historia libri IV. *Venet.* 1607. et 1611. 4. et inter eiusdem opera, *Venet.* 1622. V Voll. f. Laudatur ab his, culpatur ab illis: nos ipsi librum non vidimus.

SEB. MACCII de historia libri tres, in quibus non solum caussa materialis, formalis, efficiens et finalis scriptionis historicae apprime declaratur, sed etiam singulae eius partes diligenter examinantur, et assignantur cuiusque praecepta, et vera ac propria traditur historiae scribendae ratio. *Venet.* 1613. 4. Multa, sed maximam partem futilia et inania de historicis iudicia continent.

ERICI BERINGERI, *Philyrei*, Discursus historico-politicus de veri historici officio et erroribus scripturientium nostri aevi, eorumque remedio. *Bremae* 1614. 8. Prima libelli pars nullius fere pretii: secunda iudicia sat acuta de historicis nonnullis comprehendit.

RENE' de LVSINGES des ALYMES *Maniere de lire l'histoire. à Paris* 1614. 8. Futilis libellus!

DEGOREI WHEAR liber mox laudandus.

SIM. STAROWOLSCII Penu historicum s. de dextra et fructuosa ratione historicos legendi Commentatio. *Venet.* 1620. 8.

LE ROY *de* GOMBERVILLE *des vertus & des vices de l'histoire & de la maniere de bien écrire.* à Paris 1620. 4. Maxime ob bona praecepta, quae auctor tradit, laudatur liber rarissimus.

GERARDI IOANNIS VOSSII *Ars historica*, sive de historiae et historices natura, historiaeque scribendae praeceptis commentatio. *Lugd. Batav.* 1623. 4. auctior et emendatior. *ibid.* 1653. 4. — Auctor historiae et historici naturam, historiamque scribendi praecepta elegantissime declarat, vitiaque et virtutes antiquiorum historicorum sub examen vocat.

Discours des conditions de l'histoire, par M. de SILHON. *à Paris* 1632. 8. *ibid.* 1662. 12. Inserta etiam dissertatio libello auctoris *de l'immortalité de l'ame,* ubi illam haud quaeras. Bona, sed vulgaria, tradit auctor praecepta.

L'arte istorica di AGOSTINO MASCARDI, *Trattati cinque coi Sommarii di tutta l'opera estratti dal Sig.* GIROLAMO MARCVCCI. *In Roma* 1636. 4. *In Venezia* 1655. 4. Excusi etiam sunt anno 1674. *in Venecia per il Baba*, in 12. et partem constituunt *Operum* MASCARDI *Etruscorum* tertiam. Eleganter, sed nimis diffuse! — Supplementum scripsit PAVL. PIRANVS titulo: *Dodici capi di* Paolo Pirani, *appartenenti all' arte istorica di* Agost. Mascardi, *con nuove dichiarazioni. In Venezia* 1646. 4. — Cf. FREYTAGII Adparatus litter. T. III. p. 421 sqq.

Discours de l'histoire par M. de la MOTHE LE VAYER, à Paris 1638 & 1647. 8. atque inter eius opera in fol. et duod. edita.

REINH. KOENIG de natura et lectione historiarum, nec non de serie et delectu historicorum. *Rintel.* 1638. 8.

La Science de l'histoire, avec le jugement des principaux historiens tant anciens que modernes, à Paris 1645. 12.

ZACHAR. HVMERI Historica, sive de historiae natura, eamque scribendi modo. *Upsal.* 1649. 8. — Liber rarus, id quod non valde dolendum.

MICH. ROVTARTII Oculus historiae seu Isagoge historica. *Bruxellis* 1659. 12. et *Hannoverae* 1664. 12.

NICODEMI FRISCHLINI et GEORGII PFLVEGERI Methodi legendi historias. *Norimb.* 1660. 12.

LE MOYNE *de l'histoire*, à Paris 1670. 12. Anglice *Lond.* 1695. 12. Disputat auctor, non adeo docte, contra Vossium.

Instructions pour l'histoire par le P. Rapin, à Paris 1677. 12. caeterisque viri elegantis opusculis insertae. Anglica versio, auctore *J. Davies*, prodiit *Lond.* 1680.

DE CORDEMOY *de la maniere d'écrire l'histoire*, in eius historia Francica, et in alia huius auctoris scriptorum collectione, titulo: *Divers traitez de Metaphysique, d'Histoire & de Politique.* à Paris 1691. 12.

Methode pour étudier chretiennement des historiens, par le P. THOMASSIN, à Paris 1683. & 1690. 2 Voll. in 8. Non tam praecepta tradit futuro historiographo, quam observationes theologicas et ethicas super variis argumentis historicis.

Les divers caracteres des ouvrages historiques, ou Introduction à la lecture de l'histoire par le P. MENETRIER. à Lyon 1694. 12. Minime sufficit ad intelligendam artem historicam; introductionis instar est ad historiam civitatis

civitatis Lugdunensis, quam doctus iste Iesuita meditabatur.

MASCAMPII Institutiones historicae. *Amstelod.* 1711. 4.

Methode pour étudier l'histoire avec un Catalogue des principaux historiens & de remarques sur la bonté de leurs ouvrages & sur le choix des meilleurs editions, par M. l'Abbé LENGLET du FRESNOY, *à Paris* 1713. II Voll. in 12.

Vix liber hic, reliquis eiusdem argumenti praestantior, in lucem publicam prodierat, IOAN. BVRCARDVS MENCKENIVS eundem idiomate Francogallico recudi fecit, catalogumque historicorum, quod ad res germanicas cum primis, auxit et emendavit, *Lips.* 1714. 8. Postea idem de re literaria immortaliter meritus vir librum huncce in linguam theotiscam translatum dedit *Lips.* 1718. 8. In hac editione librorum historicorum series insigniter est, dicta pluresve errores sublati sunt. Novam deinde pleniorem que editionem, ut novum veluti opus exhiberat, ipse auctor curavit, hac inscriptione:

Methode pour étudier l'histoire par Mr. l'Abbé LENGLET du FRESNOY. *Nouvelle edition augmentée & ornée de Cartes geographiques, à Paris* 1729. IV Voll. in 4. *) et iterum *ibid.* 1734. IV Voll. in 4. et IX Voll. in 12. Addidit deinde auctor Supplementum, *ibid.* 1740. I Vol. in 4. et III Voll. in 12. Quam editionem, sed sine historicorum catalogo, Batavi recudi fecerunt *Amstelod.* 1740. IV Voll. in 12. Novissima editio prodiit *Paris.* 1772. XV Voll. in 12. correcta et aucta passim a *Druetio:* sed maiorem curam is omnino adhibere debuisset, certe in catalogo historicorum locupletando, corrigendo, melioremque in ordinem redigendo; vix enim centesima pars librorum memorabilium, post ultimam a Lengleto ipso procuratam editionem, praecipue in Germania nostra et in regnis Europae septentrionalibus, typis impressorum, recensita; varia quoque manifeste falsa affirmata sunt, v. c. in scholis Germaniae

*) De huius editionis exemplis mutilatis v. *Beyeri* Memoriae hist. crit. libror. rar. p. 166 sq.

maniae historiam universalem doceri secundum Sleida ni libellum de quatuor summis imperiis (v. T. X. 119.).

Praeter versionem Menckenii Theotiscam ope ris Lengletiani aliam meliorem plenioremque, se cundum editionem anni 1740 elaboratam, accepimu a PHIL. ERNESTO BERTRAMO, qui ante aliquo annos Halae Magdeburgicae, Professoris iuris mu nere functus, obiit, *Gothae* typis expressam 1752 1754. IV Voll. in 8. Methodus Lengletiana tantun in his voluminibus exhibetur: catalogum historico rum multo auctiorem planeque mutatum Bertramu quidem promisit, nunquam vero promissis stetit.

Italica versio curis *Ioannis Coleti* hac epigraph edita: LANGLET di FRESNOY, *Metodo per istudia re la storia*, *accresciuto per* Giamburcardo Mencke nio, *e ampliato delle Storie d'Italia. Venezia* T. I 1716. T. II. 1726. 8. Alia versio Italica secundun recentiorem autographi editionem prodiit *Vene* 1740. 8 Voll. in 8. — Anglicam curavit versionen RICH. RAWLINSON: *Methode of studying history*..

Post Lengletum sequentes maxime scriptore artis historicae praecepta dederunt:

IOH. GVIL. JANI Sched. de veritate historiae et orati de vero historiae usu. *Vitemb.* 1714. 4.

ROLLIN tomo tertio et quarto libri praestantissimi, sae pius recusi, qui inscribitur: *La maniere d'enseigner & d'étudier les belles lettres.*

CHRISTOPH. AVG. HEVMANNI D. Prolegomena hi storica. *Gotting.* 1723. 4. et in eius *Poecile* T. III. p 422. De natura et divisione historiae in primis agi tur.

Principes de l'histoire par Mr. JUVENEL. *à Paris* 1733 8. Nova inauditaque frustra quaeres in viginti hisce plagulis.

(FRERET) *Vues générales sur l'origine & le melange des anciennes nations & sur la maniere d'en étudier l'histoi*

re.

re; dans l'Hist. de l'Acad. des Inscriptions T. XVIII. p. 49 sqq. ed. Paris.

de MAVPERTVIS *sur la maniere d'écrire & de lire la vie des grands hommes; dans les Mémoires de l'Acad. de Berlin* a. 1754. p. 507 sqq.

Letters on the Study and Use of History. By the late Right-Honorable Henry St. Iohn, Lord Viscount BOLINGBROKE. *A new Edition corrected. London* 1752. 8. et in Bolingbrokii Operibus (*Lond.* 1754. 5 Voll. in 4.) T. II.

Minor tantummodo pars harum epistolarum ad historiomathiam spectat: maior in eo est, ut historiae Iudaicae antiquioris auctoritas impugnetur, historicorum Romanorum prae Graecis praestantia confirmetur, atque historiae recentioris epitome exhibeatur. Iudicio acri caeterum si ad harum epistolarum lectionem accedas, magnam utilitatem exinde capere poteris. Theotisce, sed pueriliter admodum, librum reddidit *C. G. Bergmannus* Lips. 1758. Tom. II. 8 mai. Versionem quoque Francogallicam minus accuratam habemus (*Berolin.* 1752. 2 Voll. in 12.). Adversarios varios expertus est Bolingbrokius, V. C. IAC. HERVEYVM, IOH. LELANDVN, ROB. CLAYTONVM, qui veritatem et auctoritatem librorum divinorum contra dubia Bolingbrokiana defendere studuerunt.

Don IOSEPH de MORA Y CALA *Marques* de LLIO *Observaciones sobre los Principios elementales de la Historia,* T. I. scriptorum Academiae regiae litterarum humaniorum Barcinonensis 1756. 4.

DAVID HVME, Anglus sagacissimus, quoque differuit de historiae studio in . . . . .

Gallice in *Journal étranger* 1756. *Juin* p. 51 sqq. & 1760. *Octob.* p. 14 sqq.

Parvi momenti est *Essai sur l'art historique par* JEAN CHRET. STEIGER, *Leipzic* (1770) 8. Multo maioris vero, quae docuit IOH. CHRISTOPH. GATTERER variis in operibus, praecipue in isto, qui inscribitur: *Historische Bibliothek*, ubi multa de arte

historica

historica passim occurrunt, praecipue T. I. p. 15 sqq. *vom historischen Plan und der darauf sich gründenden Zusammenfügung der Erzählungen.* Ibid. p. 90 sqq. *vom historischen Gewissen.* T. II. p. 1 sqq. *vom Standort und Gesichtspunct des Geschichtschreibers.* Ibid. p. 38 sqq. IER. NIC. EYRING theotiscam dedit versionem dissertationis Angli IAC. MOOR de compositione historica.

CAR. RENAT. HAVSEN in scriptis suis miscellaneis (*Vermischte Schriften*, Halle 1766. 8.) exhibuit: *Freye Beurtheilung über die Wahl, über die Verbindung der historischen Begebenheiten, und Vergleichung der neuern Geschichtschreiber mit den römischen.* Cf. *eiusdem* DD. de theoria historiae civilis. *Hal.* 1769. 4.

Huc etiam pertinent, quae WEGELINVS de usu analogiae et inductionis in disciplina historica docuit, scriptione sequenti: *Plan raisonné d'une histoire universelle & diplomatique &c. à Berlin* 1769. 8. Exstat et in scriptis Acad. Berol. a. 1768. p. 472 sqq.

Varia quoque de arte historica tradit ALFIERE CARLO GIVLIANI in dissertatione, quae inscribitur: *Lezione delle antichità Lucchesi e del modo di ragionarne nell' Academia degli Oscuri in Lucca.* Reperies illam in ephemeridibus Italicis, quibus titulus: *Miscellanei di varia Letteratura* T. VIII. p. 175-243.

GE. CHRISTOPH. OERTELII Pr. de ratione historiae in scholis docendae et discendae. *Erlang.* 1772. 4.

Francogallus doctissimus MABLY in opere elementari, quod in usum iuvenis principis, nunc ducis Parmae regnantis, conscripsit, regulas etiam, quo modo historia sit addiscenda, tradidit. Versio theotisca sic inscripta: Hrn. Abbé de MABLY *Grundsätze von Einrichtung der politischen Gesellschaften aus der alten und neuen Geschichte hergeleitet, oder Anleitung die Geschichte zu studiren.* Bern 1777. 8.

IOAN.

IOAN. MART. CHLADENIVS, Professor olim rlangensis, librum composuit hoc titulo: *Allgemei- Geschichtswissenschaft, worinnen der Grund zu einer uen Einsicht in allen Arten der Gelahrheit gelegt ird. Leipzig* 1752. 8. Sed de cognitione historica, spectu cognitionis philosophicae, potius, quam de te historica, auctor egit. Varia tamen insunt, quae istoriographus in usus suos convertere possit, v. c. e connexione rerum gestarum, de veritate et pro- abilitate historica etc.

Rectius huc pertinere videtur libellus, in diiudi- ındis in primis medii aevi scriptoribus utilissimus: *'ersuch, den Gebrauch der Quellen in der Staats-und irchengeschichte der mittlern Zeiten zu erleichtern — ısgesetzt von D.* IOH. SALOM. SEMLER. *Halle* 761. 8.

Anglus denique nuper varia artis historicae capi- sermone poëtico egregie descripsit:

An Essay on History; in three Epistles to Edward Gibbon, Esq. By WILLIAM HAGLEY, *Esq. With Notes. Lond.* 1780. 8.

Series scriptorum de arte historica sat quidem lon- ı: nihilo tamen minus opus perfectum omnibus- ıe partibus absolutum, iudicio critico sensuque pul- ıri elaboratum, adhuc in votis est.

Recensendi nunc veniunt scriptores, qui singula tis historicae argumenta pertractanda sibi sumsé- ınt.

1. *Scriptores de fide et veritate historica et de Pyrrhonismo historico.*

Du peu de certitude, qu'il y a dans l'histoire, par Mr. de la MOTHE VAYER, *à Paris* 1664. 12. et in eius Opp. Theotisce a *I. F. Reimmanno* sine auctoris nomine editis, hoc indice: *Curieuser Discours von der Ungewissheit, die sich in der Historie befindet.* Frankf. und Leipzig 1704. 8. Historica fides et veritas.

IOAN.

rica fi- et veri- IOAN. EISENHART de fide hiſtorica. *Helmſtad.* 1679. 8. ibid. auctior 1702. 8. acceſſit huic editioni Oratio de coniungendis iurisprudentiae et hiſtoriarum ſtudiis.

CHRIST. THOMASII Diſſ. de fide iuridica. *Hal. Sax.* 1699. 4. et in eiusd. Opp. Acriter Eiſenhartus a Thomaſio notatur; uterque legi meretur.

IO. BVRC. MENCKENII D. de eo, quod iuſtum eſt circa teſtimonia hiſtoricorum, ſub praeſidio HENR. BODINI, cuius nomine praefixo etiam 1750 Halae eſt recuſa. *Halae* 1701. 4. et in *eiusd.* Diſſertationibus acad. (Lipſ. 1734. 8.) p. 177 ſqq.

IAC. PERIZONII Or. de fide hiſtoriarum contra Pyrrhoniſmum hiſtoricum. *Lugd. Bat.* 1702. 4. et in *eius* Oratt. et Diſſertt. (*ibid.* 1740. 8.) p. 103.

FRID. GVIL. BIERLINGII Diſſ. de iudicio hiſtorico. *Rintel.* 1703. 4.

CAROL. OTTON. RECHENBERGII D. de auctoritate hiſtoriae in probandis quaeſtionibus iuris et facti. *Lipſ.* 1709. 4.

FRID. GLADOVII D. de erroribus hiſtoricorum vulgaribus. *Hal.* 1714. 4.

IOH. GVIL. IANI Schediaſma de veritate hiſtorica, praemiſſum eius Hiſtoriae aerae Chriſtianae. *Viteb.* 1715. 4.

IOH. BVRC. MENCKENII D. de hiſtoricorum in rebus narrandis inter ſe diſſidiis, horumque cauſſis. *Lipſ.* 1717. 4. et in *eius* Diſſ. literar. p. 80.

Nouveaux Eſſais de critique ſur la fidelité de l' hiſtoire par M. le POUILLY (1724) *dans les Mémoires de l' Acad. des Inſcript.* T. VI. p. 71 ſqq. ed. Pariſ.

Reflexions ſur l' étude des anciennes hiſtoires & ſur le degré de certitude de leurs preuves, par M. FRERET. ibid. p. 146 ſqq.

IOH. GVIL. BERGERI D. περὶ ἅπαξ εἰρημένων ſ. de auctoritate unius teſtis. *Viteb.* 1722. 4.

AD. HENR. LACKMANNI de teſtimoniis hiſtoricorum non probantibus Comment. *Kiliae* 1735. 4.

IO. AVG. ERNESTI D. de fide hiſtorica recte aeſtimanda. *Lipſ.* 1746. 4. et in *eius* Opuſc. philolog. p. 64. Accuſatur communis opinio, qua fides hiſtorica ſit, quae nitatur eorum teſtimonio, qui poſſint et velint verum dicere, his tantum, qui, quod religioſe curateque referant, aut ipſi per ſe, aut publicis uſi actorum commentariis.

Guil. Camdeni s. *Cambdeni* vitam scripsit DEGOREUS WHEAR, *Oxon.* 1628. 8. Idem fecit TH. SMITH in editione epistolarum Camdeni, *Lond.* 1691. 4, et EDMUND GIBSON ante Anglicam suam versionem Britanniae Camdenii, *Lond.* 1695. f. Cf. *Mémoires litteraires de la Grande Bretagne* T. XI. p. 239-258.

Dav. Chytraei vitam copiosissime quatuor commentariorum libris ita concinnavit OTTO FRID. SCHÜZ, ut sint annalium instar et supplementorum historiae ecclesiasticae saeculi XVI. *Hamburgi* 1720. 1722. 1728. III Voll. in 8.

Histoire de la Vie & des Ouvrages de Mr. La Croze, *avec des Remarques de cet auteur sur divers sujets, par Mr.* JORDAN. à Amst. 1741. 2 Parties in 8.

De *Ioh. Cuspiniani* vita, quae sibi comperta erant, annotavit NIC. GERBELIUS PHORCENSIS, quae praemissa comparent Cuspiniani Caesaribus et Imperatoribus, *Francof.* 1601. in fol. editis; recusa in coll. Buder.

Ern. Salom. Cypriani vitam Latine composuit IOH. VALENT. BRIEGLEB (Lips. et Gorlicii 1745. 8.) et Theotiscé ERDMANN RUD. FISCHER. (*Lips.* 1749. 8.)

Olai de Dalin vitam et merita descripsit D. OLAUS CELSIUS in oratione Suecica, *Holmiae* 1764. in eius memoriam habita. Cf. *Götting. Anzeigen* vom Jahr 1765. p. 367 sqq.

Varia lectu iucunda de vita et scriptis *Ioh. Georgii de Eckhart* invenies in (IOH. ANDR. WILLII) *Historischdiplomatischen Magazin* (Norimb. 1781. 8 mai.) T. I. p. 130-168.

Ubbonis Emmii Elogium s. narratio brevis de ortu, vita, scriptis et morte eiusdem ab amico (NIC. MULERIO) contexta. *Groning.* 1628. 4; et in *Wittenii* Memor. Philos. Dec. V. p. 31.; et *Groning.* (cum Menson. Al-

 tingii

itior. vitae. tingii vita) 1728. 4. V. etiam Vitae Professor. Acad. Groning. *Groning.* 1654. f. p. 39-60. Cf. IOH. FRID. BERTRAMI Commentatio de Ubbone Emmio eiusque historia; in eius Parergis. (*Bremae* 1735. 8.) p. 12.

Elogio historico de Don Juan de Ferreras *por* BLAS ANTONIO NASARRE Y FERRIZ. *Madrid* 1735. 4.

Mémoire historique pour servir à l'éloge de Charles du Fresne, *Sieur* du Cange, *& à l'intelligence du plan général de ses etudes sur l'histoire de France. à Paris* 1766. 4. Auctori nomen est D'AUBIGNY, qui antea (1752. in 4.) ediderat: *Mémoire sur les manuscrits de M. du Cange.* V. et STEPH. BALUZII Epistola — de vita et morte *Car. Dufresnii Cangii;* praemissa Chronico Paschali, cum notis Dufresnii, *Paris.* 1688. f. et Dufresnii Glossario med. et inf. Lat. *Paris.* 1733. f. Cf. *Giornale de' Letterati di Parma, per l'Anno* 1688. p. 211. et *Journal des Savans* 1688. *Nov.* p. 581. *ed. d'Amsterd.*

Vita *Georgii Fabricii* e monumentis ipsius litterariis, epistolis, Mst. aliorumque doctorum virorum libris descripta, a IO. DAV. SCHREBERO. Lipf. 1717. 8.

HERM. SAM. REIMARI Comment. de vita et scriptis *Io. Alb. Fabricii* etc. Hamb. 1737. 8. *Ioh. Frid. Falckii* vita enarratur in *Braunschw. Anz.* 1753. n. 91.

Melchioris Goldasti, Haiminsfeldii, diligentissimi viri, vitam multa cura eleganter ac copiose clarissimi nominis vir HENR. CHRISTI. SENCKENBERG, novae, quam procuravit, scriptorum rerum Alamannicarum editioni, praefixit. Cf. *Niceron.* l. c. T. X. p. 184-226. vers. Theot.

ANT. MARIA GRATIANUS, Episcopus Ameliensis, ipse vitae descriptionem composuit in libro notissimo *de scriptis invita Minerva,* Libri XX. (Florent. 1745. et 1746.) 2 Voll. in 4.

Hugonis Grotii vitam plures sunt, qui scripsere: v. c. GUIL. BATESIUS in *Vitis selectorum aliquot virorum, Londini* 1681 in 4 editis, p. 420 sqq. — Anonymus in observationibus selectis ad rem litterariam spectantibus. (*Hal. Magd.* 1703. 8.) T. VII. p. 329-350. — (KNAUTHII) Hug. Grotii manes ab iniquis obtrectationibus vindicati. *Delphis Bat.* (seu verius *Lips.*) 1727. 2 Tomi in 8. — CASP. BRANDT *Historie van het Leven des Heeren* Huig de Groot etc. *Dordrecht en Amsterd.* 1732. 2 Voll. in f. cum figg. aen. — *Vie de Grotius,*

avec

avec l'histoire de ses ouvrages & des negotiations, aux quelles il fut employé, par M. de BURIGNY, *à Paris* 1752. 2 Voll. in 12. *à Amsterd.* 1754. 2 Voll. in 8. in qua editione Amstelodamensi varia scriptoris Francogallici asserta falsa sunt correcta et emendata. Theotisce, at male, reddita *Lips.* 1755. 8. — *Mémoires pour servir à l'histoire de la Repub. des Provinces unies des Pays-bas: contenant les Vies — et de Grotius, par* AUBRY *du* MOURIEZ etc. *à Londres* 1754. 2 Voll. in 12. — NICERON T. I. vers. theot. Cf. *Baumgarten* in praefationibus ad T. VIII et X istius versionis. — SCHROECKH in libro modo laudato T. II. P. III. Recentior. hist. vitae.

MICHELANGELO ZORZI *Vita del Sigr. Conte* Galeazzo Gualdo Priorato, *Cavalier, famoso Istoriographo del secolo* XVII; in *Raccolta d' Opuscoli scientifici.* (*Venez.* 1728. 12.) T. I. p. 329.

Franc. Guicciardini Vita Italice scripta a FRANC. SANSOVINO, praemissa editioni Genevensi (1645. 4.) historiae Italicae Guicciardini. Eadem, Latine, C. S. Curione interprete, ante eiusd. historiam Ital. a Curione Latine versam (*Basil.* 1566. f. *ib.* 1567. 8.). Aliam Guicciardini vitam Italice composuit DOMENICO MARIA MANNI, eamque praefixit editioni historiae Guicc. *Venet.* 1738. f. mai.

De *Sam. Guichenonii* vita et scriptis egit CHRISTI. GODOFR. HOFFMANN in dissertatione, eiusdem Guichenonii bibliothecae Sebusianae, quam recudi fecit in T. I. novae collectionis scriptorum ac monumentorum, praefixa.

Nicolai Hieronymi Gundlingii vitam et scripta copiosissime, satisque ieiune descripsit C. F. H. (HEMPEL) Theotisce, *Francof. et Lips.* (1736) 4.

Herm. Hammelmanni vitam Theotisce consignavit IOH. GE. LEUCKFELD. *Quedlinburgi* 1720. 4.

Iacobi Hardionis vita, praefixa Tomo VI. versionis Theotiscae eius historiae universalis.

Christi. Ern. Hanselmanni vita et scripta Theotisce adumbrata a GE. GUIL. ZAPFIO. *Aug. Vind.* 1776. 8.

GOTTL. FRID. GUDII Vita *Ioh. Guil. Hoffmanni,* una cum *eiusdem* Orationibus et Panegyricis. *Lips.* 1742. 4. V. etiam *Ioh. Guil. Bergeri* Stromateus acad. p. 552. *Acta Erud. Lips.* 1740. p. 285. *Allerneueste Nachrichten von jurist. Büchern.* Vol. I. p. 346.

entior. vitae.

Ludov. Holbergius suam ipsius vitam scripsit, 1749. 8. et CHRISTI. LUD. WILLEBRAND in *Denkmahl grosser Gelehrten.* Hamburg. 1778. 8 mai.

Io. Gottl. Hornii vitam et scripta enarrant *Dresdn. gel. Anz.* 1756. n. 28 et 46.

Davidis Humii vita, a se ipso scripta, in lucem publicam post eius obitum prodiit: *The Life of David Hume, Esq. Written himself. Lond.* 1777. 8.

Celeberrimus historicus Bavaricus, *Wiguleus Hund*, ipse etiam vitam suam descripsit tertia albi Bavarici parte adhuc inedita: typis vero illam biographiam imprimi curavit IOH. TOB. KOELER, Professor olim Goettingensis, hoc titulo: *Von dem Leben und Schriften Hrn. Wiguleus Hunds zu Sulzemos* etc. *Goett.* 1750. 4. recusa in *S. W. Oetteri Histor. Bibl.* T. I. n. 15.

De *Chr. Gottl. Ioecheri* fatis et scriptis narrationem exhibent *Dresdn. gel. Anz.* 1758. n. 25.

Alb. Krautzii vita in ADAMI vitis philos. Germ. p. 15; in FABRICII Memoriis Hamburg. Vol. II. p. 787; in IOH. MOLLERI Cimbria litterata T. III. p. 376-391. NIC. WILKENS, Archivarius, sine nominis sui mentione dedit: *Leben des berühmten* D. Alberti Crantzii etc. *Straßb.* 1502. ed. sec. *Hamb.* 1729. 8. Cf. *Etwas von gelehrten Rostockischen Sachen* (1739) p. 559.

De *Geo. Christ. Kreysigii* vita exponunt *Dresdn. gel. Anz.* 1758. n. 24.

Leben des gelehrten Petri Lambecii, S. Caes. Mai. Consiliarii, Historiographi *und* Bibliothecarii. *Hamb.* 1724. 8. Vita et scripta Lambecii in MOLLERI Cimbria litterata T. III. p. 391-414. Cf. BRUCKERS *Ehrentempel* Dec. II. p. 80.

Godofr. Guil. Leibnitii Elogium in *Actis Erud.* Lips. a. 1717. p. 322-336. Theotisce in *Wolfs kleinen philos. Schriften* P. IV. p. 449. — BERNARD *de* FONTENELLE *Eloge de Mr.* Leibnitz, *dans l'Hist. de l'Acad. des Sciences de Paris* 1716. p. 115; *dans les Oeuvres de Fontenelle* (*à la Haye* 1728. f.) T. III. p. 232, et *dans ses Eloges des Academiciens* (*ib.* 1731. 12.) T. II. p. 9. — *Eloge historique de Mr. de Leibnitz, avec une Liste des ses Ouvrages, dans l'Europe savante* T. VI. p. 124-159. — LAMPRECHTS *Leben des Freyherrn Gottfr. Wilh. von Leibnitz. Berlin* 1740. 8. — IOH. GE. VON ECKHART *Lebensbeschreibung des Frey-*

Freyherrn von Leibnitz; in CHRISTOPH GOTTL. VON MURR *Journal zur Kunstgeschichte und zur allgem. Litteratur* (*Nürnb.* 1779. 8.) P. VII. p. 123-231. Recensio hist. vitae

Ioh. Ge. Leuckfeldi Vitam Theotisce exposuit TOBIAS ECKHARD. *Quedlinb.* 1727. 4.

De *Nicolao Leuthinger* v. *Anonymi* Carmen Latinum de fatis N. Leuthingeri, in *Schlichtii* Horis subsecivis in schola Saldria (*Berol.* 1718. 8.) p. 38-85. — IOH. GOTTL. KRAUSII de N. Leuth. vita, fatis et scriptis Diss. praefixa Leuthingeri Commentariis de Marchia et reb. Brandenb. a Krausio editis, *Francof. et Lips.* 1729. 4. — GEO. GOTTFR. KÜSTERI Comm. de vita et scriptis N. Leuth. praemissa eiusd. Commentariis modo laudatis, a Küstero editis, *Francof.* 1729. 4. — NIC. HIERON. GUNDLING *Nachricht von* Nic. Leuthingeri *Schriften;* in Gundlingii Otiis (*Francf. und Leipz.* 1707. 8.) P. III. p. 318-332.

Leben derer berühmten Lindenbrogiorum, *nebst einer Nachricht vom Leben* Geverh. Elmenhorstii, Ioach. Moersii, Hol. Putschii *und* Corn. Dalii (Auctore NIC. WILKENS, Archivar. Hamburg.). *Hamb.* 1723. 8. — Vita *Frid. Lindenbrogii* in IOH. MOLLERI Cimbria litt. T. III. p. 414-424.

FRID. WIDEBURGII Comment. de vita et scriptis *Io. Petri de Ludewig. Halae* 1757. 8.

Iobi Ludolfi vitam, scripta ac merita commentario illustravit CHRISTI. IUNCKERUS. *Lips. et Francof.* 1710. 8. Cf. GOTHOFR. VOCKERODT Memoria *Iobi Ludolfi* renovata. *Gothae* 1723. 4.

Ioh. Mabillonii vitam pinxit THEODOR. RUINARTUS in libello: *Abrégé de la Vie de Dom. Mabillon* etc. *à Paris* 1709. 12. Quem Latine reddidit *Claudius de Vic,* Patavii 1714. 8. Breviter etiam Mabillonii et Ruinarti vitae narratae sunt a RENATO MASSUET ante T. V. Annalium ordinis S. Benedicti, quos Mabillonius condidit. Optime vero Mabillonii vitam et libros descriptos reperies in egregio isto RENATI PROSPERI TASSINI opere, cui titulus: *Histoire litteraire de la Congregation de Saint-Maur* (*à Bruxelles* 1770. 4 mai.) p. 205 sqq. Insunt etiam vitae aliorum historicorum, quos societas ista immortalis peperit, v. c. *Dacherii, Ruinarti, Sammarthani, Lobinavii, Iosephi Vaisette, Claudii de Vic, Martenii, Durandi,*

recentior. hist. vitae.

di, Montfauconii, Dantini, Riveti, Lironii, Bouqueti, Tustani, ipsiusque *Tassini*. Theotisca versio operis utilissimi, *Meuselii* cura et consilio, prodiit *Francof. et Lips.* (*Ulmae*) 1773. 1774. 2 Voll. in 8 mai.

De *Nic. Machiavelli* vita et scriptis libros III composuit IOH. FRID. CHRIST. *Lips.* 1731. 4.

Andreae Mauroceni, historici Veneti magni nominis, vita auctore ALOYSIO LOLLINO, et *Roberti Cottoni* vita auctore TH. SMITH, insertae sunt Vitis selectis, editore *Christiano Gryphio*, Vratisl. 1711. 8. iunctim impressis. — NIC. CRASSI Vita *A. Mauroceni.* Venet. 1621. f. Eadem, notis illustrata et aucta a PETR. CATH. ZENO, in *Istorici delle cose Veneziane* T. V. — N. H. GUNDLINGS *Nachricht von* A. Mauroceno *und dessen* Historia Veneta; in *Gundlings Samml. kleiner Schriften* (Halle 1737. 8.) p. 372-379.

Henr. Meibomii iunioris Vita et Scripta recensentur in MOLLERI Cimbria litt. T. III. p. 431-443.

La Vie de F. E. de Mezeray (par M. LARROQUE). *à Amsterd.* 1726. 8.

Io. Laur. Moshemii vitam delineavit IO. MATTHI. GESNERUS in *Biographia academica Goettingensi* a IEREM. NIC. EYRINGIO Halae 1768 in 8. edita T. I. p. 1 sqq. *) Idem Gesnerus ibid. pag. 95 sqq. *Gottl. Sam. Treueri* p. 111 sqq. *Io. Iac. Schmaussii* et p. 175 sqq. *Io. Dav. Koeleri* vitas exhibuit.

Habemus etiam de magno *Ludovico Antonio Muratorio* relationes: 1) *Vita del Proposto L. A. Muratori, Bibliotecario del Seren. Sig. Duca di Modena, descritta dal Proposto* GIAN-FRANCESCO SOLI MURATORI, suo Nipote. *Venezia* 1756. 388 pagg. in 4. 2) in opere isto Francogallico, quod inscribitur: *Les vies des hommes & des femmes illustres d'Italie* (à Paris 1767. 12 mai.) T. I. p. 201 sqq. Theotisce in Biographia Italica (*Francof. et Lips.* 1769.) T. I. p. 185 sqq.

Matthaei Palmerii Vita Latine scripta in *Giornale de' Letterati* T. X. p. 424-471.

Matthiae Palmerii Vita *ibid.* T. XX. p. 102-109.

Claudii Fabricii Peirescii vitam libris sex elegantissime scripsit

*) Moshemii vitam etiam scripsit CHRISTI. DAV. IANI T. XXIII. versionis Theotiscae operis Niceroniani de eruditorum fatis et scriptis.

scripsit PETRUS GASSENDUS, *Hag. Com.* 1651. 12. et 1655. 4. et *Quedlinburg.* 1706. 8. — Franco-gallice, ordine vero mutato, locisque variis omissis, Gassendi librum reddidit REQUIER, *Paris.* 1770. 12 mai. Recentior hist. vitae

De *Iac. Perizonio* v. ANT. SCHULTINGII Oratio funebris in eius obitum. *Lugd. Bat.* 1715. 4. Cf. *Journal litteraire de l'an* 1715. p. 173. et *Nouvelles litteraires* T. I. p. 205. — V. etiam *Histoire crit. de la Rep. des Lettres* T. IX. p. 395. T. X. p. 455. — *Acta Erud. Lips.* a. 1716. p. 95. — DAV. DURAND *Eloge de J. Perizonius,* in eiusd. *Hist. du XVI Siecle* T. IV. p. 1. — F. G. WESTHOVII Vita Iac. Perizonii etc. praefixa Perizonii Orationibus et Diss. *Lugd. Bat.* 1740. 8.

Gobelini Personae vitam condidit HENR. MEIBOMIUS, ante eiusd. Gobelini a se editum Cosmodromium. Cf. ADAMI Vitae theol. Germ. p. 1. — V. et *Leven van* Gobelinus Persona, in *Levensbeschryving van beroemde en geleerde Mannen* (Amsterd. 1730. 8.) P. I. p. 655-670.

De *Bilibaldi Pirckheimeri* vita commentarium singularem composuit CONR. RITTERSHUSIUS, iurisconsultus elegantissimus, qui praemissus operibus Pirckheimerianis, cura Goldasti, Francof. 1610. in fol. editis; recusus in collectione ista *Buderiana.* IO. IMHOF quoque Pirckheimeri vitam scripsit (f. l. 1513. 8.). Cf. *Levensbeschryving* l. c. P. VI. p. 209-252. WIELAND im *deutschen Merkur* 1776. Jun. p. 300 sqq.

Petri Pithoei vita, elogia, opera, bibliotheca (auctore BOIVIN). Paris. 1715. 4. — *Recherches sur Mrs. Pithou,* (par M. LEVESQUE DE LA RAVALIERE) *dans l'histoire de l'Acad. des Inscriptt.* T. 21. p. 208 sqq. ed. Paris. — *Vie de Pierre Pithou, avec quelques Mémoires sur son pere & ses freres.* à Paris 1756. 2 Voll. in 12. — Cf. et *Batesii* vitae laud. p. 435 sqq.

Franc. POGGII *Bracciolini,* Florentini, vita, auctore IOH. BAPT. RECANATI, Patricio Veneto, praeclare scripta, praemissa historiae Florentinae Poggianae, Latine ab eodem *Recanato* 1715 in 4. editae, et in *Muratorii* Rer. Ital. scriptt. T. XX. p. 164 sqq. — IUSTI CHR. THORSCHMIDII D. de Franc. Poggii Florentini Vita et meritis in rem litterariam. *Vitemb.*

entior. vitae.

temb. 1713. 4. — *La Vie du Pogge Florentin, avec de Mémoires sur ses Ouvrages; dans les Mémoires de Literature par M. de* SALLENGRE T. II. p. 1. — Poggiana, *ou la Vie, le Caractere, les Sentences & les bons mots de Pogge* etc. (*par* JAQUES LENFANT). *Amst.* 1720. 2 Voll. in 12. — *Remarques sur le* Poggiana, par M. DE LA MONNOYE. *à Paris* 1722. 12. — Cf. *Levensbeschryving* l. c. P. II. p. 437 - 504.

Petri Puteani (*Du Puy*) vitam Latine NIC. RIGALTIU descripsit (acc. *Puteanorum* Memoria disertis per viros clarissimos encomiis celebrata). *Lutet. Paris.* 165: 4. *ib.* 1653. 4. et in *Batesii* Vitt. sel. vir. p. 660. et in editione Thuani Londinensi (1733. f.) T. VII. Num. XI. p. 42.

Vita *Pauli de Rapin Thoyras* describitur in *Bibliotheque Germanique* T. X. p. 157 - 165; et in *Histoire litteraire de l'Europe* T. I. p. 153 - 158.

Ioh. Paulli Reinhard vita in THEOPH. CHRISTOPH. HARLESII Vitis philologorum nostra aetate clarissimorum (*Bremae* 1764. 8.) T. I. p. 38 - 46. (In editione Tomi huius secunda omissa est Reinhardi vita minime vero Harlesii culpa) Idem *Harlesius* eiusdem *Reinhardi* Memoriam scripsit *Erlangae* 1779. 4. — In Vitis istis Harlesianis aliorum quoque historicorum fata, merita et scripta recensentur: v. c. *Christi. Gottlieb Schwarzii* (T. I. p. 1.); *Ge. Christi. Gebaueri* (T. I. p. 47.); *Christoph. Saxii* (T. I. p. 211.); *Ioh. Frid. Grüneri* (T. I. p. 234.); *Paulli Dan. Longolii* (T. I. pag. 243.); *Ioh. Dan. Schoepflini* (T. III. p. 75.); *Ioh. Grammii* (T. III. p. 146.); *Ioh. Phil. Casselii* (T. IV. p. 155.

Beati Rhenani, Selestadiensis, vita, a IOH. STURMIO eleganter conscripta, praemissa Beati rerum Germanicarum libris tribus editionis Argentoratensis, Zetzner 1610. 8. et in Collectione Buderiana.

Io. Dan. Ritteri, Prof. hist. Vitebergensis a. 1775 mortui, elogium, auctore BENI. GOTTL. LAUR. BODINUS, *Viteb.* 1775. 4.

Casp. Sagittarii vita et scripta a IOH. ANDR. SCHMID *Ienae* 1713. 8. et in ZEUMERI Vitis Professor. Philos. Ienens. (*Ienae* 1711. 8.) p. 157.

Paul

Paulli Sarpii, ordinis servorum, historici cordati et candidi, vitam varie scriptam habemus, v. c. Anonymi: *Vita di Padre Paolo Sarpi. in Venetia*, 1658. et 1677. 12. Francogallice *Lugd. Bat.* 1661. in 12. et *Amstelod.* 1663. 12. Latine praefixa recentiori editioni Lipsiensi historiae eiusdem concilii Tridentini. *Foscarini della letteratura Veneziana*, p. 305 sqq. diligenter tractat de vita Pauli Sarpii. Inprimis vero: *Memorie anecdote spettanti alla vita ed agli studi del sommo Filosofo e Giure-Consulto* F. Paolo Servita, *da* FRANCESCO GRISELINI. *In Toscana* 1760. 8. Theotisce a *le Breto*, Ulmae 1761. 8. COURRAYERIUS etiam scripsit: *Vie abrégée de Fra Paolo*, praefixa Tomo I. eiusd. versionis Francogallicae historiae Sarpianae de concilio Tridentino. Cf. et NICERON T. I. p. 478-552. vers. Theot. Recentior. hist. vitae.

Ioh. Dan. Schoepflini vitam, praeter Harlesium (l. c.), Latine scripsit FRID. DOMINICUS RING, *Carolsruhae* 1764. 8.

Christiani Schoettgenii vitam et scripta exhibent *Dresdn. gel. Anz.* 1753. n. 16.

Conr. Sam. Schurzfleischii Memoria a IOH. GUIL. BERGERO. *Viteb.* 1708. f. adiecta est Schurzfleischii Epistolis selectis. *Vitemb.* 1712 et 1729. 8. — IOH. DOPPERTI Memoria Schurzfleischii, *Sneeberg.* 1708. f. Adiecta etiam Schurzfleischii Epistolis. — ADOLPHI CLARMUNDI (s. potius IOH. CHRISTI. RÜDIGERI) *Lebensbeschreibung des weltberühmten* Polyhistoris C. S. Schurzfleisch etc. *Dresden und Leipzig* 1710. 8.

Egregia est vita *Thomae Smith*, Anglice, *Lond.* 1628. 8, qua multa quoque, quae ad statum litterarum, religionis et politicum sub Eduardo VI et Elisabetha apud Anglos gesta fuere, accurate exponuntur.

Georgii Spalatini historiam vitae ex monimentis editis et manu exaratis curatissime Latine exposuit CHRISTI. SCHLEGELIUS. *Ien.* 1693. 4.

IOH. GE. LEUCKFELDS Historia Spangenbergensis, *oder historische Nachricht von dem Leben und Schriften* Cyriaci Spangenbergs, *aus raren Schriften zusammengetragen* etc. *Quedlinb. und Aschersl.* 1712. 4. — I. C. OLEARII *Nachricht von* Cyr. Spangenbergii

Schrif-

recentior. hist. vitae. *Schriften, in der Sammlung von alten und neuen theol. Sachen*, A. 1727. p. 301.

Wilh. Ern. Tenzelii vitam scripsit AD. CLARMUND, Latine et Germanice. *Dresd. et Lipf.* 1708. 4.

IAC. AUG. THUANUS, summus historicus, *de vita sua commentariorum libros sex* condidit, praeclaros illos, rebusque maxime memorandis plenos, qui recentioribus Thuani editionibus additi, de quibus infra. Cf. *The Elogium and Character of* Thuanus, *and his history, written by the Lord* CARTERET; in *the present State of the Rep. of Letters.* A. 1730. Vol. VI. Art. 15. 23. 30.

P. W. L. FLADTS *Nachricht von dem berühmten Pfälzischen Historiographo* Carl Ludw. Tolner; *in Schottii histor. Wochenblatt* (Lipf.) T. 3. p. 169.

De *Iac. Usserio* v. NICHOLAS BERNARD *Life and Death of* James Usher. *Lond.* 1656. 8. Latine inter *Batesii* Vitas p. 738. et post *Wilh. Dillinghami* Vitam Laur. Chadertoni (*Cantabr.* 1700. 8.) p. 51. et inter *I. G. Iochii* Vitas theologor. (Frf. 1707. 8.) p. 175. — RICH. PARR'S *Life of* James Usher, cum J. Usserii Epistolis Anglice editis. *Lond.* 1686. f. — TH. SMITHI Vita J. Usserii, inter eius Vitas eruditorum et ill. virorum. *Lond.* 1707. 4; et praemissa est Usserii Annalibus V. et N. T. *Genev.* 1722. f.

Henrici Valesii vitam scripsit frater eius HADR. VALESIUS. Parif. 1677. 12. Recusa in *Batesii* Vitis p. 714. Eadem ab ipso auctore recognita et emendata, praefixa Henr. Valesii Emendationum libris V, a Petro Burmanno editis. *Amst.* 1740. 4mai.

Plures denique et veterum et recentiorum historicorum vitas disputationum academicarum forma exhibuit DAN. GUIL. MOLLERUS, Professor Altorfinus, ab anno 1673 usque ad 1712, quorum seriem exhibet *Bibliotheca historica Hamburgensis* Cent. II. A. 56. p. 218 sqq. e. gr. *Sallustii, Livii, Corn. Nepotis, Taciti, Curtii, Suetonii, Flori, Ammiani Marcellini, Eutr Iustini, Orosii, Pauli Diaconi, Aventini, Bonfinionis, Naucleri, Platinae, Sabellici, Sleidani*

IAC. LONGUS (*le Long*) *Bibliothecae histor oae* (L. IV. Art. III. p. 879 sqq. ed. prior.

storicorum Franciae vitas indicavit et operi huic subiecit: *Mémoires historiques sur quelques Historiens modernes de France,* quibus exponuntur vitae: 1) *Bernard de Girard, Seigneur du Haillan;* 2) *François de Belleforest;* 3) *Jean de Serres;* 4) *André du Chesne;* 5) *Fratrum de Sainte-Marthe;* 6) *Scipion du Pleix;* 7) *Philippe Labbé;* 8) *Le Laboureur;* 9) *Godefroy;* 10) *de Mezeray;* 11) *Antoine Varillas;* 12) *Gatien de Courtilz.*

In ANGELI FABRONII *vitis Italorum doctrina excellentium, qui Saeculo XVIII floruerunt* (Romae 1766-1775. Decades V. 8) sequentium historicorum vitae sunt descriptae: *Ioh. Augustini Orsi; Franc. Bianchini; Eduardi Corsini; Raph. Fabretti; Ioh. Vinc. Lucchesini; Phil. della Torre; Virginii Valsecchi; Apostoli Zenonis; Phil. Bonarroti.*

 CAPVT II.

CAPVT II.

DE SCRIPTORIBUS HISTORIAE UNIVERSALIS.

I.

Scriptores de cultura historiae universalis.

Scriptor. de cult. hist. univ.

Plures sunt scriptores historiae universalis, qui vel historias ab orbe terrarum condito ad sua usque tempora annotarunt, vel res in pluribus terrae nostrae regionibus per certum temporis intervallum gestas consignarunt, vel historiae universae lineas duxerunt. Antequam harum trium classium libros percensemus, commemorabimus scripta quaedam de ratione, cultura et utilitate studii historiae universalis. Nam praeter libellos de historiographia et historiomathia in genere, capite primo indicatos, sequentes in specie huc pertinent:

IOH. BURC. MAII Oratio de scribenda historia universali huius saeculi, eoque pertinentibus subsidiis necessariis. *Kilon.* 1693. 4.

IOH. DAN. GRUBERI Diss. de cultura historiae universalis. *Halae* 1714. 4.

THEOD. BERGERI D. de historia universali per synchronismum tradenda. *Lips.* 1728. 4.

IEREM. NIC. EYRINGII D. de historiae universalis apud Graecos et Romanos et nostros iam scriptores diversa ratione. *Goettingae* 1763. 4.

CHRISTI. FRID. RÖSSLERI Diss. de historiae universalis idea et methodo. *Tubing.* 177?. 4.

THEOD. IAC. DITMAR de methodo, qua historia universalis doceri queat. *Berol.* 1779. 4.

Varia, et quidem exquisita ingeniosaque, super hoc argumento tradidere IOH. CHRISTOPH. GATTERER et AUG. LUD. SCHLOEZER; ille in *bibliotheca historica universali* supra laudata, passim, in primis T. I. p. 26 sqq. et in compendiis suis, infra commemoran-

morandis: hic in compendii historiae universalis parte, quam inscripsit: *Ideal der Weltgeschichte.*

-✱- -✱- -✱-

IOH. HENR. BOECLERI D. de utilitate ex historiae universalis contextu capienda, *Argent.* 1670. 4. et in eius *Dissertationum academicarum* Vol. I. p. 1156. In hoc libello Boeclerus simul de potioribus scriptoribus sententiam dicit, et modum curate scribendi commonstrat.

IOH. GEORG. ECCARDI Progr. de historia universali contemtum sui vindicante. *Helmstadii* 1706. 4.

-✱- -✱- -✱-

Notitiam de scriptoribus historiae universalis, praeter auctores bibliothecarum historicarum, capite primo indicatarum, dedit etiam CASPAR SAGITTARIUS *introductionis ad historiam ecclesiasticam* capitibus prioribus, ubi totus est in percensendis scriptoribus historiae universalis, bene conscius, fundamentum hos praebere ad pleniorem historiae ecclesiasticae notitiam.

II.

Vetustiores historiae universalis scriptores.

Num Graeci aliaeve gentes veteres historias universales condiderint, recentiorum nonnulli quaesiverunt, ac de hac quaestione inter se disceptarunt. Quae vero lis omnis facillime dirimetur, si de notione *historiae universalis* inter nos conveniamus. Quum enim haec notio varios involvat significatus, varias quoque historiae universalis formas, ambitumque eius modo laxiorem esse, modo strictiorem, eumque vel omnium, quorum cognitio nobis est historica, populorum et saeculorum, vel plurium saltem gentium aevorumque, hoc vel illo ordine, comprehendere posse, sine ullo negotio quivis intelligit. Nos hic omnes eius generis libros percensebimus, non anxie de digerendis illis in certas classes solliciti. Sufficiet, temporum ratione ac ordine Vetust. hist. univ. script.

eos dispofuisse, quantumque quisque historiae spatium complectatur, diligenter annotasse. Quo labore, difficili satis et impedito, confecto, perlustratio et designatio pluteorum bibliothecae nostrae historicae erit eo expeditior. Quum enim, ut uno tantum exemplo utar, historici singulorum populorum postea enumerandi erunt, paucissimis verbis remittere possumus lectores ad eos historiae universalis scriptores, qui huius vel illius populi historiam curatius simul pertractarunt, quorumque censum ex instituto nunc agere animus est.

rodotus. HERODOTUM igitur, licet Graecorum historias maxime respexerit, agminis scriptorum historiae universalis ducem constituere, eo minus dubitamus, quo caeteris vetustior est, omniumque gentium sibi cognitarum fata vel attigit, vel studiose consignavit, ac quo certius est, permultos veterum et recentiorum historicorum eum, tanquam historiae antiquioris patrem, secutos esse. Graecus erat Asiaticus, Halicarnasso, Cariae urbe, oriundus, vixitque circa annum ab orbe terrarum condito 3540, si Petavii rationes chronologicas sequaris. Musarum nomina operis sui libris novem aut a se ipso aut ab aliis imposita, atque in illis historia a Gyge, Lydorum rege, per Medorum Persarumque tempora usque ad fugam Xerxis ex Graecia *) deducta. Graecia sic liberata argumentum operis summum, cui reliqua fere omnia operis membra annexa, populorumque aliorum, v. c. Persarum, Aegyptiorum, historiae apte insertae; id quod studio singulari exposuit ac demonstravit GATTERER in *bibliothecae suae historicae* supra laudatae T. II. p. 46 - 126, ubi omnem operis Herodotei οἰκονομίαν diligenter descripsit et explicuit. — Fides Herodoti a nonnullis sine iusta causa in dubium est vocata. Quo spectat HENR. STEPHANI *Apologia*

*) Singulorum librorum contenta descripsit *Whear* l. c. sect. VIII.

gia pro Herodoto, editioni huius operum Londiensi, a Galeo curatae, inserta. *) Idem studio singulari contra Plutarchi cavillationes perfecit GEIOZ, Francogallus, tribus dissertationibus in operius Academiae inscriptionum Parisinae (*Mémoires de l'Acad. des Inscript.* T. XIX. p. 115. XXI. p. 120. XIII. p. 101. ed. Paris.) quibus titulus: *Défense d'Herodote contre les accusations de Plutarque.* Versionem huius apologiae doctae et ingeniosae Theotiscam dedit anonymus in *bibl. hist. Gattererianae* T. . p. 29-136. — Chronologiae, quam Herodotus cutus est, rationes summa cum accuratione et industria examinavit IOH. BUHERIUS (*Bouhier*) olim senatu Divionensi praeses infulatus, in opere, quod inscribitur: *Recherches & Dissertations sur Herodote.* à Dijon 1746. 4 mai. Capitibus XXII, vel totidem Dissertationibus opus absolvitur. — Herodoti scientiam geographicam lustravit *de la* NAUZE in laudatis operibus Academiae inscriptionum Parisinae T. XXXVI. p..... *Idem* ibid. p..... de stadiorum mensura apud Herodotum — Cuius historici dulcis et candidi et fusi, sine ullis salebris quasi datus amnis fluentis editiones, ut de Veneta, Aldina, Basileensi et Stephaniana taceamus **), praecipuae

*) Nihil ad Herodotum, licet inscriptio arguat, libellus eiusdem Stephani Francogallicus: *L'introduction au traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes, ou Traité préparatif à l'Apologie pour Herodote* (1566. 8.) *Nouv. edition augmentée* etc. *par M. le Duchat* (à Amsterd. 1735. 2 Voll. in 8.), quippe qui nil aliud, nisi satira peracerba in mores corruptos Cleri Romano-Catholici istius temporis.

**) In editionum auctorum, ut vulgo dicuntur, classicorum tum Graecorum tum Romanorum, recensu solummodo potiores indicare iuvat, cum libros hunc ipsum in finem elaboratos instructissimos habeamus, v. c. IOH. ALB. FABRICII, GE. CHRISTOPH. HAMBERGERI, THEOPH. CHRISTOPH. HARLESII. Ex versionum

puae ſunt: *Thomae Galei*, Lond. 1679. f. et *Iac. Gronovii*, Lugd. Bat. 1715. f. inprimis *Petri Weſſelingii*, Amſtel. 1763. f. quam non ſolum repetere, ſed et inſigniter emendare, augere atque ornare coepit *Frid. Wolfg. Reitzius* Lipſ. 1778. 8 mai. Sed praeſtantiſſimae huius editionis tomum primum, qui quatuor Herodoti libros priores comprehendit, ſecundus et tertius hucusque nondum ſunt ſecuti.

Diod. Sic. Hiſtoriam univerſalem multo ampliorem, quam Herodotus, inſtruxit DIODORUS SICULUS (natus Argyrii, Siciliae oppido, florens circa annum ab orbe terrarum condito 3990, Iulii Caeſaris et Auguſti temporibus). Magnam *Bibliotheca* ſua *hiſtorica* nominis famam ſibi conciliavit. Opus, ut ipſe refert, triginta annorum, quo omnium fere gentium nationumque res per undecim amplius ſaecula executus eſt. Ingens theſaurus, niſi pleraque periiſſent! Ex XXXX enim libris, quibus opus conſtabat, XV tantum habemus ſuperſtites. Quae narraverit, ipſe teſtatur in praefatione, dum ait: „Ex libris noſtris primi quidem ſex continent res ante Troianum bellum geſtas, eaque, quae fabulis de ſaeculo iſthoc prodita fuerunt, horumque priorum tres barbarorum, proxime ſequentes Graecorum antiquitates continent. In ſequentibus undecim res ubique locorum geſtas a bello Troiano usque ad Alexandri interitum deſcripſimus." Quinque priores quidem libros ſuperſtites habemus, non autem ſequentes quinque, quibus memoria regnorum Orientis colebatur. Illi quidem ad enodandas de Diis fabulas atque genealogias, explicandamque veterum geographiam faciunt. Reliqui, qui ſuperſunt, res Graecorum

ſionum in varias linguas turba earum tantum mentio fiet, quibus hiſtoricae illuſtrationes ſeu diſquiſitiones adiectae, aut quae virtute quadam conſpicua et praeſtantia ſe commendant. Haec ſemel monuiſſe ſufficiat.

orum tum populorum, tum Alexandri M. et successorum egregie illustrant. Saepius tamen in chronologia et computandis Olympiadum annis Romanorumque magistratibus labitur. Immo etiam fides eiusdem quandoque in rebus antiquioribus vacillat. Quamobrem *Ioh. Lud. Vives*,*) *Ioh. Bodinus* **) aliique Diodorum iusto acerbius vituperarunt, alii contra, v. c. *Henr. Stephanus* ***), *Scaliger*, *Vossius*, *Vinearus*, *Terrassonus*, argumentis probis eius defensionem egerunt. Laudat simul et reprehendit Diodorum Comes de CAYLUS in *Reflexions sur les Historiens en général, & sur Diodore de Sicile en particulier dans l'Hist. de l'Acad. des Inscr.* T. XXVII. p. 55-58), Theotisce in eiusd. *Abhandlungen zur Geschichte und zur Kunst* (Altenb. 1769. 4 mai.) T. II. p. 263-265. Optime vero de historico nostro meritus est IEREM. NIC. EYRING, duabus dissertationibus, in *Gatterei bibl. hist.* T. IV. p. 3-20 (*Gedanken von der Stelle, welche Diodor unter den Schriftstellern, und besonders unter den Geschichtschreibern verdient.* Diodorum historiam universalem elaborasse, et quidem haud contemnendam, evincitur), et ibid. p. 20-214 *von dem Plane des Diodors aus Sicilien*, ubi omnis eius bibliothecae historicae indoles et argumentum diligentissime explicatur. In additamentis ad hanc dissertationem *ibid.* T. V. p. 29-38. typis expressis *Eyringius* varia in Diodori defensionem disputat). Diodori editiones praecipuae sunt *Basileensis* 1539. 4. *Henrici Stephani* (Paris.) 1559. f. *Laurentii Rhodomanni*, Hanoviae ap. Waechelios 1604. f. *Petri Wesselingii*, cum notis variorum, Amstelod. 1745. 2 Voll. f.

 In

*) De caussis corruptarum artium L. II. p. 370, et de tradendis disciplinis L. V. p. 508. (in eius Opp. Basil. 1555. f.)

**) De methodo hist. in Penu art. hist. T. I. p. 60.

***) In Tract. de Diodoro et eius scriptis, praefixo editioni Diodori Rhodomannianae et Wesselingianae.

In qua editione optima insunt quoque fragmenta librorum Diodori deperditorum, quae ex Collectaneis Constantini Augusti Porphyrogenetae primum inter alia edidit *Henr. Valesius* Paris. 1634. 4. Quo etiam pertinet *Diss. sur un fragment de Diodore de Sicile par M.* BOIVIN *l'ainé, dans les Mémoires de l'Acad. des Inscr.* T. III. p. 104 sqq. — Gallicam Diodori, eamque accuratam et nitidam, versionem dedit Abbas TERRASSON *Paris.* 1737. 2 Voll. in 12.

Trogus et Iustinus. TROGUS POMPEIUS, Gallus, sermone Romano historiam condidit universalem, quae vero, proh dolor! periit *). Quod forte evenit IUSTINI, saeculo secundo p. C. n. viventis, Trogi epitomatoris, culpa. Huius enim exstant: *Historiarum Philippicarum et totius mundi originum et terrae situs ex Trogo Pompeio excerptarum Libri XXXXIIII.* Ex totidem enim libris Trogi Pompeii excerpti. Trogus nimirum a Nino usque ad Caesarem Augustum universalem, et potissimum Graecam, historiam regni Macedonici sub Historiarum Philippicarum titulo descripserat. Harum autem, Iustinus ait, se per otium, quo in urbe versaretur, cognitione quaeque dignissima excerpsisse, et, omissis his, quae nec cognoscendi voluptate iucunda, nec exemplo necessaria iudicaret, breve veluti florum corpusculum fecisse. Editiones sunt variae; eximia est *Iacobi Bongarsii*, quam ex Cuiacii et Puteani schedis, aliisque manuscriptis emendavit, et doctissimis notis atque tabulis chronologicis illustravit, *Parisiis* 1581. 8. Repetita *Francof. ad Moen.* 1587 et 1591. 12. Commendanda quoque est, ob textum emendatum, *Florentina*, quae 1515 apud Juntas prodiit. *Matthias Berneggerus* editioni suae, Bongarsii et suas adiecit notas atque indicem Freinshe-

*) Vixit *Trogus* paullo ante et post Christum natum, Augusto Imperatore, ad cuius regnum perducta quoque erat eius historia. Cf. *Hist. Litteraire de France* T. I. p. 114.

Freinshemii. *Argentor.* 1666. 8. *Ant. Thysii* editio prodiit cum notis variorum, *Lugd. Bat.* 1650. 8. *Tanaquili Fabri, Salmurii* 1671. 8. *Io. Vorstii, Berol.* 1673. 8. *Ioh. Schefferi, Upsaliae* 1678. 8. Prae caeteris vero laudanda est editio *Ioan. Georg. Graevii* (Lugd. Bat. ex officina Hackiana 1683. 8.) ob notas et suas et integras variorum atque indicem; recusa, aliorum reiectis, solis ipsius retentis notis et indice Freinshemiano, *Amstelod.* 1694. 12. Graevianae aliorumque notae editioni subiunctae, quam curavit ABRAH. GRONOVIUS, *Lugd. Bat.* 1719. 8, quae locupletior recusa *ibid.* 1760. 8. Iustinum quoque ex recensione Graevii et Gronovii, cum eorundem animadversionibus, typis renovari iussit *Ioan. Frid. Fischerus, Lips.* 1757. 8. — Rationem et ordinem, quem Trogus eiusque epitomator Iustinus in historia universali describenda secuti sunt, egregie delineavit I. C. GATTERER in *Bibl. hist.* T. III. p. 18-192.

III.

Scriptores historiae universalis ex primis sex saeculis post C. N.

SEXTUS JULIUS AFRICANUS, gente Syrus, Grammaticus et Chronographus, saeculo tertio p. C. n. Antonino Elagabalo et Alexandro Severo AVGG. clarus, quinque libros scripsit *de temporibus*, eosque ab orbe terrarum condito usque ad annum p. C. CCXXI perduxit, qui tamen non supersunt amplius, nisi quae fragmenta ex *Eusebii* Chronico atque Georgii Syncelli Chronographia haurimus. Script. univ. ex primis VI p. C. Sext. Afr.

Secutus Julium istum saeculo quarto fuit EUSEBIUS *Pamphili*, Caesareae Palaestinae Episcopus (nat. circa a. 264. † 340), qui *Chronologiam* sive παντοδαπὴν ἱστορίαν, *de cunctis temporibus historiam*, sive *Chronicon*, partibus duabus concinnavit. Pars Euseb.

prima continebat descriptionem antiquitatum omnium fere populorum: alterum nuncupabat *Canonem chronicum*. Chronologia scilicet est ab Abrahamo patriarcha usque ad annum 327 p. C. n. deducta. Eusebium quidem in universo contextu temporum, atque expositione singularium partium peccasse, notarunt iam ipsi veteres: plerique tamen Graeci scriptores Eusebium fuerunt secuti. Opus hocce Eusebianum, Graeco eius textu iniuria temporum sublato, ex Latina saltem Hieronymi versione, ob quaedam omissa, mutata et addita, parum fida, tantum superest. *) Fragmenta tamen eius quaedam ex *Syncello* atque *Cedreno* collegit ac digessit *Iosephus Iustus Scaliger*, atque hos *Chronicorum Canonum*, *omnimodae historiae libros duos*, *interprete* HIERONYMO, ex fide vetustissimorum codicum castigavit, notisque illustravit in *Thesauro*, quem inscripsit, *temporum*, qui *Lugd. Bat.* 1606. f. atque ex iterata eademque longe auctiore editione prodiit, *Amstel.* 1658. f. Exstat quoque, post varias editiones veteres (v. c. *Mediolanensem* circa 1475, quae prima, *Venetam* 1483. 4. *Parisiensem Henrici Stephani* 1512. 4. et *Burdigalensem Arnaldi Pontaci* 1604. f.) in *rerum toto orbe gestarum Chronicis*, *a Christo nato usque ad nostra tempora*, quae ad antiquos codices contulit AUBERTUS MIRAEUS *Antwerpiae* 1608. 4. Consulenda etiam editio operum Hieronymi, quam curavit *Dominicus Vallarsi* Veronae 1740. f. Ibi enim T. VIII Chronicon

*) HIERON. DE PRATO in D. de chronicis libris duobus, ab Eusebio Caesar. scriptis et editis (Veronae 1750. 8.) ostendere haud infelici conatu studuit, prioris partis versionem non ab Hieronymo esse confectam. Idem etiam in hac dissertatione, quam rectius librum appellares, specimen novae editionis Chronici Eusebiani dedit, quum ederet Graeca quaedam fragmenta ex libro primo, nova interpretatione, notis et observationibus illustrata, et ex parte nunc primum auctori suo vindicata.

n Eusebianum, ab Hieronymo Latine redditum, n solum recusum, notisque variorum instructum, l etiam ad MSS. codices castigatum est *).

Saeculo quinto Chronologiam scripserunt duo egyptiorum monachi, ANIANUS et PANODO-s, de quibus tamen non nisi fragmenta, a Syncel- potissimum servata, exstant. Eusebium quidem c inde castigaverant, sed in plerisque eum secuti rant. Castigaverant vero haud raro sine magna tione, et cum ipsi potius essent reprehendendi, ut liger ad Eusebium docuit. Anianus e Panodoru

Eodem saeculo circa a. 420 PAULUS OROSIUS, esbyter Hispanus **), *adversus paganos* historia-m libros septem conscripsit, qui primum *August. ind.* 1471, deinde COLONIAE 1526. f. et cum an-tationibus *Franc. Fabritii*, additis quoque *Lud. utii* notis, ex recensione *Andr. Schotti* prodiere *oguntiae* 1615. 8, atque T. VII. *Bibliothecae* P. P. *aris.* p. 339. Has vero aliasque omnes editiones perat, quam *Sigebertus Havercampus* ad fidem MSS. iectis integris notis Fabritii et Lautii recensuit, suis-e animadversionibus numisque antiquis plurimis istravit, *Lugd. Bat.* 1738. 4. —. Inscribitur alias rosii opus *Orchestra mundi* seu *Ormesta*, quasi or-s moestitia. CHRISTOPH. AUG. HEUMANNUS inde Orosio tertium nomen, *Hormisda*, vindicare voluit Orosius.

*) Huc pertinet liber rarissimus, cuius virtutes vitiave nullibi enumerata invenio: ALFONSO TOSTADO *Commentario sobre Eusebio. En Salamanca* 1560. V Voll. in fol. Cardinalis Ximenii impensis opus editum.

**) Cf. *Dissertacion historica por la patria de Paulo Orosio — que fue Tarragona en Cataluña, y no Braga en Portugal, en que se satisfacen las Razones, que en contro escrivio el Marques de Mondeiar. Author Don* PABLO IGNACIO DE DALMASSES Y ROS. *Barcelona* 1702. fol.

voluit in Prolusione quadam, *Goettingae* 1732. e et in eiusdem *Sylloge nova* (P. 2. p. 484.) repe IOH. HILDEB. WITHOFIUS vero in singulari spuratione, *Relationibus Duisburgensibus* (1762. n. 52.) inserta, Orosii historiam olim inscriptam fi *Pauli Or. moesta mundi*, inde duo vocabula, libra rum stupore, in unum conflata *Ormestam* pepe censuit. Caeterum Augustini hortatu libros hc scripsit Orosius, contra cavillationes gentilium, omnia orbis Romani mala, gentium potissimum l bararum irruptionem, sacrorum mutationi adscri bant. Hinc ab orbe terrarum condito ad sua us tempora historiam percenset, non nisi bella, cala tates, dissidia fuisse demonstrans. Brevis est scrip et quandoque utilis, sed nimium credulus, qui et in temporum rationibus nonnunquam fallitur. hilo minus illius labor tantam auctoritatem et as sum nactus est, ut maxima eruditorum pars me quod dicimus, aevo illo, tanquam enchiridio hist co, usi fuerint. Omnium chronicorum monasti rum usque ad *Speculum historiale* fundamentum hic Orosii liber; quo fiebat, ut saepissime a libra transscriberetur, ideoque innumeri fere codices l ius historiae manu scripti adhuc supersint. Quam iam ob causam non mirandum est, quod ALFI DUS, rex ille Anglo-Saxonum, omnium litterar bonarum cupidissimus, eam ipse in linguam suam v naculam, libere satis, addendo et omittendo, trans lit. Typus impressa est ante aliquot annos versio hoc titulo: *The Anglo-Saxon version from the Hi rian Orosius by Aelfred the Great. Together with English translation from the Anglo-Saxon. Lo* 1773. 8mai. Editor, DAINES BARRINGTON, I tulas adsperfit, cum verba tum res illustrantes. A iectae in calce voluminis eruditissimae, licet pas non satis opportunae, IOH. REINHOLDI FORST RI observationes in Orosii descriptionem Europ

eographicam, dignissimae vero, quae sub examen riticum vocentur.

Primus forte inter Orosii sectatores fuit S. PROSPER, Episcopus Regiensis in Provincia (hodie *Riez*), ui *Chronicon* ab Adamo usque ad obitum Valentiniani et captam a Genserico urbem Romam (a. 455) uabus partibus scripsit. Plures inter viros eruditos ud TIRONI PROSPERO AQUITANO tribuerunt, d eosdem errasse atque hunc Prosperum aliud breius chronicon (ab a. 379 usque ad 455) conscripsisse, docuit *Rivetus* cum sociis Benedictinis doctissimis *). Quia S. Prosper Chronicon Eusebio-Hieronymianum maxime sequitur, opus illius saepe isti hronico fuit adnexum, e. gr. in Thesauro temporum Scaligerano, ante laudato, p. 49. et in editione pp. Hieronymianorum a Vallarsio curata T. VIII. ars posterior diu solus in libris typis impressis exstiti, usque dum *Phil. Labbeus* priorem 1657 edidit, Bibl. MSS. T. I. p. 16. Recusum est integrum hronicon in *Graevii* Thesauro Antiqq. Rom. T. I. p. 269, in *Canisii* lectionibus antiquis ed. *Basnag.* uius animadversiones sunt doctissimae) T. I. p. 252, in *Mart. Bouqueti* Collect. scriptor. rer. Francoill. T. I. p. 635. Prosper.

Cf. CASIM. OUDINI Diss. singularis de Prospero Aquitano; in *eiusd.* Commentar. de scriptor. eccles. (*Lips.* 1722. f.) T. I. p. 1175-1206.
(IOH. VAN DER HAGEN) Observationes in Prosperi Aquitani Chronicon integrum eiusque LXXXIV annorum cyclum. *Amstelod.* 1733. 4.

Hoc Prosperi Chronicon ab anno CCCCLV ad LXXXI continuavit MARIUS, Episcopus AVENICENSIS († 596), quae continuatio magni pretii onimentum, multumque illustrandis Francorum, urgundionum et Gothorum regum exordiis insert; interdum peccat in chronologiam. *Chiffletius* primus Marius Avent.

*) *Hist. liter. de la France* T. II. p. 325 sqq. 389 sqq.

mus hoc Chronicon cum appendice in lucem edidit, in *Du Chesnii* scriptt. rer. Franc. T. I. p. 210. Recudi fecit *Bouquetus* c. Obss. l. c. T. II. p. 12. Ignotus est appendicis auctor, sed perantiquus, quippe qui a. 624 scribebat.

Cf. *Hist. litt. de Fr.* T. III. p. 400.
(L. B. *de* ZURLAUBEN) *Mémoire sur Marius, Evêque d'Avenche, auteur de la plus ancienne chronique de France;* dans l'Hist. de l'Acad. des Inscr. T. XXXIV. p. 138-148.

Matthaeus et Matthias Palmerius. Continuavit demum Prosperi et Marii Chronicon MATTHAEUS PALMERIUS usque ad ad a. 1449, MATTHIAS vero PALMERIUS ad a. 1481; quae continuationes exstant in editionibus Chronici Eusebio-Hieronymiani supra laudatis, et inter Chronographos a *Io. Sichardo* editis *Basil.* 1529. f. p. 94: emendatiores vero et auctiores e MS. cod. Bibliothecae S. Mariae Carmeli in *Rer. Ital. SS. Collectione Florent.* T. I. p. 235.

Dexter. Quinti saeculi scriptor est FLAVIUS LUCIUS DEXTER, cuius *Chronicon omnimodae historiae* primum typis impressum cura *Io. Chalderoni* Caesaraugustae 1619. f. dein commentariis luculentis *Franc. Bivarii* (ord. Cisterc. Monachi) *Lugd.* 1628. f. et *Matriti* 1640. f. Hoc Chronicon ab origine orbis usque ad annum CCCCXL est perductum. Multa de hoc chronico est controversia, an genuinum sit, cum de eo, divisis inter se sententiis, pugnent eruditi. Sunt, qui ab HIERON. ROMANO DE LA HIGUERA, Jesuita Toletano, falsario famoso, illud confictum affirment. Certum est, multa hoc continere incongrua, et quae fabulas potius sapiant, quam veritatem: quae tamen partim defendere originesque sanctorum et martyrum historiam docere conatur *Bivarius*, partim ab aliis interpolata censet. Potius videtur, genuinum quidem esse, sed multis in locis, diversis,

diversis etiam temporibus interpolatum: id quod rationi temporum mediae aetatis haud est absonum.

Hoc. *Chronicon* continuasse asseritur MARCUS MAXIMUS Episcopus Caesaraugustanus († 612), cuius *continuatio Chronici omnimodae historiae* quoque opera et studio *Francisci Bivarii*, cum Additionibus, quae *Braulionis*, *Helecanis*, *Taionis et Valderedi* esse dicuntur, a doctis viris vero *cum Maximi Chronico* pro suppostitiis habentur, edita *Lugd.* 1627. f. et *Madriti* 1651. f. et res ab a. 430 ad a. 612 refert *). M. Max.

Saeculi *sexti* est MARCUS AURELIUS CASSIODORUS s. CASSIODORIUS, cuius *Chronicon breve* s. *Chronicon consulare* exstat ab O. C. usque ad annum Christi DXIX, a *Ioanne Cochlaeo* e bibliotheca D. Stephani Monguntiae erutum, et primum a *Sichardo* inter Chronica vetera vulgatum (*Basil.* 1529. f. p. 155.), post a *Ioanne Cuspiniano*, cum copiosis commentariis, *Basil.* 1553. f. deinde saepius cum reliquis *Cassiodori* operibus *Paris.* 1589. f. *Aurel. Allobrog.* 1622. 8. *Rotomagi* studio *I. Garetii* 1679. et *Venet.* 1729. f. etc. editum. Invenitur quoque inter *Fr. Sylburgii* Scr. Hist. Rom. T. I. p. 591. et in Bibl. Patr. max. Lugd. T. XI. p. 1355. Licet farraginis huius potiorem partem faciant res Romanorum, quae tamen non ubique accurate declarantur. Cassiod.

Iustiniani Imp. temporibus floruit VICTOR, TUNUNENSIS in Africa Episcopus (cl. a. 567), qui, teste *Isidoro*, a principio mundi ad primum imperii *Iustini* iunioris annum (p. C. n. 566) brevem bellicarum et ecclesiasticarum rerum historiam publicavit, sed eius tantum pars illa, quae *Prosperum* continuat, adhuc superest, ab *Henrico Canisio* edita *Ingolstadii* 1600. 4, atque emendatius a Scaligero in Thesauro tempo- Victor Tunun.

*) Cf. omnino de Dextri et Maximi Chronicis Praef. ad T. I. Februarii *Actor. SS.* Antverpiens. et *Bibl. hist. Hamb.* Cent. VIII. Art. 27. p. 99.

temporum; porro in *Andr. Schotti* Hisp. illustr. T. IV. p. 120, et in Thesauro monimentor. ecclesiast. (*Amst.* 1725. f. cura *Iac. Basnagii*) T. I. p. 321. Cf. PETRI WESSELINGII *D.* AD VICTOREM *Tunnunensem* in calce Diatribes de Iudaeorum Archontibus.

Biclar. Continuavit Victoris Chronicon usque ad a. 590 IOANNES Abbas BICLARIENSIS, ortu Gothus, qui in laudato iam Thesauro p. 12. et apud *Canisium* l. c. et in eius Lectt. antiqq. T. I. p. 319. ed. Basnag. exstat.

[Io]rdanus. IORDANES, sive IORNANDES, s. potius IORDANUS homo Alanus *), Episcopus, ut vulgo creditur, Ravennas, quoque in suo *de regnorum ac temporum successione ad Vigilium libro*, plerarumque illustriorum gentium res, ab Adamo usque ad annum p. C. n. 560, breviter descripsit. Prodiit hic liber, cum *Procopio* et *Agathia*, aliisque a *Beato Rhenano Basil.* 1531. f. iunctim editis; cum notis et variis lectionibus, inter *diversarum gentium historiae antiquae scriptores tres ex recensione Friderici Lindenbrogii*, *Hamburgi* 1611. 4, et in *Bonaventurae Vulcanii* Collectione *scriptorum rerum Gothicarum et Longobardicarum*, *Lugd. Bat.* 1597. et 1617. 8. P. II. p. 1. in *Sylburgii* Scr. Hist. Rom. T. I. p. 633. in *Bibl. PP. Max. Lugd.* T. XI. p. 1074. atque in Tomo I. *Scriptorum Rerum Italicarum* MURATORII f. 222.

IV.

Scriptores historiae universalis saec. VII-XI.

[Scr]ipt. hist. [univ.] saec. [VII-]XI. [Isido]rus. Sub initium *saeculi septimi* ISIDORI, *Hispalensis* Episcopi, *Chronicon ab origine rerum usque ad annum quintum Heraclii* (p. C. n. 626) nimia brevitate collectum,

*) Iudice *Theoph. Sigefr. Bayero* in Epistola ad *La Crosium*, Thesauri La Crosiani T. II. p. 281.

tum, emendatum atque scholiis illustratum edidit Garcias *Loaysa*, *Taurini* 1593. 4. Exstat etiam inter Opera Isidori, edita *Paris.* 1580. f. *ibid.* 1601. f. et *Colon.* 1617. f. Optimam huius Chronici editionem curavit, idque cum MELLITI, Isidori plagiarii, contulit *Henricus Florez* in *Espanna sagrada* T. VI. p. 445. *Melliti*, sub nomine Isidori, Chronicon exstat etiam apud *Eman. a Schelstrate*, Antiquitatis Ecclesiae T. I. p. 583. ex MSto Bibliothecae Urbino-Vaticanae, longe diverso ab edito.

Saeculo etiam septimo finitur Chronologia historica HAZI KHALIPHAE MUSTAPHAE, Arabis, res a exordio mundi usque ad A. C. 622 gestas continens, quam ex Turcico, Persico et Arabico idiomate Italice edidit *Carli*, hoc titulo: *Cronologia Istorica scritta in lingua Turca, Persiana et Araba da* Hazi Kalife Mustafa *e tradotta nell' idioma Italiano da* Giovanni Rinaldi Carli, *Nobile Iustinopolitano et Dragomanno della Sereniss. Rep. di Venezia.* An. 1696. 4. Hazi Khal. Mustapha.

Cf. Museum Minervae Venetae T. I. p. 359.

Octavo saeculo BEDA s. BEDAS, cognomine VENERABILIS, Presbyter Wirimundensis in Anglia († 735), vir omnium sui saeculi per occidentem universum doctissimus, librum *de sex mundi aetatibus*, usque ad annum IX Leonis Isauri (p. C. n. 725) scripsit, singulatim *Venetiis* 1505. 4. *Paris.* 1507. 4, atque inter eius *Opera*, *Basil.* 1563 et *Colon. Agripp.* 1688. f. edita Tom. II; etiam in Opusculis aliquot de temporum ratione, *Colon.* 1537. f. et in operibus Bedae historicis per *Ioh. Smith* collectis, *Cantabrig.* 1722. fol. IOH. BRONCHORSTUS Bedae chronicon continuavit usque ad annum 1537. Beda.

FRECULPHUS, *Lexoviensis* Episcopus, noni saeculi scriptor, († ante a. 853) *Chronicon* tomis duobus scripsit, quorum prior ab initio mundi usque ad Octaviani Caesaris tempora; posterior usque ad Frecul[ph.]

Francorum atque Langobardorum in Gallia et Italia regna, et finem saeculi sexti historiam continet. Prodiit *Coloniae* ex officina *Melchioris Novesiani*, cum ipsius praefatione 1539. f. *Heidelbergae* apud *Hieronymum Commelinum* 1597. 8. atque in omnibus fere *Bibliothecis Patrum*, e. gr. Lugdunensi T. XIV. p. 1061. Profanam non solum, sed etiam ecclesiasticam historiam describit, neque tamen in omnibus fide est dignus.

Ado. Eiusdem saeculi est ADO, Archiepiscopus *Viennensis* († a. 875), qui *Breviarium Chronicorum* suum *per sex mundi aetates* digessit, ab orbe condito usque ad a. 874, quod deinde alius usque ad a. 879 continuavit; multis tamen mendis cum chronicon, tum editiones eius scatent. Exstat illud saepius cum *Gregorio Turonensi* editum, *Parisiis* ex Ascensiana 1522. f. ex *Guil. Morellii* recensione *ibid.* 1561. 1567. 8. *Basileae* 1568. 8. cura *Matth. Flacii*, nec non in Bibliotheca Patrum et Scriptorum Ecclesiasticorum *Margarini de la Bigne* Editionis secundae Tomo VII. p. 1009. omnibusque fere aliis, e. gr. Lugd. T. XVI. p. 768. Reperitur illud quoque in *Laur. Barre* Historia Christiana, *Paris.* 1583. f. Excerpta dedit *Bouquet* in collect. iam laudata T. V. p. 190. T. VII. p. 54.

Regino. Ex *saeculo decimo* habemus REGINONEM s. RHEGINONEM, Abbatem *Prumiensem* († 915), qui duos *Chronicorum* libros scripsit a C. n. usque ad annum 906; hunc alius deinde usque ad 967 continuavit, quem Vossius ROMERIUM fuisse putat. Editum hoc Chronicon a *Sebastiano* de *Rotenhahn*, Iurisconsulto, *Moguntiae* 1521. f. porro inter *Chronologos* IV. editos a *Schardio* 1566. f. *Argentorati* apud *Lazarum Zetznerum* 1609. f. cum *Conrado* Urspergensi; Tomo quoque *primo* p. 1 sq. collectionis *Pistorii*

xstat. Struvius in nova collectionis Pistoria-
itione notulas Reginoni adspersit *).
m saeculum tulit LUITPRANDUM vel LUIT- Luitprand.
DUM, primum Diaconum *Ticinensem*, tum Epi-
n Cremonensem (cl. circa a. 968), cuius *Ope-*
ae exstant, iunctim fuere edita, cum notis *P.*
ymi de la *Higuera* et *Laurentii Ramirez* de
Antwerpiae ex Plantiniana 1640. f. Conti-
autem iisdem *Sex Libri Historiarum de rebus*
pore in Europa gestis, quam Antapodosin in-
, atque ab Arnulphi Imperatoris temporibus
nt, in descriptione prioris legationis Constan-
litanae desinunt (ab a. 891-946). His autem
idem Berengarii II, a quo episcopatu deiectus
vivis coloribus depingit: immo etiam Roma-
Pontificum vitia minime dissimulavit. Non
ripta historia, quanquam turgidiore stilo, nec
rba Graeca, aut pro temporum illorum dege-
dicio versus immisti. In eodem tomo exstat
e eiusdem *Luitprandi Chronicon*, quod ab an-
i ad 960 progreditur, ab omnibus tamen ha-
suppositititium. Exstat ibidem *Historia Lega-*
pro Ottonibus Impp. *ad Nicephorum Phocam*,
cum chronico Tunun. in lucem edidit *Henri-*
nisius, Ingolstadii 1600. 4. Historiarum libros
venies etiam in *Hervagii* et *Reuberi* scriptt. rer.
in *Du Chesne* T. III. p. 562. et in *Muratorii*
rer. Ital. T. II. p. 417. Cf. *ibid.* p. 1079. *Du*
quoque hanc historiam cum Aimoino edidit.
1603. f.
ferendus etiam inter saeculi decimi chronogra- Eutychius.
universales EUTYCHIUS, Arabice SAID IBN
ICK, Aegyptius, Patriarcha Alexandrinus,
us et Historicus Arabs († 940). Hic ex priscis
E 2 Orientis

*) de Reginone eiusque Chronico *Bibl. Hamb. hist.* Cent.
p. 174. *Iac. Burckhardi* Analecta p. 81. *Ioh. Ge. Schel-*
ornii Ergötzlichkeiten T. II. p. 522.

Orientis monimentis a rerum initiis ad A. C. 940 Arabice scripsit *Contextionem gemmarum* seu Annales, maximam partem ecclesiasticos, summa quidem diligentia, secundum *Seldeni* iudicium. Chronologicae eius rationes probantur in primis *Iohanni Pearsonio* in Diss. posteriore de annis priorum Romae episcoporum, licet non tantum illis tribuat in Vindiciis Ignatianis. Fragmentum quoddam insigne annalium Eutychii cum Latina versione et commentario suo edidit *Ioh. Seldenus*, *Lond.* 1642. 4, (et in *Seldeni* Opp. Vol. II. p. 410.) sub titulo Originum Ecclesiae suae i. e. Alexandrinae. Quae inde Seldeno opposuit *Abraham Ecchellensis in Eutychio suo vindicato* (*Romae* 1661. 4.), ad ea respondit *Seldenus* in praefatione ad rerum Anglicarum scriptores veteres. Universum Eutychii opus Arabice et Latine cum utilissimis ad rem chronologicam indicibus vulgavit *Eduardus Pocockius Oxon.* 1658. 4, a Seldeno potissimum, ut hoc laboris in se susciperet, impulsus.

Cf. CAVE Histor. liter. script. eccles. T. II. p. 96.
EUSEBII RENAUDOTI Historia Patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum p. 346.
FABRICII Bibliogr. antiq. p. 245 sq.
BAUMGARTENS *Nachr. von merkwürdigen Büchern* T. VI. p. 265. 268.

Glaber Radulphus. Saeculo *undecimo* GLABER RADULPHUS s. RODULPHUS, s. RUDOLPHUS, Cluniacensis Monachus, *Francorum historiam* seu *historiam sui temporis* libris V comprehensam evulgavit, ab anno 690 usque ad 1045. Edidit illos Petrus Pithoeus inter *scriptores* XI *histor. Franc. Francofurti* 1596. f. atque inter scriptores historiae Francicae *Andreas* et *Franc. du Chesne* T. IV. p. 1, et *Bouquet* T. X. p. 1. Sine iudicio, sine ullo veri sensu, sine ordine hic Monachus scripsit.

Cf. *Mémoire concernant la Vie & les Ouvrages de Glaber, Historien du tems de Hugues Capet. Par M. de la*

le CURNE; *dans les Mémoires de l'Acad. des Inscr.* T. VIII. p. 549.

HERMANNUS, propter debilitatem corporis Herm. Contractus.
membrorum, CONTRACTUS, non corpusculo quidem, ut *Vossius* de Scientiis Mathem. p. 228. inquit, d genere et doctrina egregius, gente Suevus, Comes *Veringensis* et Monachus *Augiensis* (n. 1013. dest. 1054.) Chronicon scripsit *de VI mundi aetatibus* usque ad annum 1054. In rebus ante eius vitam gestis enarrandis Bedam potissimum est secutus. Codices huius Chronici manu scripti non solum, sed editiones etiam typis impressae mirum inter se discrepant. Hermannus ipse semel iterumque descripsisse et correxisse illud videtur; alii dein varia addiderunt. Plures Chronicorum scriptores recentiores Hermannum ad verbum secuti. Edidit Hermanni Chronicon primum ex codice Sangallensi *Sichardus* in Opere chronico *Basil.* 1529. fol. p. 167. et *ibid.* 1536. Extat etiam inter Scriptores Rer. Germ. *Pistorii* T. p. 85. et in nova *Struvii* editione, collato, sed admodum negligenter, textu Vrstisiano et Canisiano, T. p. 113. Locupletius et emendatius ex codice bibliothecae S. Georgii in Hercynia sylva, inter *Vrstisii* Scriptt. R. G. T. I. p. 229. Adhuc plenius ex codice Augustano monasterii S. Afrae, in *Canisii* Antiq. lectt. T. I. p. 429, et in editione nova *Basnagii* T. III. P. I. p. 191. (ubi Hermanni chronico non multum curae impensum) atque ex prima editione Canisii in T. XI. *Biblioth. PP. Coloniensis* et in T. XVIII. p. 348. *Bibliothecae PP. Lugdunensis maxime.* — Spicilegium lectionum variarum dedit *Oefele* in Scriptt. Rer. Boicar. T. I. p. 642.

Cf. Elogium Hermanni Contracti ab eius familiari conscriptum a. 1054, in *Muratorii* Antiqq. Ital. med. aevi T. III. Diss. XLIV. p. 933-935. *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. III. p. 71.

N. H. GUNDLINGS *Nachricht von* Hermanno Contra-

 cto,

cto, *ingleichen von den* variis editionibus *seines Chronici*, in Gundlingianis T. I. p. 51. Recuf. in *Wegelini* Thesauro rer. Suev. T. II. n. 8.

IOH. SALOMO SEMLERS *Versuch, den Gebrauch der Quellen in der Staats- und Kirchengeschichte der mittlern Zeiten zu erleichtern.* (*Halle* 1761. 8.) p. 132.

Bertholdus. BERTHOLDUS al. BERTOLDUS s. BERNALDUS, Presbyter Constantiensis, Hermanni Contracti discipulus, magistri sui Chronicon fideliter satis, ut videtur, continuavit usque ad a. 1066, atque historiam sui temporis condidit ab a. 1053 usque ad 1100. Exstat apud *Vrstisium* T. I. p. 336. ap. *Pistorium* T. I. p. 146. ed. *Struv.* T. I. p. 397. ap. *Canisium* T. III. p. 274. ed. *Basnag.*

Lambert. Schafnab. Plurimos historiae universalis scriptores medii aevi superat LAMBERTUS, a patria SCHAFNABURGENSIS, vel ASCHAFFENBURGENSIS, Presbyter (1058) creatus, dein Monachus Hirsfeldensis. Qui *Chronicon historicum apud Germanos* s. de *rebus gestis Germanorum* scripsit, in quo ab exordio mundi incipit, usque ad annum 1077: sed brevissimis historiam antiquiorem, Bedam aliosque secutus, absolvit, plenius rem narrat ab anno 1050, simulque in temporum computatione tam solers est, ut chronologis recentioribus pudorem exprimere possit. Prudentiae non minus, quam eloquentiae palmam non suae tantum aetatis omnibus, sed et disertioris aevi pluribus, in narratione rerum gestarum sui temporis, praeripuit; nam reliqua, quae praecedunt, prorsus alia sunt conditione. *Phil. Melanchthon* primus codicem huius chronici manu scriptum in monasterio quodam Würtembergensi invenit et in lucem publicam protraxit. Nomen auctoris non erat praefixum, ideoque editiones priores etiam illo carent. Diu eruditi eum appellavere *Monachum Herveldensem* s. *Hirschfeldensem*. *Prima* igitur editio, hodie rarissima, promovente *Phil. Melanchthone*, per ill. *Casp. Churrerum* prodiit

prodiit *Tubingae* 1525. 8. (Pagina prima his solummodo verbis insignita: *Quisquis es gloriae Germanicae et maiorum studiosus, hoc utare ceu magistro libello.*) Editio *secunda* typis expressa (1530. 8.) etiam sine auctoris nomine. *Tertia* editio hunc titulum prae se fert: *Germanorum res praeclare olim gestae: Itemque rerum aliarum fere memoratu dignissimarum perbrevis et admodum iucunda quaedam annotatio, ab exordio mundi primum nascentis repetita.* LAMBERTO SCHAFNABURGENSI *auctore, cuius nomen hactenus delituit. Tubingae* 1533. 8. Dedicatio *Ludovici Schradini* scripta ad *Sebast. Schertlinum.* — *Quarta* Lamberti editio est inter Germ. rer. quatuor Chronographos per *Simonem Schardium, Francof.* 1566. f. — *Quinta* sub titulo: *Chronicon historicum apud Germanos, ubi auspicia, ornamenta imperatorum, successio et res memorabiles bello et pace gestae ab Henrico IV. Imp. breviter referuntur, authore* Monacho *quodam* Herveldensi. *Basil.* ex off. Henricpetrina 1569. f. (Editore *Ioh. Iac. Grynaeo.*) *Sexta* hac inscriptione: MONACHI HERVELDENSIS *Chronicon*, inter Scriptt. rer. Germ. quibus praefationem praemisit *Simon Schardius*, T. I. p. 694, editionis primae *Basileensis* 1574. f. *Septima* in *Pistorii* Scriptt. rer. Germ. T. I. p. 149, et in novissima *Struvii* editione T. I. p. 301 (cum notulis quibusdam parvi aestimandis). *Octava* denique editio, cui Regino iunctus, *Argent.* sumtibus *Lazari Zetzneri* 1609. f.

Cf. *Bibl. hist. Hamb.* Cent. IV. p. 165. *Semler* l. c. p. 140.

Additiones breves ad Lambertum appositae ab ERPHESFORDENSI MONACHO ignoti nominis ab anno 1068 usque ad 1352; apud *Pistorium* l. c. T. I. p. 253, ed. Struv. T. I. p. 425. cum notulis. **Monachi Erphesf.**

MARIANUS SCOTUS, Monachus Fuldensis, (n. 1028. denat. 1086.) *Chronicon* libris tribus scripsit, ab orbe terrarum condito usque ad 1082, secundum **Marianus Scotus.**

sex istas aetates mundi. Sequitur in duobus prioribus libris potissimum Eusebium, Cassiodorum et Bedam; tertium ipse, brevissimis res gestas notans, adhibitis tamen Chronicis Hildeshemiensi et Wirceburgensi, condidisse videtur. Marianus *primum* ex codice manu scripto templi S. Bartholomaei in lucem productus studio *Ioh. Latomi*, Decani illius, qui edendum dedit *Basilio Ioh. Heroldo*, *Basileae*, per *Iac. Parcum*, expensis Ioh. Oporini 1559. f. Exstat quoque inter Scriptt. rer. Germ. *Pistorii* T. I. p. 266; et in *Struvii* ed. nova p. 441, ubi tamen Marianus satis negligenter tractatus.

Cf. GE. MAKENZIE's *Lives of the Scots Writers* T. I. p. 99. *Bibl. hist. Hamb.* Cent. VI. p. 1. *Semler* l. c. p. 142.

odechin. Continuavit Marianum DODECHINUS, Abbas monasterii S. Dysibodi in dioecesi Trevirensi, usque ad a. 1200. Exstat in Collectione Pistorio-Struviana l. c.

astiSiculi f. Incerta aetas est *Fastorum Siculorum*, quos saecu-
hron.Con- lo decimo sexto in Siciliae quadam Bibliotheca reper-
.ent. f. tos ab *Hieronymo Surita*, edidit postea ex apographo
.lex. bibliothecae Augustanae Graece et Latine atque animadversionibus MATTHAEUS RADERUS, *Monachii* 1615. 4. Latina Raderi versio repetita est in Bibl. max. patr. Lugd. T. XII. p. 867. Auctiores et emendatiores sub titulo *Chronici Paschalis*, cum nova Latina versione, et notis chronicis et historicis, cura et studio *Caroli du Fresne du Cange*, *Paris.* 1688. f. *Venet.* 1729. f. Partem quoque eius, quae ad consules Romanos spectat, edidit FRIDERICUS SYLBURGIUS sub initium Tomi tertii Scriptorum historiae Romanae, atque ANDREAS SCHOTTUS in Tomo II. *Annalium Pighii*, cuius postea novam editionem promisit *Labbeus*. Dicitur alias quoque *Chronicon Alexandrinum*, a nomine *Petri Alexandrini* praefationi

tioni subscripto. Porro *Chronicon Paschale*; rectius *Chronicon Constantinopolitanum*. Auctor ignotur.

Cf. *JJ. MM.* (fortassis IEREMIAE MARKLANDI) Observationes in quosdam Graecos auctores de templo Heliopolitano in Syria, in *Miscellaneis observationibus in auctores veteres et recentiores* Vol. II. T. II. p. 172. FABRICII Bibliogr. antiquar. p. 235. ed. Schafshausen.

Saeculi octavi est GEORGIUS SYNCELLUS, saeculi noni NICEPHORUS CONSTANTINOPOLITANUS, saeculi decimi IOHANNES ANTIOCHENUS, cognomento MALALAE, saeculi undecimi GEORGIUS CEDRENUS, saeculi duodecimi IOANNES ZONARAS et MICHAEL GLYCAS, de quibus infra dicetur inter scriptores historiae Byzantinae.

Exstant quoque inediti historiae universalis scriptores, GEORGIUS HAMARTOLUS, IOANNES SICULUS et SETHUS MAGISTER, de quibus *Bosius* in notitia sua §. XXXII. et seqq. egit.

V.

Scriptores historiae universalis saeculi XII.

Saeculi *duodecimi* est SIGEBERTUS, GEMBLACENSIS in Brabantia Monachus († 1112), qui *Chronographiam* seu *Annales* ab anno p. C. n. 379 ad 1112 perduxit. Hic licet non adeo accuratus sit in chronologicis, in ipsa tamen historia probus, immo etiam causam Henrici IV. Imp. strenue egit. Ipse quidem Sigebertus incipit, ubi Chronicon Eusebio-Hieronymianum desinit. Alios plerumque excerpsit, v. c. Annales Eginharti, annales Fuldenses etc. Prodiit eius Chronographia *primum* et singulatim cum additamentis ex historia *Galfridi Monumetensis* et *Roberti*, abbatis Montis, cura *Wilh. Parvi* et *Antonii Rufi*, *Paris.* ap. *Henr. Stephanum* 1513. 4, deinde inter IV Chronographos *Schardii*, *Francof.* 1566. f.

Scriptt. hist. univ. saec. XII. Sigebert. Gemblac.

tum in *Pistorii* Scriptt. rer. Germ. T. I. p. 477; *Margarini de la Bigne* T. VII. Bibliothecae Patru quae editio in levibus differt a Pistoriana; in *La de la Barre* historia christiana veterum patrum (*P rif.* 1583. f.) p. 401. Collatum cum autographo multis aliis Codd. manu scriptis plenissime et eme datissime edidit in Chronographia *Aubertus Mirae Antwerpiae* 1608. 4. Inde transiit in *Struvianam* e tionem Scriptor. rer. Germ. Pistorii T. I. p. 689, iectis simul omnibus Sigeberti continuatoribus.

Cf. *Semler* l. c. p. 144.

Anselmus Gembl. Plures enim Sigeberti chronographiam contin runt; ANSELMUS siquidem *Gemblacensis* abbas lud praestitit ab anno 1113 ad 1136.

Robertus de Monte. Alter Sigeberti continuator seu amplificator, que ad annum 1210, in collectione Pistoriana T mo primo dicitur ROBERTUS *de* MONTE († 118 et tertius ROBERTUS *de* THORIGNEIO, cu Chronicon studio *Lucae Dacherii* cum aliis editum Appendice opusculorum *Guiberti de Noyet* sive abb tis Novigentini, *Parif.* 1651. f. p. 717. Sed IO BAPT. SOLLERIUS *Disquisitione in supplement chronologicum, quod Chronico Sigeberti Gemblacen subiungi solet, sub nomine Roberti de Monte in MS* (Actorum Sanctorum T. VII. m. Junii p. 171.) d cuit, unum esse scriptorem. *Robertum* nimirum *Thorigneio* f. *de Torineio* (f. *de Torigny*) Abbate fuisse monasterii *S. Michaelis* DE MONTE *in perin maris* (hodie *Mont S. Michel*, in provincia Francog liae, quae dicitur *Normandie*), inde confusione ortam esse. Haec Roberti appendix (observan *Koelero* in Directorio histor. p. 204. ed. Hamberg tripartita est: Pars I. incipit ab a. 1113 et absolvit a. 1155, incerto auctore. Pars II. decurrit usque a. 1186, et haec sola Roberti est, tamque similis ec tionis Dacherianae, ut altera emendari aut supple

sicu

ficubi defectus fuerit, ex altera possit. Pars III. complectitur annos reliquos, eiusque auctor est Monachus Gemeticensis.

Appendix longe alia, et quidem brevissima, quae eidem ROBERTO *de* MONTE tribuitur, reperitur in *Labbei* Bibl. MSS. T. I. p. 390. Decurrit illa ad annum 1162.

Saeculo etiam duodecimo (circa a. 1134) floruit HUGO DE S. MARIA, Monachus FLORIACENSIS (*Fleury*) et *Chronicon* sex libris ad Ivonem Carnotensem scripsit, a Nino incipiens, in anno 855 finiens. Edidit illud, sed mutilum, cum brevibus notis *Bernhardus Rottendorffius*, *Monasterii* 1638. 4. Libris rarissimis adnumeratur *). Diversa autem reperiuntur *Hugonis Floriacensis* Chronica: *Unum*, quod scripsit ad Ivonem Carnotensem, cuius portio male sub nomine *Ivonis Ep. Carnotensis* a *Marq. Frehero* edita in corpore historiae Francicae: *Alterum* ad Mathildam Angliae reginam, utrumque breve satis, ab initio regni Francorum, ad sua usque tempora: *Tertium* ad Adelaidem, Carnotensem Comitissam, quod ab exordio orbis terrarum usque ad Ludovicum Pium tantum perduxit. Hugo Floriac.

OTTO, frater uterinus Conradi, Ducis Franconiae, et deinde Imperatoris, item Friderici I. Imperatoris patruus, ab anno 1137 Episcopus FRISINGENSIS, (†1158) *Chronicon* composuit, sive *rerum ab origine mundi ad ipsius usque tempora* (1152) *gestarum libros* VIII. Scriptor candidus, gravis, fide dignus et a partium studio alienus, in ipsa adeo narratione rerum a consanguineis gestarum; quod eo diligentius notandum, quo frequentius alii medii et recentioris aevi chronographi et historici, v. c. *Monachus Weingartensis*, *Abbas Urspergensis*, *Albericus* etc. Ottonis chro- Otto Frisin

*) v. GOETZII *Merkwürdigkeiten der königl. Bibl. zu Dresden* T. III. p. 477. FREYTAGII Analecta p. 472.

chronico usi sunt. Primum *) illud ex codice monasterii Scotorum Viennae editum cum eiusd. lib. II. de gestis Friderici II. et Radevici lib. II. de eiusd. Friderici Imp. gestis a *Ioh. Cuspiniano*, *Argent.* 1515. f. (editio rarissime obvia). Auctius, curante *Petro Pithoeo*, excudente Petro Perna, *Basil.* 1569. f. in *Bertr. Tissier* Biblioth. Patr. Cisterciens. T. VIII. p. 1. sqq. Collatum denique cum duobus codd. MSS. bibliothecae maioris templi Tigurini cum append. usque ad a. 1212 apud *Urstisium* T. I. p. 1. Melior sane scriptoris praestantissimi editio est optanda; adhiberi posset ad ornandam eam codex manu scriptus, qui in bibliotheca Ienensi academica asservatur multasque lectiones varias habet.

Cf. CARL WILH. SCHUMACHERS *Betrachtung über den Werth der historischen Schriften des ehemaligen Bischofs Otto zu Freysingen*, in eius *Beyträgen zur teutschen Reichshistorie* (*Eisenach* 1770. 4.) p. 1.

Godefridus Viterb. Eiusdem aevi, at non eiusdem ingenii, est GODEFRIDUS, vel GOTEFRIDUS, vel GODFRIDUS, VITERBIENSIS Presbyter, Imperatorum Conradi III, Friderici I et Henrici VI Sacris et Scriniis praefectus, natione, ut videtur, Germanus; puer certe Bambergae literis operam dedit. Chronicon, XX libris constans, elaboravit, ab initio mundi usque ad annum p. C. n. 1186, quod *Pantheon* inscripsit, quia terrarum deorum seu dominorum res gestas illo narravit; quo in negotio oratione tum soluta tum numeris adstricta, in lectorum, ut sibi quidem persuasit, recreationem, usus est. Appellatur etiam opus hocce, multis fabulis atque ineptiis refertum, *Memoria saeculorum*, quod quidam falso in *Memoriam Sanctorum* permutarunt. Editum

*) In Catal. librotum b. Casp. Frid. Munthe (Hafn. 1764.) p. 24. laudatur quidem editio quaedam Ottonis, impressa Wiennae 1514: sed cum omnes bibliographi de ea taceant, vix credibile est, vere illam existere.

Editum est primum cura *Basil. Ioh. Heroldi*, *Basil.* 1569. f. Exstat etiam in *Pistorii* Scriptt. rer. Germ. T. II. p. 1. et in *Struvii* nova editione, additis variis lectionibus codicis membranacei bibliothecae reipublicae Norimbergensis, a *Ioh. Dav. Koelero*, et notis *I. M. Schamelii* et *Struvii*, T. II. p. 1. Denique praetermissis, quae ad veteris testamenti historiam et prima p. C. n. saecula spectant, in *Muratorii* Scriptt. rer. Ital. T. VII. p. 347.

Cf. *Bibl. hist. Hamb.* Cent. VIII. p. 216. *Struvii* et *Muratorii* Praefationes ll. cc.

Saeculo duodecimo (1240) mortuus est chronographus iste, quem vulgo dicimus CONRADUM *a* LICHTENAU, Abbatem URSPERGENSEM. Hunc vero minime Chronici istius esse auctorem, abunde probavit *Schumacher* scripto mox laudando. Idem vir κριτικώτατος observavit, chronici partis prioris auctorem natione fuisse Germanum et Monachum quidem, at non, ut Freherus, Goldastus, aliique crediderе, monasterii Schwarzachensis, sed alius monasterii Franconici, forte Bambergensis; porro, illum fine saeculi undecimi et duodecimi initio vixisse; eum quidem vitiis non esse immunem, tamen eundem reliquis suae aetatis chronographis puritate et concinnitate orationis, nec minus fide, qua fontes, ex quibus hausit, indicare solet, aequalem; illum porro fontes non sine iudicio adiisse, eosdem potius passim sub examen vocasse atque emendasse; populorum denique hominumque, quos describit, indolem eundem bene perspexisse et diiudicasse: continuationis vero chronici ab anno 1126 usque ad 1229 alium esse auctorem, ortu quidem non Germanum, qui autem in Monasterio Urspergensi vixerit, minime vero eius Abbas unquam fuerit, multo minus Abbatem *Conradum de Lichtenau* auctorem esse continuationis; scriptorem istum saeculo vixisse duodecimo; eum satis ingenuum

Conradi Ursperg.

nuum esse scriptorem atque simplicem etc. Sequentes Chronographi, e. gr. *Annalista Saxo*, *Chronographus Saxo*, auctor *Chronicae regiae* S. *Pantaleonis*, aliique multa ex chronico hocce ad verbum descripserunt. *Primam* huius Chronici *editionem* iussu Maximiliani Imp. procuravit *Conradus Peutingerus*, ICtus, *Augustae Vindelicorum* per *Ioa. Miller* 1515. f. Quae editio cum admodum esset depravata, *Philippus Melanchthon* auctor fuit *Cratoni Mylio*, Argentoratensi typographo, ut idem Chronicon iterata editione, maiore tamen adhibita cura, recuderet. Usus ad hanc rem Mylius fuit *Caspare Hedione*, qui *Contadum* non elimatius tantum edi curavit, sed etiam rerum memorabilium paralipomena adiecit, a Friderico II. ad Carolum V. usque, et annum 1537 perducta. Quo ipso *anno* et haec editio emendata atque locupletata prodiit *Argentorati* f. adiectis iconibus Imperatorum atque Principum, pro more illorum temporum in lignum incisis. Iterum haec editio eodem charactere *Basileae* recusa est per *Petrum Pernam* 1569. f. reiectis iconibus, addito vero indice admodum utili, quae editio optima videtur. Tandem quoque *Argentorati* recusa fuit 1609. f. per *Lazarum Zetznerum*. Adiecta huic editioni ad marginem sunt summaria quaedam et breves notae, quas *Antonio Corvino* tribuit *Meibomius* de *Irmensula* cap. V. Editio tamen melior huius chronici praestantissimi fieri posset, si quis diligentius editiones typis impressas inter se conferret, codicesque manu scriptos sagacitate critica excuteret; quorum quidem non magna copia: sed sunt, qui ab editoribus Chronici istius neglecti fuerunt. Inter quos facile eminet codex bibliothecae academicae Erlangensis, olim Monasterii Hailsbronnensis, optime conservatus, saeculo, ut videtur, decimo tertio exaratus, continuatione, de qua antea sermo, carens, et ab *Hockero* in Catal. bibl. monasterii Hailsbronn. p. 86. recensitus; qui et lectiones

nes

es varias haud contemnendas excerpsit. Alii codices Dresdae et Ienae asservantur.

Cf. D. G. MOLLERI D. de Abbate Urspergensi. *Altorf.* 1694. 4.

(BURC. GOTTH. STRUVII) D. de Conrado Urspergensi eiusdemque Chronico in Obss. select. Halens. T. I. Obs. XX. p. 303.

Semler l. c. p. 128.

JOH. DAN. GRUBERI Sententia de vulgo iactato Conradi, Abbatis Urspergensis, plagio, in Commercii epistolici Leibnitiani Tomo primo P. II. p. 1449.

CARL WILH. SCHUMACHERS *Betrachtung über das schätzbare Zeitbuch, für dessen Verfasser der ehemalige Abt zu Ursperg, Conrad von Lichtenau, sonst gehalten worden ist;* in eius *Beyträgen* l. c. p. 38-55.

GODOFRIDUS, Monachus S. *Pantaleonis* Coloniensis, eodem saeculo annales scripsit ab anno 1162 ad 1237, quibus multa memoratu digna in statu civili atque ecclesiastico complexus est. Edidit illos *Marquardus Freherus* in Tomo primo p. 239. et p. 335. *it. Struv.* Godofrid. Monachus S. Pantal.

Saeculo duodecimo quoque vixit RADULPHUS DE DICETO, Archidiaconus Londinensis, qui *Abbreviationes chronicorum ab initio mundi usque ad annum* 1198 scripsit: typis vero inde ab a. 589 modo expressae, in *Rogerii Twysden* Historiae Anglicanae Scriptor. X. (*Lond.* 1652. f.) p. 425-710. Radulphus de Diceto.

Huc etiam referamus duo Chronographos Iudaeos: *Seder Olam Rabba*, sive Chronicon maius, et *Seder Olam Zutha*, sive Chronicon minus. Illud res ab orbe condito ad tempora Imperatoris Hadriani gestas delineat, et a Iudaeis R. JOSE BEN CHELPETA tribuitur: hoc vero scriptum circa annum p. C. 1124, ab exordio quidem mundi ad annum Christi 1122 progrediens. Ambos hos libros post *Gilbertum Genebrardum* vertit, et cum interpretatione Latina et notis eruditis, ac praeclaris de histo- Seder Olam Rabba et Zutha.

riae

riae sacrae fide dissertationibus edidit IOHANNES MEYER, *Amstelod.* 1699. 4.

Cf. WOLFII Biblioth. Hebr. T. I. p. 492. T. III. p. 367. T. IV. p. 1092.

FABRICII Bibliograghia antiquaria p. 245. ex edit. *Schafshausen.*

VI.

Scriptores historiae universalis saeculi XIII.

Scriptt. hist. univ. saec. XIII. Albertus Stad.

Praestantissimus huius saeculi historicus est ALBERTUS, Monachus Benedictinus, et ab anno 1232 Abbas STADENSIS, qui Chronicon scripsit ab exordio terrarum orbis usque ad annum 1256, quod primum ex bibliotheca Henrici Rantzovii cura *Reineri Reineccii* prodiit *Helmstadii* 1587. 4. Recusa haec editio *Wittebergae* 1608. 4. et in collectione Kulpisio-*Schilteriana* P. II. p. 123. Continuationem *Annalium Alberti*, ab a. 1264 ad ann. 1324, ex membranis Bibliothecae Academiae Juliae edidit notisque illustravit *Andreas Hoierus*, *Hafniae* 1720. 4. Sed is non semper satis accuratus fuit, vel in describendo, vel in edendo; quapropter animus FRANC. DOMINICO HAEBERLINO fuit, hanc continuationem chronici Albertini, praeterquam quod illius unica editio Hafniensis in Germania perrara sit, longe correctiorem in altero suorum *Analectorum medii aevi* tomo denuo foras dare. Sed nec Tomus iste alter adhuc in lucem publicam prodiit. Aliam vero *Haeberlinus* operam maxime laudabilem in eo dedit, quod permultas varias lectiones *Alberti* Stadensis ex isto codice excerpsit et tomo primo *Analectorum* (*Norimb.* et *Lips.* 1764. 8.) p. 609-706. inseruit. Quae quidem futuro Alberti editori, vehementer bonis literis optando, permagno erunt adiumento. Chronologiae rationem non adeo certam habet Albertus, pleraque etiam ex anterioribus descripsit, immo quandoque nugatur:

sunt tamen nonnulla, quae plane singularia,
e quae in aevi sui historia describit. Immo
nomenta praebet, quae ad genealogiam Prin-
Germaniae faciunt, quae alias manca esset.

OB. ECKARDI Vita Alberti Stadensis, ex eius Chro-
o concinnata. Additae sunt variantes lectiones e
d. Mediceo ad Vitam Caroli M. ex Eginhardo ab eo
scriptam. *Goslar.* 1726. 4.

eodem saeculo habemus MARTINI, STREPI, Martinus Polonus.
iime POLONI, (licet minime ortu Polonus
sed Silesius, Oppaviae natus,) Archi-Episcopi
ensis, († 1278) *Chronicon de summis Pontifici-
ue Imperatoribus*, quod ab Augusto et Petro
ad Rudolphum I. et Nicolaum III. (1277) de-
:. Editiones mire variant, quae prodierunt
e, cum Mariano Scoto, edente *Heroldo* 1559.
ura *Suffridi Petri*, *Antwerpiae* 1574. 8. *Colo-*
516. f. ex MSCto procurante *Ioanne Fabricio*,
mento *Caesare*, Sacellano Monasterii S. Ca-
ie Tremoniae; nec non inter Scriptores *Kul-
r* p. 337. Denique *Argent.* 1685. f. cum *Ae-
ylvii* historia Friderici III. Imp. Continuatio-
Rudolpho I. usque ad a. 1343 edidit *Eccardus*
p. histor. med. aevi T. I. p. 1413. *Maderus* at-
agittarius multa cura desudaverunt in procu-
nova, eademque accuratiore editione cum le-
ous variantibus, collatis variis MSCtis, quae
i *Ienensi*, tum *Lipsiensi*, *Helmstadiensi*, *Erlan-*
aliisque bibliothecis asservantur: verum horum
s nunc latent in bibliotheca *Guelferbytana*. De
odice memorabili v. (GOTTLOB. BENED. *de*
RACH) *Historische Zweifel und Beobachtungen*
1768. 8.) p. 85. Francogallica versio prodiit
scriptione: *Ci commençent les chroniques Marti-
, extraites de plusieurs anciennes histoires, com-
es dès le commençement du monde jusqu'aux noces
y d'Angleterre nommé Eduard & de la fille du*

Roy de France, nommée Isabeau. Paris 1503. f. Partem vero huius operis minorem Martini Chronicon constituit, reliqua hausta ex variis aliis scriptoribus. Huius *Martiniani* Chronici duo sunt supplementa, alterum ab anno 1277 usque ad annum 1400, alterum usque ad a. 1500, de quibus docte differuit Abbas LE BEUF, in *Mémoire sur les Chroniques Martiniennes* (in *Mémoires de l'Acad. des Inscriptt.* T. XX. p. 224).

Cf. IOH. LUD. HOCKERI Bibl. Heilsbronnensis Catal. p. 88.
Niceron T. X. p. 428. vers. Theot.

Saeculo decimo tertio floruit quoque VINCENTIUS, ortu Burgundus, non Episcopus, sed Monachus BELLOVACENSIS, ordinis Dominicani, regis Ludovici IX. f. Sancti Lector, († 1264) qui, huius regis suasu et sumtibus, quatuor sic dicta *specula* compilavit: *Naturale, doctrinale, morale & historiale*; ex quibus huc pertinet *Speculum historiale*, satis amplum et vastum, complectens historiam universam ad a. 1254, consarcinatam quidem ex quibuscunque scriptoribus, multisque fabulis impletam, ita ut caute fides sit adhibenda: attamen dignissimum, quod in usus criticos vertatur, quippe quod multa ex scriptoribus deperditis et ineditis fragmenta comprehendat. *Prima* operis editio, sine nomine loci et librarii, typis ligno incisis prodiit, et inter cimelia artis typographicae rarissima refertur. *Secunda, Argent.* impressa per *Ioh. Mentelin* 1473. 10 Voll. fol. quorum quatuor posteriores speculum historiale sistunt. *Tertia*, quae secundae repetitio, titulo: *Bibliotheca mundi, Basil.* per *Ioh. Ammerbachium* 1475. f. *Quarta*, apud *Herm. Lichtenstein*, Coloniensem 1483. f. *Quinta, Noribergae* apud *Ant. Coburger* 1484. f. *Sexta*, Colon. 1494. f. Rarissime omnes harum editionum partes reperire licet. *Septima, Venet.* 1591. f. *Octava* eaque optima, *Duaci* 1624. 4 Voll. f.

Cf.

f. (IOH. GOTTFR. WELLERI) *Altes aus allen Theilen der Geschichte (Chemnitz* 1760 sqq. 2 Voll. 8) T. I. p. 226.

OH. FRID. ECKHARDS *Nachrichten von einigen seltenen Büchern der Bibl. des hochfürstlichen Gymnasii zu Eisenach* (*Eisenach* 1775. 8.) p. 31 et 42.

ALBERICUS, Monachus Cisterciensis *Triumfon*- Albericus.
i dioeceseos Catalunensis Franciae, (cl. circa a.
o) quem alii verosimilius Canonicum regularem
gustinianum Neomonasteriensem, episcopatus
odiensis, fuisse contendunt, Chronicon duabus
ibus constans, variis ex scriptoribus, partim nunc
erditis, summo studio compilavit, ab initio mun-
sque ad annum 1241; in quo, praeter Chrono-
phorum morem, genealogiae et virorum erudi-
um rationem diligenter habuit. *Godofr. Guil.*
nitius illud typis evulgavit, in *Accessionibus histo-*
(*Hannov.* 1698. 4.) quarum partem secundam
nem occupat. Lectiones emendatiores et auctio-
ab a. 960 ad 1241, ex Codice bibliothecae suae
erptas, dedit *I. B. Mencken.* in Scriptt. rer. Germ.
I. p. 37-90.

GUILIELMUS *de* NANGIS, sive *de* NANGIA- Guil. de Nangis.
ortu Francogallus, Monachus Parisiensis, *Chro-*
n elaboravit ab orbe terrarum condito usque ad
um 1300. Guilielmus ipse fatetur, se usque ad
um 1112 Sigeberti Gemblacensis Chronicon ex-
psisse, deinde varios secutum esse chronogra-
s. In describenda historia annorum XVI. poste-
um Guilielmus tanquam testis ocularis maximam
et fidem; quam particulam paene de verbo trans-
m dederunt, sine Guilielmi mentione, auctores
ronici magni Francici (*Grandes Chroniques de*
nce, *Paris* 1514. 3 Voll. f.). *Lucas Dacherius* edi-
partem posteriorem, ab a. 1113 ad 1300, ex cod.
. S. Germani a Pratis, in Spicilegio suo T. XI.
05. ed. nov. T. III. p. 1. — Duas huius chro-

nici continuationes habemus: primam, ab anonymo monacho S. Dionysii in Francia, usque ad a. 1340: alteram etiam ab anonymo quodam ad annum 1368. Utramque continuationem quoque *Dacherius* exhibuit ll. cc.

Cf. *Mémoire de la Vie & des Ouvrages de Guillaume de Nangis, & de ses continuateurs, par Mr.* DE LA CURNE; *dans les Mémoires de l'Acad. des Inscriptt.* T. VIII. p. 560.

Petrus Abushiaker Ebnarraheb Abilaram. Hoc loco etiam memorandum videtur *Chronicon Orientale*, quod ex Arabico codice Segueriano primum Latine versum et editum est ab *Abrahamo Ecchellensi*, Maronita, *Parisiis* 1651. f. inter Scriptores historiae Byzantinae; deinde denuo in Latinum sermonem translatum atque annotationibus illustratum a *Iosepho Simonio Assemano* prodiit *Romae* 1729. f. Cuius quidem Chronici auctorem esse PETRUM ABUSHIAKER EBNARRAHEB ABILARAM, idem Assemanus ostendit. In aetatibus Patriarcharum rationes LXX. Interpretum probat, addit tamen computum Hebraeorum secundum versionem sacrorum librorum Arabicam *Abibahri Almontasseri*. Quae de Imperatoribus Romanis traduntur, et pauca sunt, et in Heraclio, i. e. tempore Hegirae Mohamedicae, desinunt. Historia Khalipharum Moslaminorum et Khalipharum Aegypti et Babylonis, Patriarcharumque Alexandriae perducitur usque ad annum p. C. n. 1058.

Cf. FABRICII Bibliographia antiquaria p. 247.

Abul-Pharaius. Eodem saeculo (ab a. 1226 usque ad a. 1286) vixit GREGORIUS ABUL-PHARAIUS, vulgo IBN-HAKIMA, *Bar-Hebraeus* etiam nominatus, gente Armenus, Iacobitarum in Oriente Maphrian f. Primas, Medicus, Historicus et Grammaticus Arabs, qui *Historiam compendiosam Dynastiarum* sive *Historiam universalem* composuit, more aliorum illius aevi chronographorum, ab orbe terrarum condito, inprimis

rimis vero a Mohamede usque ad sua tempora, er decem Dynastias seu partes distributam, Syriace. Arabum vero in gratiam Epitomen, Arabice scritam, elaboravit. Cuius Epitomes nonam Dynaiam primum *Eduardus Pocock* in lucem edidit, hac iscriptione:

Specimen historiae Arabum, sive GREGORII ABUL FARAJII, Malatiensis, de origine et moribus Arabum succincta narratio, in linguam latinam conversa, notisque e probatissimis authoribus fusius illustrata. Opera et studio *Eduardi Pocockii. Oxoniae* 1650. 4.

Liber admodum rarus, cuius editionem antiquiorem (a. 1648) bibliographi quidam laudant: sed omnio falluntur. Titulus notarum Pocockianarum anım 1648 prae se ferens in errorem illos induxit. uod de recentiore aliqua Lipsiensi editione a *Richar- Simone (Bibl. choisie* P. II. p. 93.) refertur, haud fie dignum est. Integra deinde *Abul-Pharagii* Epitoie prodiit hoc titulo:

Historia compendiosa Dynastiarum, authore GREG. ABUL-PHARAGIO — historiam complectens universalem, a mundo condito, usque ad tempora authoris, res orientalium accuratissime describens. *Arabice* edita et *Latine* versa ab *Ed. Pocockio. — Oxoniae* 1663. II Partes in 4.

Plures operis egregii editiones typis impressae n adsunt; nam exempla, anno 1672 signata, noım solummodo titulum prae se ferunt, sine omni eris ipsius mutatione. *Prima*, quam Abul-Phagius vocat, Dynastia complectitur historiam patricharum V. T. usque ad Mosen, variis adnexis trationibus orientalibus de origine populorum, artium doctrinarum. Secunda, historiam iudicum Israeicorum, cum historiis populorum quorundam alioım, quos auctor ad illam periodum refert, v. c. lventum Edomitarum in Italia etc. Tertia Dynaa agit de regibus Israelitarum, mentione iniecta hiriae gentium exterarum. Quarta, de regno Chal-

 daeorum

daeorum. Quinta, de regno Persico. Sexta, de rebus publicis Graecis. Septima, de regno Romanorum, cum ante tum post eius divisionem in orientalem et occidentalem. Octavae Dynastiae s. parti inest continuatio historiae regni Romani orientalis, usque ad Heraclii Imp. mortem. Nona, eaque amplissima et praestantissima, ante, ut iam monitum, a Pocockio separatim edita, historiam continet regni Arabici, cum ante Mohamedis tempora, tum post eadem sub Khaliphis, additis historiis variis Byzantinis, Francicis et Mogolicis. Decima et ultima pars enarrat omnem Mogolorum historiam ab *Holaku-Ebn-Tuli-Chano*, usque ad mortem *Argun-Ilchan-Ebn-Abaka*. Pocockius ipse elaboravit et subiunxit: *Supplementum historiae dynastiarum, in quo historiae orientalis series a Greg. Abul-Faragii exitu ad nostra usque tempora compendiose deducitur.* Quod tamen supplementum bonae frugis plenissimum non omnibus exemplis operis Abul-Faragiani additum. *)

Cf. IOS. SIMON. ASSEMANI Biblioth. orient. Vatican. T. II. c. 42. p. 244.

PETR.

*) Aliud *Chronicon*, tribus partibus constans, Syriace scripsit *Abul-Faragius*. Pars prima ad historiam civilem spectat, secunda et tertia ad ecclesiasticam. Ex quibus posterioribus excerpta uberiora dedit ASSEMANI T. II. *Bibliothecae orient.* e priore vero manca admodum et exilia. Spes autem laeta iam nobis excitata a PAULLO IACOBO BRUNSIO, qui, cum Oxonii degeret, partem istam priorem, historiam ab orbe terrarum condito usque ad annum p. C. n. 1284 continentem, diligenter descripsit, fore, ut illa integra typis imprimatur. Specimen sive excerptum interim exhibuit vir iste doctissimus hac inscriptione: *De rebus gestis Richardi, Angliae Regis, in Palaestina, excerptum ex* GREGORII ABULPHARAGII *Chronico Syriaco, edidit, illustravit* PAUL. IAC. BRUNS, L. L. D. *Oxonii* 1780. 4. Theotisce ipse Brunsius hunc libellum edidit in (*Eichhornii*) Repertorio *für biblische und morgenländische Litteratur* (*Leipzig* 1780. 8 mai.) T. VII. p. 183.

PETR. BAYLE *Diction. hist. et crit.* s. v. *Abulfarage.*
IAC. GE. *de* CHAUFEPIE' *Nouveau Dictionnaire hist. et crit.* T. I. s. v. *Abulfarage.*
DAV. CLEMENT *Bibliotheque curieuse* T. I. p. 20.
(SIGM. IAC. BAUMGARTEN) *Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek* T. V. p. 285.
FRID. GOTTHILF FREYTAGS *Nachrichten von seltenen und merkwürdigen Büchern* (*Gotha* 1776. 8mai.) p. 86.

Plures inter Arabes universales condidere historias, v. c. THABARI, ALMAKRIZI, ALDSCHEZRI, ALAMID s. ALMAKHIN (vulgo *Elmacin*), ABULFEDA (ex cuius historia universali particulas quasdam typis impressas, infra commemorandas, habemus), IBN ASSCHEHNA, HAMZAH, ALDSCHANNABI, HADSCHI CHALIFAH, aliique. Sed quia eorum opera nondum typis evulgata, in hac bibliotheca locus illis assignari non potest. Vid. tamen, quae doctissime de istis monet IOH. BERNHARD KOEHLER in (*Eichhornii*) *Repertorio für biblische und morgenländische Litteratur* T. I. II. III.

VII.

Scriptores historiae universalis saeculi XIV.

Ex saeculo *decimo quarto* primum occurrit PTOLEMAEUS, seu potius BARTHOLOMAEUS *de* VIADONIBUS, patria *Lucensis*, vulgo PTOLEMAEUS LUCENSIS, Episcopus Torcellensis, († circa a. 1327) qui *Annales* condidit ab anno Chr. 1060 usque ad a. 1301; typis impressi *Lugduni* 1619. 8; in *Bibl. PP. max. Lugd.* T. XXV. p. 949, atque diligentius revisi, suppletis ut plurimum lacunis ex eiusdem Ptolemaei historia ecclesiastica, in *Muratorii* Scriptt. rer. Ital. T. XI. p. 1245. Scriptt. univ. saec. XIV. Ptolem. censis.

SIFFRIDUS, Coenobii MISENENSIS Presbyter, *Chronicon* scripsit ab orbe terrarum condito usque ad annum 1307, quod integrum editum non est: Siffridus.

 Epito-

Epitomen saltem ex eodem non fidelem dedit *Georgius Fabricius*. et *Rerum Misnicarum* collectis Libris subiecit *Lipsiae* 1569. 4. atque in Tomo primo p. 682. Pistoru, ac cum variis Lectionibus ex Codd. MSCtis in nova editiône Struvii T. I. p. 1017. Nec in rebus chronologicis nec antiquioribus adeo accuratus est, res tamen sui aevi describit optime. Codices MSS. passim reperiuntur, v. c. Lipsiae et Dresdae. Cf. GOETZENS *Merkwürd. der Dresdner Bibl.* T. I. p. 327.

Landulphus de Columna. LANDULPHI de COLUMNA s. *Sagax*, Canonici Carnotensis, Breviarium historiale ab orbe condito ad annum 1320. *Pictavii* 1479. 8.

Hermannus Gygas. HERMANNI GYGANTIS, *Ordinis Fratrum minorum*, Flores temporum, seu Chronicon universale, ab orbe condito ad annum Christi 1349, et abhinc ad annum 1513 continuatum a MICH. EYSENHART, Presbytero Erythropolitano (i. e. *Rotenburgi ad Tubarim*), ex ipso huius MSto autographo editum, et praemisso ad Hermanni illustrationem proprio suo glossario latinitatis ferreae a *Ioh. Gerhardo Meuschenio. Lugd. Bat.* 1743, et renovato titulo 1750. 4. — Idem opus, sub nomine MARTINI MINORITAE, valde deformatum, et continuatum ab *Hermanno Ianuensi*, antea iam editum erat in *I. G. Eccardi* Corp. hist. med. aev. T. I. p. 1551. — Plura qui scire vult, adeat *Meuschenii* praefationem.

Henricus Stero. HENRICI STERONIS, Monachi Altahensis s. Altaichensis, in Bavaria inferiore, ordinis Benedictini, seu, ut *Oefelius* loco mox laudando vult, HERMANNI *Altahensis* abbatis, vulgo *Henrici Steronis* crediti, *Chronicon Altahense* ab anno 1147 usque ad annum 1300, primum, sed imperfectum, edidit *Marquardus Freherus* T. I. p. 384, auctius in nova editione *Struvii* p. 551, iterumque auctius in *Canisii* lectionibus antiq. T. I. p. 229. ed. vet. T. IV. p. 172. ed. *Basnag*. Optime vero *A. F. Oefelius* in Scriptt. rer. Boi-

car.

rar. T. I. p. 658. Auctor huius Chronici ab histo-
iae sinceritate plurimum commendatur.

Appendicem sive continuationem huic Chroni-
co Altahensi addiderunt UDALRICUS et CONRA-
DUS WELLINGI, fratres, usque ad annum 1334, quae aeque in collectione *Freheri* T. I. p. 404. et edit. novae p. 581. reperitur.

Eiusdem aevi est EBERHARDUS, *Altahensis*, ordinis Benedictini sacerdos, qui *Annales* scripsit *de Ducibus Austriae*, *Bavariae*, *Sueviae* ab anno 1273 usque ad 1305, quos tomo primo p. 305. edit. prim. et Tom. IV. edit. *Basnagii* p. 216. lectionis antiquae inseruit *Henricus Canisius*: sed in plerisque convenit cum *Sterone*, ita ut unum ab altero descripsisse coniectandum facile sit. Eberhard Altahensis

Aetate quoque par est HENRICUS, sacerdos Augustinianus coenobii REBDORF, (cl. a. 1361) cuius *Chronicam* edidit *Freherus*, T. I. p. 411, sed innumeris locis adeo mendose, ut sine fastidio legi vix possit. *Freherus* tamen varia Acta publica inseruit, ad historiam, quam *Rebdorfius* enarrat, pertinentia. Sigillatim edita est curante CHRISTOPHORO GEWOLDO, *Ingolstadii* 1618. 4. ex Codice MSCto Monasterii Rebdorfiensis, annotatis ex collatione Freheriani textus diversis lectionibus, expunctisque, quae *Freherus* aliunde petita, inseruerat. Demum cum variantibus lectionibus ex textu *Gewoldiano* et locis parallelis Tomo I. Freheriano p. 598. cura *Struvii*. Scripsit autem *Annales* ab anno 1295 ad 1363, quibus gesta *Adolphi*, *Alberti*, *Friderici II*, *Ludovici IV. Bavari et Caroli IV.* Imperatorum complectitur, licet in quibusdam fidem eius desiderent. Henricus Rebdorfiensis.

ALBERTI, ARGENTINENSIS, Presbyteri, *Chronicon* res ab anno 1270 ad 1378 gestas complectitur, rudi quidem stilo, bona tamen fide, scriptum. Maximam operis sui partem Albertus desumsit ex MATTH. NEUBURGI Annalibus, quorum autographum in biblio- Albertus Argent.

bibliotheca senatoria Bernensi asservatur. *Fragmentum* huius *Chronici* usque ad annum 1349 cum Comment. de Consulibus Romanorum primus edidit *Ioannes Cuspinianus*, *Basil.* 1553. f. *Francof.* 1601. f. et cum Ottonis Frising. Chron. *Basil.* 1569. f. Integrum vero edidit *Christianus Urstisius* T. II. p. 95, atque praemisit fragmentum historicum, ab anno 631 incipiens, in electione *Rudolphi Habsburgici* finiens.

VIII.

Scriptores historiae universalis saeculi XV.

Scriptt. hist. univ. saec. XV. Gobelinus Persona.

Ex *saeculo decimo quinto* primo loco memorari meretur GOBELINUS PERSONA, Decanus Bielveldiensis et Officialis Paderbornensis. Scripsit ille *Cosmodromium*, h. e. *Chronicon universale*, complectens res ecclesiae et reipublicae, secundum sex mundi aetates dispositum, atque usque ad annum 1418 directum. Certe, magna industria atque fide scriptum est; hoc etiam potissimum in eodem commemorandum, quod gentium Germanicarum historiam in compendio explicat, earum origines, migrationes, colonias atque religionem narrat. Hoc unicum in eo desideratur, quod Pontificibus contra Imperatores nimium tribuat. Prodiit primum cura *Henrici Meibomii*, senioris, ex *Wecheliana*, *Francofurti* 1599. f. Post iterum produxit *Meibomius* iunior, Tomo I. Scr. rerum germanicarum p. 53.

Leon. Brunus Aretinus.

LEONARDI BRUNI, a patria, *Aretio* (*Arezzo*) in Italia, ARETINI dicti, scriptoris eloquentissimi, *Historia de temporibus suis*, ab an. 1378 ad an. 1440, († 1444) prodiit primum *Venetiis* 1485. 4. (Editio rarissima) et cum eius *rebus Graecis*, *Lugduni* 1539. 4. Emendatior, ad fidem MSti codicis Bergomensis, in *Muratorii* Scriptt. rer. Ital. T. XIX. p. 909.

M. THEO-

M. THEODORI ENGELHUSII, Presbyteri Eim- Theodo
beccensis, *Chronicon* ab O. C. usque ad annum 1420, Engelhus.
multis rebus utilibus et singularibus refertum, edidit
integrum *Ioachimus Ioannes Maderus*, *Helmstadii* 1671.
4. et *Leibnitius* ex aliquot MSS. plurimum auctum
emendatumque cum duabus continuationibus usque
ad a. 1433 inseruit *Scriptorum Brunsuicensium* T. II.
n. 51. p. 978.

MATTHIAE DOERINGII, Ordinis Minorum Matthias
et Ministri in Kiriz in Marchia Prignitiana, (cl. circa Doering.
1464) *Continuationem Chronici Theodorici Engelhusii*
ab a. 1420 usque ad an. 1464 ex Codice MSC. Bibliothecae Academicae Lipsiensis edidit *Io. Burcardus Menckenius*, *Scriptorum Rerum Germ. praecipue Sax.* Tom. III. p. 1.

WERNERUS ROLEWINCK *de* LAER, Carthu- Rolewin
sianus Coloniensis, ex episcopatu Monasteriensi oriundus, († 1502) Chronicon exaravit et inscripsit: *Fasciculus temporum*, quo res praecipuas, ab initio mundi ad suam aetatem atque annum 1480 gestas, succincte narravit, Marianum Scotum in plerisque secutus. Maximum hic liber plausum tulit, saeculo in primis, quo vixit Rolewinck, quippe qui saepissime typis est impressus. Prima omnium eaque rarissima editio prodiit sine loco et anno (*Coloniae* 1474. f.). Sequentes editiones saeculi XV. omnes perrarae partim sunt, partim rarissimae: v. c. sine loco et anno. fol. In universit. Lovan. per *Ioh. Veldener* 1476. f. Impr. per *Conr. de Hoemborch* 1476. f. per *Petr. Drach*, civem *Spirensem* 1477. f. a *Nic. Gotz de Selzstatt* impr. 1478. f. *Colon.* per *Henr. Quentel* 1479. f. *Venet.* impens. *Ge. Walch* Almanni 1479. f. *ibid.* 1480. f. *Colon.* 1480. f. *Augustae*, imp. *Erh. Ratdolt* 1481. f. *Colon.* per *Henr. Quentel* 1481. f. *Memming.* 1482. f. *Basil.* 1482. f. *Colon.* per *Alb. Kune* 1482. f. *Venet.* imp. *Erh. Ratdolt* 1484. f. *ibid.* ab eod. 1485. f. *Lovan.* 1486. f. *Argent.* 1487. f. ib. 1488. f. *Venet.*

1490.

1490. f. *Lugd.* 1490. f. sine loco 1490. f. 1492. f. *Paris.* 1512. 4. ib. 1518. 4. ib. 1523. 4. *Venet.* 1580. f. — Varias etiam in linguas conversus est hic *fasciculus temporum*, v. c. *Belgice*, cum continuatione, *Ultraj.* 1480. f. *Gallice*, *Genev.* 1495. f. *Paris.* 1505. 1508. et 1513. f. *Theotisce (Bürdlin der Zyt) Basil.* ap. *Bernh. Richel* 1481. f. (Versio perrara); sine loco et anno, fol. *Aug. Vind.* 1524. f. — *Rollewinckius* ipse Chronicon continuasse videtur ad an. 1484, a quo tempore usque ad annum 1514 continuavit IOH. LINTURIUS; cum qua continuatione fasciculus temporum etiam reperitur apud *Pistorium* T. II. p. 580. ed. *Struv.* T. II. p. 393.

Cf. Bibl. hist. Hamb. Cent. VIII. p. 220.

SCHOETTGENIUS ad *Fabricii* Bibl. Lat. Med. T. VI. p. 884.

GOETZENS *Merkwürd. der Dresd. Bibl.* T. I. p. 430.

CLEMENT l. c. T. VIII. p. 250.

IOH. BARTH. RIEDERERS *Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Büchergeschichte*, (*Altorf.* 1764-68. 4 Voll. in 8.) T. I. p. 294.

Antonius Florent. S. ANTONII, vel ANTONINI, Archiepiscopi FLORENTINI († 1459), *Summa historialis* seu Chronica tribus partibus titulisque sive libris XXIV. constat, quibus res ab orbe terrarum condito usque ad annum 1459 gestas exponit, fabulis quidem plurimis admixtis, in historiae tamen sui temporis enarratione non inutilis. In historiae antiquioris compilatione sequitur *Helinandum*, *Petrum Comestorem*, *Vincentium Bellovacensem*, *Petrum Columnam*. En huius operis editiones! Primum in operibus Antonini omnibus *Venet.* 1474-1479. 4 Voll. f. Deinde separatim: *Venet.* 1480. f. *Norimb.* per *Ant. Koberger* 1484. 3 Voll. f. *ibid.* 1491. f. *Basil.* 1491. 3 Voll. f. *ibid.* 1502. 3 Voll. f. *Lugduni*, per magistrum *Iohannem de Gradibus* laboriosa limatione emendatum, necessa-

cessariisque annotationibus ac aliorum historiographorum concordantiis illustratum 1512. 3 Voll. f. Omnes hae editiones perrarae sunt. Porro: *Lugd.* 1527. 3 Voll. f. et *ibid.* opera et studio *Petri Maturi* S. I. qui varia de suis immiscuit 1587. 3 Voll. f. Optime denique in S. *Antonii Operibus omnibus*, ad *autographorum fidem nunc primum exactis*, *vita illius*, *variis dissertationibus et annotationibus auctis*, *cura et studio* FF. THOMAE MARIAE MAMACHI et DIONYSII REMEDELLI. Tomi I. Pars I. et II. *Florentiae* 1741. 1742. f.

DONATUS BOSSIUS s. BOSSUS, Mediolanensis, *Chronicon* ab initio mundi usque ad sua tempora (a. 1492) contexuit, quod una cum eius Historia Episcoporum et Archiepiscoporum Mediolanensium excusum est *Mediolani* per *Ant. Zarotum* 1492. f. Donatus Bossius.

Cf. *Phil. Argelati* Biblioth. SS. Mediol. T. I. p. 211. et *Mazzucchelli* Scrittori d'Italia h. v.

Vastum est opus HARTMANNI SCHEDELII, *Norimbergensis* (nat. 1440, denat. 1514), quod inscribitur *Chronicon* mundi usque ad annum 1492 deductum, sed absurdis quidem et fabulis multis refertissimum, in quo tamen et singularia quaedam reperias. Prodiit sine *Schedelii* nomine *Noribergae* 1493. f. mai. per *Antonium Koburger*, studio et cura *Sebaldi Schreyer* et *Sebastiani Kamermaister*, civium Noribergensium, adhibitis, ut in fine operis dicitur, viris mathematicis, pingendique arte peritissimis, *Michaele Wolgemut* et *Wilhelmo Pleydenwurf*, quorum solerti accuratissimaque animadversione tum civitatum, tum illustrium virorum figurae insertae sunt. Recusa haec editio *Augustae Vind.* 1496. f. *Germanice* illud vertit *Georgius Altus*, quae translatio *Noribergae* primum 1493. f. formis impressa, iisdemque figuris instructa; deinde *Augustae Vind.* eodem anno f. iterumque *ibid.* 1496. f. et 1497. f. Schedelii Chron.

Cf.

Cf. GOETZ l. c. T. I. p. 376.
FREYTAGII Anal. p. 825.
GE. ANDR. WILLII *Nürnberg. Gelehrten Lexicon* T. III. p. 499.

Laziardus. IOANNES LAZIARDUS *Historiae universalis epitomen* ab O. C. usque ad annum 1467 conscripsit. Prodiit *Parisiis* 1521. f. Teste Vossio de Historicis Latinis lib. III. cap. XI. maximam partem descripta inepte ex *Gallo* quodam, auctore *breviarii Historici*. Continuavit eundem HUBERTUS VELLEIUS usque ad annum 1519.

IX.

Scriptores historiae universalis saeculi XVI.

Scriptt. hist. univ. saec. XVI. *Saeculo decimo sexto* ineunte claruit IOHANNES NAUCLERUS, sive IOH. VERGEN, vulgo *Vergenhans*, ex nobilissima Suevorum gente ortus, ICtus et Historicus, primus Academiae Tubingensis Rector († circa a. 1510). Scripsit *Chronicon* s. *Memorabilium omnis aetatis et omnium gentium chronicos commentarios*, usque ad annum 1500, in rebus temporis, quo vixit auctor, multi usus; caetera fabularum sunt plena. Primum hoc chronicon editum est *Tubingae* 1500. f. cum praefatione Capnionis; in eoque partim disponendo, partim augendo, partim etiam retexendo, operam collocavit *Phil. Melanchthon*, teste *Camerario* in eius vita p. 18. (ed. Strobel.) Appendicem XIV. annorum adiecit NICOLAUS BASELIUS, Monachus Hirschaviensis, quae cum ipso Chronico primum prodiit *Tubingae* 1516. 2 Voll. f. Postea *Coloniae*, ex off. Petri Quentel 1544. f. cui editioni accessit *Appendix nova*, cursim memorans res gestas ab anno 1515 usque ad annum 1544, Rhapsodis, ut titulus prae se fert, partim CONRADO TIGEMANNO, partim BARTHOLOMAEO LAURENTE. Quae editio

editio optima recusa *ibid.* 1579. f. *ibid.* apud Arn. Quentelium 1614. f. et *ibid.* 1675. 2 Voll. f. — Epitomen Chronici Naucleriani exhibuit *Nic. Ambsdorfius* 1534. 8. et 1545. 4.

Cf. DAN. GUIL. MOLLERI D. de Io. Nauclero. *Altd.* 1697. 4.

AUG. FRID. BOECKS *Geschichte der Universität zu Tübingen* (*Tüb.* 1774. 8 mai.) p. 40.

LAURENTIUS quoque SURIUS, Monachus Carthusianus Coloniae Agrippinae, (nat. Lubecae 1522, denat. 1578) *Paralipomena* Naucleri chronico addidit, sive *Commentarium brevem rerum in orbe gestarum ab anno* 1500 usque ad a. 1566, sed eundem erroribus plenum, pro more suo. Carionem et Sleidanum refutare et superare voluit, sed vano irritoque successu, ut ipsi Romano - Catholici scriptores prudentiores fatentur. Prodiit *Lovanii* 1566 et 1567. 8. et *Coloniae* 1567. 8. Porro multis locis non parum auctus et locupletatus usque in annum 1568. *ibid.* 1568. f. Denique usque ad annum 1574 productus, *ibid.* 1598. 8. *Iacobus Estourneau* Francogallice librum reddidit *Paris.* 1571. f. *ibid.* 1572 et 1573. 8. Theotisce vero *Henricus Fabricius*, *Colon.* 1568. f. Surius.

Continuavit Surii Commentarium ab anno 1566 ad 1586 MICHAEL *ab* ISSELT. Prodiit uterque *Coloniae* 1586. 8. et 1602. 8, qua tamen editione res ad annum 1574 saltem enarrantur. Diversa ab hac continuatione est eiusdem ISSELTI *sui temporis historia* ab a. 1566 - 86, *Coloniae* 1602 excusa, qua res in toto orbe terrarum gestae, tum praecipue motuum Belgicorum origo et successus usque ad annum 1586 describuntur. Mich. ab Isselt.

M. ANTONIUS COCCIUS, cognomento SABELLICUS, Venetus, bibliothecae ad S. Marcum praefectus († 1506), omnem orbis terrarum historiam in Anton. Coccius Sabellicus.

Rhapso-

Rhapsodia sua *historica* comprehendere et describere conatus est. Quod opus in septem partes distribuit, quarum quaelibet novem complectitur libros, unde illis *Enneadum* titulus impositus fuit. Enneades septem priores primum editae *Venet.* 1498. fol. max. deinde tres posteriores Enneades et quartae libri duo, in quibus historia usque ad a. 1504 producta, editae *Venet.* 1504. f. Recusa haec editio *Paris.* in aedibus Ascensianis 1509. 2 Voll. f. *ibid.* 1513. 3 Voll. f. *Lugd.* 1535. f. Recusum opus *Basil.* in officina *Hervagiana* 1538. 2 Voll. f. quae editio XI. Enneades habet, quibus ab anno 1504 accessit CASPARIS HEDIONIS *Synopsis historica rerum gestarum* ad a. 1538. Iterum cum aliis Sabellici opusculis excusum, et a COELIO SECUNDO CURIONE ad annum 1560 continuatum *Basil.* 1560. 4 Voll. f. Tomo primo et secundo continentur Enneades XI. cum Sabellici historia Veneta, *Basil.* 1560. Sane primus hic inter scriptores historiae universalis nugari desiit; dolendum saltem, quod continua serie quidem res omnes narrat, sine tamen addita auctoritate, cum ipse sit scriptor fide non indignus.

Cf. *Bibl. hist. Hamb.* Cent. X. p. 225. 228. 233. *Freytagii* Adparat. litter. T. II. p. 1055.

Forestus. IACOBUS PHILIPPUS FORESTUS, BERGOMENSIS, Ordinis fratrum Eremitarum Augustini († 1518), Chronicon suum, *Supplementum chronicorum* inscripsit, ab orbe terrarum condito perductum usque ad sua tempora; stilo quidem barbaro confectum, at rebus memorabilibus, quas tamen saepe ab aliis mutuatus est auctor, plenum. Prima editio, qua historia usque ad a. 1483 perscripta, prodiit *Venetiis* 1483. f. Recusa cum continuationibus *Brixiae* 1485. f. *Venet.* 1486. f. *ibid.* 1492 et 1503. f. *Noribergae* 1503. f. (sub titulo: *Novissimae historiarum omnium Repercussiones, quae Supplementum Supplementi Chronicarum*

nicarum nuncupantur.) *Venet.* 1506. f. *ibid.* 1513. f. in qua editione, chronicon usque ad A. C. 1510 procedere, titulus docet, ſicuti titulus editionis praecedentis continuationem usque ad a. 1506 promittit: ſed utraque ultra a. 1503 haud progreditur, *ibid.* 1520. f. Editiones hae omnes ſummae raritatis ſunt, praecipue iſtae ſaeculi decimi quinti et Venetiana 1506. Editio *Pariſienſis* 1535. f. brevem acceſſionem habet usque ad annum 1535. — *Italice* hoc chronicon verſum prodiit *Venet.* 1491. 4. *ibid.* 1553. f. *ibid.* 1575. 4.

Cf. *Goetz* l. c. T. I. p. 398.

Sequentes Chronographos univerſales, non adeo nobiles, breviſſimis commemorare liceat!

CHRISTOPHORUS ROFFINUS ſive ROFFINIACUS (a patria *Ruffecq*, oppido in provincia Francogallica *Angoumois*, ſic dictus), Praeſes ſenatus Burdigalenſis, condidit *Commentarios omnium a creato orbe hiſtoriarum* usque ad annum 1516. *Pariſ.* 1571. 4. Auctor fere ubique ſenſum veri pulchrique prodit, dignusque, qui frequentius, quam fieri ſolet, conſulatur. Roffinus.

NICOLAI MARESCALCI, THURII (i. e. Thuringi), D. et Profeſſoris iuris in Academia Roſtochienſi et Conſiliarii Megalopolitani, *Deſlorationes antiquitatum ab origine mundi usque ad annum* 1522, *libri* V. *Roſtochii*, in aedibus Thuriis 1522. f. et in E. I. de *Weſtphalen* Monum. ined. rer. Germ. et Cimbr. T. I. p. 1419. Mareſcal Thurius.

Cf. *Bibl. hiſt. Hamb.* Cent. II. p. 261. et 277.

CHRISTIANI MASSAEI (ludimagiſtri Cameracenſis, † 1546) *Chronicorum multiplicis hiſtoriae utriusque teſtamenti libri* XX (usque ad A. C. 1539), *Antwerpiae* 1540. f. Praemiſſa ſunt Kalendaria Aegyptium, Hebraicum, Macedonicum et Romanum. Maſſaeus.

Ryd. VALERII ANSELMI RYD, Rothwila oriundi, Medici et Senatoris Bernensis († 1540), *Catalogus annorum et principum sive monarcharum mundi geminus, plerisque in locis obscurioribus illustratus et in celebrioribus locupletatus, atque a mendis recognitione diligenti repurgatus. Cum accessione multorum aliorum, quae in priore editione non continebantur, quemadmodum suis locis toto libro videre licebit, ab Homine condito usque in praesentem a nato Christo millesimum quingentesimum et quinquagesimum annum deductus et continuatus — Ex magnifica Helvetiorum urbe* Berna *anno Domini* MDL. f. Haec est inscriptio editionis secundae; prima prodiit *ibid.* 1540. f.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek* T. VI. p. 161.

Zierixeus. AMANDUS ZIERIXEUS sive ZIRIXIENSIS (ab urbe natali *Ziriczea* in Seelandia sic appellatus), Monachus ex ordine Minorum et Doctor theologiae Lovaniensis († 1534), scripsit *Scrutinium* vel *Venationem* veritatis historicae, a mundi exordio ad sua usque tempora. *Antwerpiae* 1534. f.

Vignier. Pertinet etiam huc *Bibliotheque historiale de* NIC. VIGNIER, *Barrois* († 1596). Res ad annum usque 1519 gestas exponit in editione, quae *Parisiis* 1587 et 1588. 3 Voll. f. prodiit; duo nimirum posteriora 1587. prius vero 1588 demum impressum. Accessit *ibid.* 1650 Tomus quartus, continens additiones et correctiones trium priorum voluminum.

Lucidus et Bardus. IOH. LUCIDUS, SAMOTHEUS dictus, Mathematicus Venetus, *Chronicon* publicavit, sive *emendationem temporum*, ab orbe terrarum condito usque ad a. 1535; quod continuavit F. HIERONYMUS BARDUS, Florentinus, usque ad annum 1575, *Venetiis* 1575. 4. Mere chronologicum et levioris est momenti.

HADRIA-

HADRIANUS BARLANDUS (Professor Rhetorices Lovanii † circa a. 1542) scripsit *Historiarum librum, quo res maxime memorabiles continentur, quae a C. N. usque ad a. 1532 contigerunt. Lovanii* 1566. 12; et in *eiusd.* Historicis (*Colon.* 1603. 8.) p. 14. Barlandus

GILBERTI GENEBRARDI, Doctoris Theol. et Professoris Hebraeae linguae in universitate Parisiensi, postea Archiepiscopi Aquis Sextiis, tandem Prioris monasterii Salmuriensis († 1597), *Chronographiae* libri IV. ab orbe terrarum condito ad annum 1566. *Paris.* 1567. f. *Lovan.* 1572. 12. *Paris.* 1580. f. *Colon.* 1581. 2 Voll. in 8. *Paris.* 1585. f. *Lugd.* 1599. f. *ibid.* 1609. f. Genebrardi opus duabus constat partibus: prior complectitur tempora ante Christum natum; posterior tempora sequentia usque ad annum 1580. Fundamento huic parti posteriori est Chronographia ARNOLDI PONTACI, studiorum commilitonis Genebrardi, episcopi deinde Vasatensis († 1605). Multa tradita sunt incerta fide, neque accurate satis. Genebrardus.

Cf. Bibl. hist. Hamb. Cent. III. p. 51.

Pertinent ad hanc periodum chronographi quidam, qui lingua scripserunt *Italica*, veluti: Chronographi Itali

GASPARO BUGATI (Monachi ordinis Dominici Mediol.) *Istoria universale, dal principio del mondo, insino all' anno* 1569. *In Venetia* 1570. 4. — *L'Aggiunta della medesima istoria di* G. Bugati, *dall' anno* 1569, *insin' al* 1581. *In Milano* 1587. 4. — Historia recentior multo copiosius exposita est, quam antiqua.

AGOST. FERENTILLI (e terra Umbriensi oriundi) *Discorso universale, nel quale discorrendisi per le sei Età e le quattro Monarchie* (ab O. C. ad annum Christi 1569) *aggiuntavi la creatione del mondo, descritta da* Filone Hebreo. *In Venetia* 1574. 4. Recus. *ibid.* 1578. 4.

FRANC. SANSOVINO *Cronologia del mondo, divisa in tre libri; nel I, s'abraccia tutto quello ch' è avvenuto in tempo di pace e di guerra fino all' anne presente; nel II, si contiene un Catalogo de' regni e delle Signorie; nel III, si tratta l'origine di cinquanta case illustri d' Italia. In Venetia* 1580. 4.

Sommario overo Età del Mondo chronologiche, della creatione di Adamo fino all' Anno 1581 *di Cristo, fatto di* GIROLAMO BARDI (Florentinus, Monachus Camaldulensis). *In Venetia* 1581. 4.

GIOV. TARCAGNOTA (Cajeta, urbe Neapolitana, orti) *Istoria del Mondo dal suo principio fino al* 1513. *In Venezia per Mich. Tramezzino* 1562. 4. *ibid. per gli eredi di Francesco & Mich. Tramezzini* P. I. 1572. 2 Voll. 4. P. II. 1580. 4. P. III. *aggiunta da* MAMBRINO ROSEO 1573. 4. *Supplemento della Parte* III. et V. *Volume, revisto & accresciuto da* BARTOLOMEO DIONIGI *da* FANO 1583. 4. — *Ibid. presso i Giunti* 1585. 4. *ibid.* 1592. 4. *ibid.* 1598. 3 Voll. 4. *ibid.* 1606. 4, cum continuatione Dionysii da Fano usque ad a. 1606; qui et opus universum in compendium redegit *ibid.* 1650. 2 Voll. 4. — Maioris operis editio etiam prostat Venetiana anni 1617. 5 Voll. in 4.

Cf. FONTANINI l. c. T. II. p. 225.

Chronographi Hisp.

Hispani huc pertinent sequentes:

JUAN *de* PINEDA (Monachus Franciscanus, flor. circa 1580) *los treyenta libros de la Monarquia ecclesiastica, o Historia universal del mondo, desde su creacion, hasta questos tiempos. En Salamanca* 1588. IV Voll. f. *En Barcelona* 1620. f.

JUAN PABLO GALUCIO *Theatre y Descripcion universal del mondo y del tiempo. En Granada* 1617. f.

ALONZO MALDONADO (Monachus ordinis Domin. flor. circa a. 1627) *Chronica universal de todas las naciones y tiempos. En Madrid* 1624. f.

Tales

Tales et prostant idiomate *theotisco* res gestas exponentes, v. c. Chronographi Theotisci.

Die kleyn Fürstlich Chronicka durch CASPARUM STURMIUM *K. M.* (Caroli V.) *Ehrenholdt. Strasburg* 1544. 4. — *Continuirt bis aufs Jahr Christi* 1596 *von* MATTHAEO DRESSERO. *Leipzig* 1596. f.

VALENTINI MÜNZERS, *Bürgers zu Fulda, Chronography von Anfang der Welt bis auf unsere Zeiten dieses lauffenden Jahres* 1549. *Bern* 1550. 4. *Franckfurt* 1551. 4.

Chronicka, Beschreibung und gemeyne Anzeyge vonn aller Welt Herkommen etc. quam edidit et formis expressit CHRISTIANUS EGENOLFFUS. *Francof. ad Moen.* 1533. 4. 1535. f.

SEBASTIAN FRANCKENS (Woerdensis Belgae) Chronica, *Zeytbuch und Geschychtbibel von Anbegyn bis in dies gegenwertig* 1531 *Jar. Straßburg* 1531. f. *bis auf das Jar* 1536. *Ulm* 1536. f. sine loco 1536. f. *bis auf das J.* 1550 *verlängert*, sine loco 1551. f. — Haec Franckii Chronica tribus constat partibus: prima ipsa est Chronica ab O. C. ad Christi nativitatem secundum quinque aetates mundi; secunda historiam imperatorum (*Kaiser-Chronick*) usque ad a. 1531 continet; tertia historiam pontificum Rom., Conciliorum, Haereticorum etc. — Plane diversum est aliud *Franckii* opus, quod inscripsit: *Weltbuch oder Geschichte und Zeitbuch aller nahmhaftigsten und gedächtnißwürdigsten geistl. und weltlichen Sachen vom Anfang der Welt bis auf* 1531. Tubingae, apud Ulr. Morhart 1534. f. et s. l. 1542. f. continuatum usque ad a. 1585 auctore *Colonio Gonneiro* s. l. 1585. f. Franckius libris IV agit de regionibus et incolis Africae, Europae, Asiae et Americae; ad geographiae igitur et statistices subsidia potius pertinet.

CASPARIS HEDIONS *auserlesene Chronica vom Anfang der Welt bis* 1543. *Straßburg* 1549. f.

Horum Chronicorum auctores et continuatores, in rebus antiquis et medii aevi, vulgaria, immo non raro meras narrant fabulas: in negotiis sui vero aevi quandoque annotarunt libere singularia, quae alibi vix reperias, ideoque cultori historiarum non plane negligendi.

David Ganz. Ex *Iudaeorum* Chronicis huc pertinet: *Zemach David* (Germen Davidis) auctore R. DAVID GANZ. Res in primis Iudaicas narrat ab orbe condito usque ad annum p. C. n. 1592 gestas. Prodiit cura *Ioseph. Tekuthiidis* Prag. 1592. 4. Magnam libri partem, satis negligenter, Latine reddidit et cum notis suis edidit *Guil. Henr. Vorstius*, Lugd. Bat. 1644 4.

Cf. WOLFII Bibl. Hebr. T. I. p. 293. et 398. T. III. p. 181.

Baronii Annales ecclesf. eorum continuati. Antequam ad chronographos saeculi XVI. progredimur, a consilio nostro non alienum, quid? quod necessarium videtur, ut *Baronii* eiusque continuatorum succincta saltem hic mentio fiat. Annales enim viri istius doctissimi non modo ad res ecclesiasticas, verum etiam ad civiles, intelligendas et illustrandas, mirifice faciunt, praecipue ob insignem diplomatum copiam, quam e tabulario Vaticano aliisque auctor in lucem protraxit. Potest etiam ex annalibus hisce lucem foenerari Genealogia, nam dum auctor successionem episcoporum persequitur, recensset etiam illorum familias. Hinc multae ibi occurrunt tabulae genealogicae, in ultimis praesertim voluminibus. CAESAR igitur BARONIUS, Sorae, oppido Neapolitano, 1538 natus, Cardinalis ecclesiae Romanae ab anno 1596, mortuus 1607, *Annales* conscripsit *ecclesiasticos*, tomis duodecim vastis, in quibus adversarium Centuriatorum Magdeburgensium se gessit, licet, prudentia callide praemeditata ductus, raro ipsos nominet, resque memorabiles per tot saecula gestas, ita tamen, ut tomi non respondeant

ant ipsis saeculis, prosecutus est. Plurimae, quae
stant, editiones non obscurum praestantissimo ope-
testimonium perhibent; postquam enim prodiisset
mus primus *Romae* 1588. f. sumtibus et auspiciis
ntificis Romani, mox, ante operis universi perfe-
onem, priores tomi *Venetiis* 1595, *Coloniae* 1596,
ntwerpiae 1597 sqq. et *Moguntiae* 1601 typis repe-
. Prioribus tomis Romae etiam 1597 recusis et
auctore ipso auctis et emendatis, ultimus seu duo-
cimus prodiit *ibid.* 1607, finiens a. 1198; quae
itio Romana (1588-1607) rarissima. Editiones
rro curatae *Colon.* 1624. *Antverpiae* 1610. *Colon.*
24. *Antverp.* 1675. *Venet.* 1705. Moguntina edi-
a. 1601 ab auctore ipso recognita et aucta dici-
, ut aliarum postea ab aliis cudendarum editionum
totypum esset. In editionibus Antverpiensibus
est tractatus de Monarchia Sicula, utpote regis Hi-
norum iussu per carnificem combustus, qui ta-
n T. XI. editionis Romanae habetur, et seorsim
oque exstat *Paris.* 1609. 8. Recentissima editio
diit *Lucae* 1738-1759 cum continuatione Ray-
diana et critica chronologico-historica *P. Anto-*
Pagii, et in eandem animadversionibus *Dominici*
orgii et P. *Ioh. Dominici Mansi*, Voluminibus
XVIII. f. Volumina tria posteriora indices copio-
imos operis universi continent. Magni sane usus
it, quae *Mansius* addidit. Infinita enim incognita
onio ex scriptoribus haurire potuit, qui postea
num vixerunt scripseruntque: multa prolata sunt
umenta et chartae antiquae, quas ille adhibuit ad
, quae Baronius narraverat, confirmanda, et quae
oriae civili etiam sunt utilissima. Variis tamen
ocis haec editio Mansiana mutilata est errorum-
typographicorum plena. In alias linguas opus
onianum transfundere plures sunt conati, mini-
vero ad umbilicum perducere laborem potue-
t. Cardinalis *de* LAUREA *indicem alphabeticum*

 rerum

rerum et locorum omnium memorabilium ad Annales Cardinalis Baronii confecit, *Romae* 1694. 4. Epitomae horum annalium *Spondani*, *Raynaldi*, *Aurelii*, *Bzovii*, *Bisciolae*, *Scoglii*, *Sartorii*, *Schultingii*, nos hic non morantur: properamus potius ad continuatores. Primus est ABRAHAMUS BZOVIUS, qui Annales Baronianos ab anno 1199 usque ad a. 1572 *Romae* 1616-1672. 9 Voll. f. continuavit. At ordinis Dominicani historiam potius, quam historiam ecclesiae, elaboravit Bzovius, multis Baronio inferior. Huius continuationis Bzovianae editio quoque exstat *Coloniensis* (1621-1640. 8 Voll. f.), Romanae praeferenda propter additamenta, quibus auctor ipse illam ditavit. Multo praestantior, in primis ob acta publica, ex tabulario Vaticano inserta, est continuatio ODORICI RAYNALDI, Tarvisini, congregationis oratorii Presbyteri, quae novem voluminibus, *Romae* 1646-1677. f. impressis, historiam usque ad annum 1566 perducit. Recusa est haec continuatio Raynaldiana *Coloniae Agrippinae* 1693 sqq. 8 Voll. f. — IACOBUS *de* LADERCHIO, Farentinus, Congregationis Oratorii Presbyter, Raynaldum sive annales Baronio-Raynaldianos tomis tribus *Romae* 1728, 1733 et 1737 impressis, usque ad annum 1571 solummodo, infeliciter satis, continuavit. — Aliam continuationem aggressus est HENRICUS SPONDANUS, Mauleosolensis, Appamiarum in Gallia Narbonensi Episcopus, tres eius partes seu duo volumina perficiens, quibus historia ab anno 1197, quo Baronius desiit, ad finem anni 1646 deducta, *Paris.* 1640 et 1641. f. Secunda editio prodiit *ibid.* 1649. f. Tertia vero *Lugduni* 1678. f. Haud parvi aestimari solet haec continuatio, quia Spondanus maiore veritatis studio acrioreque iudicio praeditus fuit, quam reliqui Baronii continuatores: saepiuscule tamen etiam lapsus est.

Plures

Plures viri eruditi Baronium refutare et castigare, ii contra eundem defendere atque excusare studuerunt. Praeter ISAACUM CASAUBONUM, IOH. ARTISIUM, AD. TRIBBECHOVIUM, IOH. HENR. TTIUM, SAMUELEM BASNAGIUM aliosque, ANONIUS PAGI, D. Theol. Ordinis Minorum Conent. S. Francisci, vir eruditissimus, Baronium optime defendit, correxit et supplevit in opere isto immortali, omnibusque cuiuscunque generis historicis utilissimo, quod inscribitur: *Critica historico-chronologica in universos annales ecclesiasticos — Baronii, in qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, innovatur, et periodo graeco-romana, nunc primum concinnata, munitur — opus posthumum, quatuor tomis distinctum, ab adventu Domini nostri Iesu Christi ad annum* MCXCVIII. *perductum* etc. *studio et cura* R. P. Francisci Pagi, *Auctoris nepotis, eiusdem Ordinis Doctoris theologiae* etc. Pars prima sigillatim *Paris.* 1689. f. auctoris cura prodierat. Mortuo illo (1699) nepos eius *Coloniae Allobrogum* 1705. IV tomos seu opus universum in lucem edidit. Optima vero editio etiam *Coloniae Allobrogum* sive *Genevae* excusa, licet titulus *Antwerpiam* prae se ferat, 1727. 4 Voll. f.

Cf. IOH. FRID. MAYERI Eclogae de fide Baronii ipsis Pontificiis suspecta. *Amstelod.* 1697. 8.
(BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Biblioth.* T. II. p. 214-268.
NICERON T. XXI. p. 328 et 387. vers. theot.

X.

Scriptores historiae universalis saeculi XVII.

Superiore saeculo historiam universalem condere voluerunt sequentes: Scriptt. h. univ. s. XVII.

Torniel. AUGUSTINUS TORNIEL *in Annalibus sacris et profanis ab orbe condito ad eundem passione Christi redemtum.* Mediolani 1610. II Voll. f. *Francof.* 1611. II Voll. f. *Francof.* 1616. II Voll. f. Quarta editio recognita et sexcentis in locis aucta, *Antverpiae* 1620. II Voll. f. Quinta, *Colon. Agripp.* 1622. f. Sexta, *Lucae* 1757. IV Voll. f. (Quae editio recentissima, observationibus P. *Mansi* ornata, comes quasi editionis annalium Baronianorum novissimae constituta.) Opus haud contemnendum, non vero tanti pretii, quanti *Dupinius* illud aestimat. *Tornielus* illud continuare, historiamque ecclesiasticam novi foederis elaborare voluit: sed a Baronio praeventus animum mutavit.

Helvicus. CHRISTOPH. HELVICUS (*Helwich*), D. et Prof. Theol. Giffensis († 1617), conscripsit *Chronologiam et Historiam universalem* (Giffae 1618. 4. ibid. 1637. 4.), *Synopsin historiae universalis* (Giff. 16.. ibid. 1637. 4.) et *Theatrum historicum et chronologicum* etc. Giffae.. — continuatum a IOH. BALTH. SCHUPPIO, Marburg. 1639. f. et a IOH. IUST. WINCKELMANNO (Francof. 1666. f.). Theotisce etiam reddita sunt haec Helvici opera, tempore, quo confecta sunt, utilissima: hodie meliora habemus.

Opmeer. PETRUS OPMEER (nat. Amstelod. 1525. denat. Delphis 1595) *opus chronographicum orbis universi a mundi exordio usque ad annum* 1570 conscripsit, quod ad annum 1611 continuavit et edidit Laurentius Beyerlinck, Canonicus et Archidiaconus Antverpiensis, *Antverpiae* 1611. f. Prodiit haec Opmeeri Chronographica quoque *Coloniae* 1625. 8 mai. sed ad annum 1591 saltem haec editio pertingit; addita tamen eiusdem *Opmeeri* historia martyrum Batavicorum.

Megerlin. Multi olim usus PETRI MEGERLINI (Profess. Mathes. Basil. † 1686) *Theatrum divini regiminis a mundo*

mundo condito ad nostrum usque saeculum. Basileae 1683. 4.

Pererudite scriptum EDWARDI SIMSONII *Chronicon. historiam catholicam complectens, ab exordio mundi ad nativitatem Domini N. Iesu Christi et exinde ad annum a Christo nato* LXXI. digestum, editumque *Oxonii* 1652 et 1671. f. Quod cum inventu difficile esset, adiectis eruditis animadversionibus exhibuit PETRUS WESSELING, *Lugd. Bat.* 1729. fol. mai. Recus. *Amstelod.* 1752. f. Simson.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS *Historiam universalem* composuit, *sacram et profanam* a Christo nato ad annum usque 1650, in qua illustrium gentium ac Principum origines, res gestas, varias mutationes atque alia describit, *Lugduni Batavorum* 1650 et 1652. 4. *Francofurti* etiam 1660. f. opera *Ioh. Andr. Bosii*, et cum appendice X annorum *Ottonis Menckenii* (non addito tamen eius nomine), *Lipsiae* 1675. 4. Propositum *Boxhornio* fuit, ea saltem exponere, quae haud ubivis obvia, licet in rebus antiquioribus tanta non praestiterit, quam in duobus ultimis, quibus multa narrat haud adeo proletaria. Boxhorn.

IACOBUS GOUTOLAS, Iesuita Francogallicus († 1661), *universalem* suam *historiam* profanam a Christo nato ad annum 1640 usque perduxit, cum Imperatorum, Regumque Franciae iconibus, *Parisiis* P. I. 1653. P. II. 1659. f. Goutolas.

ANTONIUS ROBINSONUS *Annalium Mundi universalium Tomum unum* edidit, *Libris* XIV. absolutum, *Londini* 1677. f. cui per quindecim annos, non felici admodum successu, insudavit, et ad vastationem urbis Hierosolymitanae primam tantum perduxit. In editione secunda hos annales recognovit et emaculavit THOM. PIERCE. *Lond.* 1686. f. Robinson.

Ex iis, qui saeculo decimo septimo historiam universalem patrio sermone exposuerunt, commemorabimus sequentes:

IOH.

Gottfrid. IOH. LUDOV. GOTHOFREDI (GOTTFRID) potius IOH. PHIL. ABELINI, Magistri Philos. Argentoratensis (cl. ante 1650), *Historische Chronica oder Beschreibung der vornehmsten Geschichten, so sich vom Anfang der Welt bis auf das Jahr Christi 1619 zugetragen, nach Abtheilung der 4 Monarchien und beygefügter Jahrrechnung aufs fleißigste in Ordnung gebracht — Mit viel schönen Contrafaicturen und Geschichtmäßigen Kupferstücken, zur Lust und Anweisung der Historien, gezieret, an Tag gegeben, und verlegt durch* MATTHAEUM MERIANUM. *Francof.* 1630. 4. 1642. 4 mai. *ibid.* 1674. f. *ibid.* 1680. f. *ibid.* 1710. f. 1743. f. T. II. (quo ab anonymo res ab a. 1619 usque 1659 gestae narratae) *ibid.* 1745. f. T. III. (ab a. 1660 ad a. 1750) *ibid.* 1758. f. Priorem tomum IAC. VAN MEURS Belgice reddidit, simulque auxit *Amstelod.* 1660. 2 Voll. f. — Hocce *Gothofredi* opus ob industriam, quam adhibuit auctor, non parvi aestimatur, multo vero magis propter icones Merianas, in tomo saltem primo eiusque editione prima, qui quasi prodromum facit Theatri Europaei, de quo postea. *)

Con-

*) Origo Chronici Gottfridiani in *Catal. Bibl. Rinckianae* p. 328. hisce narratur verbis: „Huic operi ansam dedit Matth. Merianus, Chalcographus sui temporis celeberrimus. Hic enim a. 1625 impensis Lazari Zetzneri Argentorati tabulas aeneas biblicas ediderat, quae summo cum applausu excipiebantur. Hoc excitabat ipsum, ut suis sumtibus profanae historiae tabulas aeri incidere tentaret, quibus illustrandis commentario opus erat. Hunc conscribendum commisit Ioh. Lud. Godofredo, seu qui sub hoc nomine latet *Ioh. Phil. Abelino*, qui primi quoque et secundi tomi Theatri Europaei, eiusdem Meriani tabulis aeneis exornati, auctor est. Hoc ab a. 1619, quo desiit Chronicon nostrum, cum incipiat, haud incongrue prodromum a quibusdam prima parte commemorati Theatri habitum est.“ Aliud opus, ut ita dicam, statisticum, elaboravit idem Gottfridus hocce titulo: *Neuere* Archontologia

Continuationis Chronici Gottfridiani loco opus sequens haberi potest:

GOTTFRIED SCHULTZENS (Gardelega-Marchicus, Hamburgi maxime qui vixit et scripsit, † 1662), *Neu-augirte und continuirte Chronica vom Anfang der Welt bis auf das Jahr* 1660. *Lübeck, bey A. J. Becker* 1660. 8. Gottfr. Schultz.

— *Continuatio vom J.* 1656 *bis* 1662. *Frankf. am Mayn, durch Ioh. Fievet* 1662. 8.

— *Continuatio II. vom J.* 1662 *bis zum Ausgange des* 1670 *Jahres.* Ibid. *bey B. C. Wust* 1671. 8.

— *Continuatio III. vom J.* 1671 *bis zum Ausgange des* 1680 *Jahres.* Ibid. 1681. 8.

Quis continuationem secundam et tertiam condiderit, nos latet.

Magnam olim auctoritatem multosque lectores nacta est compilatio operis inter Germanos notissima, hoc titulo insignita: *Neu eröffneter historischer Bildersaal, oder kurze und deutliche Beschreibung der historiae universalis vom Anfang der Welt bis auf unsere Zeiten.* Tomus I - III. *Solisbaci* 1692 - 1694. Deinde *Norimberg.* 1697 - 1778. 17 Voll. 8 mai. Priores partes quinque, qui ANDR. LAZARUM *ab* IMHOF, (Norimbergensem et Comitis Palatini Solisbacensis ministrum primarium, qui postremo tempore consiliis intimis fuit Duci Brunsuicensi,) auctorem habent *), maiore diligentia elaboratae sunt, quam poste- Hist. Bildesaal.

gia cosmica, *oder Beschreibung aller Kayserthumben, Königreichen und Republicken der ganzen Welt, die keinen Höhern erkennen.* Francof. 1628. f. ibid. 1638. f. ibid. 1646. f. ibid. 1695. f.

*) Imhofius, in aula Caesarea magni aestimatus, hunc sibi proposuerat finem, ut Rex Romanorum Iosephus ex hoc libro historiae fundamenta addisceret, quam ob rem auctor, sacris licet evangelicis addictus, in rebus religionem respicientibus tanta cum moderatione versatus est, ut communi applausu ab utriusque religionis asseclis opus eius exciperetur. v. *Catal. bibl. Rinck.* p. 338.

posteriores, praesertim recentissimae, quippe quae non omnes quidem, at plurimae tamen, ex ephemeridibus politicis misere sunt consarcinatae. Icones, quas inscriptio libri ob iucunditatem laudat, minime sunt iucundae nec elegantes. — In usum regii Principis Borussici volumina quinque priora in Gallicam linguam translata sunt hoc titulo: *Le grand theatre historique, ou nouvelle histoire universelle tant sacrée que profane, depuis la creation du monde jusqu'au commencement du XVIII. Siècle. V Tomes à Leide* 1703. 2 Voll. f. cui versioni tabulae aeneae Merianae, quibus Godofredi Chronicon superbit, novum ornamentum conciliant. In Italica quoque lingua comparuit sub titulo: *Gran Teatro storico o sia Storia universale* etc. 1738. 4. Quae versio ex Gallica, ut videtur, est enata. — Partes autographi priores saepius sunt recusae, hoc scilicet ordine: P. I. 1692. 1697. 1703. 1752. P. II. 1693. 1704. 1727. 1753. P. III. 1694. 1704. 1723. P. IV. 1707. 1724. P. V. 1707. 1725. 1765. P. VI. (auctore EUCHARIO GOTTLIEB RINCK, Professore Altdorfino olim celeberrimo) 1710. 1733. Appendix partis VI. (eodem forte Rinckio auctore) 1715. 1725. 1762. P. VII. (auctore I. HARTMANNO, Diacono Norimb. ap. S. Laurent.) 1719. 1727. 1740. 1749. P. VIII. (auctore eodem et IOACH. NEGELEIN, Theologo Norimb.) 1727. 1740. 1764. P. IX. (auct. eod.) 1735. 1756. P. X. (auct. CONRADO SCHOENLEBEN, Pastore et Prof. Norimb.) 1744. 1746. 1767. P. XI. (auct. I. P. ROEDERO, Pastore ad D. Leonhardi prope Norimbergam, et G. P. SCHUNTHER, Prof. Norimb.) 1752. P. XII. (auct. C. G. RICHTER) 1761. P. XIII. (auct. eodem) 1762. P. XIV. (auct. GE. ANDR. WILLIO, Profess. Histor. Altdorf.) 1766. P. XV. (auct. C. G. RICHTER) 1773. P. XVI. (auct. IOH. DREYKORN. Diac. Norimb. ap. S. Iac.) 1778.

Ex

Ex Francogallis nominandus est:

URBANUS CHEVREAU (nat. Loduni 1613. ibique denat. 1701) *Histoire du monde*, à Paris 1686. I Voll. 4. auctior *ibid.* 1689 et 1698. V Voll. 12. *à la Haye* 1698. V Voll. 12. (Editio ab auctore ipso aucta et castigata) *à Amsterd.* 1717. VIII Voll. 12, cum Abbatis *de* VERTOT, aut potius BOURGEOIS *de* CHASTENET ad Carolum VI. Imp. usque, continuatione, quae tamen erroribus scatet historicis; ideoque editio a. 1698 praeferenda. Plurima in hoc opere mutuata ex *Matthiae* Theatro theoretico-practico, deinde laudando. Historia Graeca et Romana curatius caeteris est tractata. Chevreau.

Ex *Italis:*

GIO. NIC. DOGLIONI *Teatro universale de' prencipi, e di tutte l' historie del mondo* (ab O. C. ad ann. Chr. 1606). *Venetia* 1606. 2 Voll. 4. Doglioni.

ANTONIO FORESTI *Mappamondo istorico, cioè ordinata narrazione dei quattro sommi imperii del mondo e della monarchia di Cristo da S. Pietro primo Papa sino a' nostri tempi. Parma* 1690 et 1691. VI Tomi f. V Voll. in 4. (In hac editione historia tantum usque ad a. 1670 deducta) *Venet.* 1700. VII Voll. in 4. Theotisce: *Historische Weltcharte, das ist: Beschreibung der Welt. Augsb.* 1716 - 1718. VI Tomi 4. — In primis historia Italiae, praecipue vero pontificum Romanorum, in hoc opere diligentius culta. Foresti.

FRANC. BIANCHINI (Veronensis, D. Theol. Canonici, Diaconi et Referendarii Pontificum Rom. Clementis XI. et Innocentii XIII; nat. 1662. denat. 1729) *Storia universale, provata con monumenti, e figurata con simboli degli Antichi. Roma, per Ant. de' Rossi* 1697. 4. ibid. 1747. 4. Bianchini.

Teatro storico o sia storia universale sacra e profana, dalla generatione del mondo, sino al principio del decimo ottavo secolo. In Venetia 1735. V Voll. in 4. Teatro storico.

Ex

Ex *Anglis:*

Howel. WILHELMUS HOWEL s. HO-EL (Canc rius Dioeceseos Lincolnensis, † 1683), qui dedi *Institution of general history, or the history o World. London.* 1680. 2 Voll. f. Quorum pr tomus historiam antiquam continet exacte de ptam usque ad Constantini M. tempora: alter historiam saltem Imperatorum usque ad destru nem imperii Occidentis comprehendit.

Heylyn. PET. HEYLYN'S (D. Theol. Rectoris eccl rum Ailesfordensis et Warnborensis, nat. 1599, nat. 1663) *Cosmography in four Books, containin Chorography and History of the whole World an the principal Kingdoms, Provinces, Seas, and the thereof, improv'd with an historical continuation t present times by* EDMUND BOHUN. *London* 170 *with Maps.* Priores editiones Oxonii 1622. 4 Londini 1652 et 1682. 4. prodierunt.

Raleigh. *The Historie of the World, in five bookes, by* WALTER RALEGH, (frequentius dicitur RALEI *Raulaeus*, cuius fata singularia ex historia Angli satis nota, † 1618. Carcere per undecim annos tentus hanc historiam scripsit), qui seriem histori usque ad interitum regnorum, ex Macedonico c rum, perduxit: ALEXANDER vero ROSS ad an 1640, alii demum ad annum 1707 continua Editus est Tomus I. *Londini* 1614. f. II. *ibid.* 1 f. opus universum *ibid.* 1708. 4 Voll. in 8. Tab chronologicae, mappaeque geographicae omn editionibus sunt adiectae. — Cf. (BAUMGARTE *Nachrichten von einer Hall. Bibliothek* T. V. p. 6

Boecler. IOANNES HENRICUS BOECLERUS in an habuit *universalem historiam* per omnia saecula c scribere, neque tamen illam plene absolvit. V quidem adhuc *historiam saeculi* IX. *et* X. scripsit, quam specimen laboris, quo etiam insignem se p stitit historicum. Post mortem vero ipsius pro

I

Saecula IV a Christo nato *priora*, quae accu-
D. M. Fr. prodierunt *Sedini* 1699. 8, praemis-
aefatione isagogica Ioannis Fechtii. Desumta
sunt ex lectionibus privatis, quae anno 1659
uditoribus exceptae fuerant, atque chronolo-
, res Romanas, externas, ecclesiasticas et litera-
ertractant. Singula accurate sunt proposita, al-
s etiam fontibus. Tandem quoque eiusdem
leri habemus *de rebus saeculi post Christum natum*
librum Memorialem cum commentario, quem
gnitum edidit *Ioannes Burcardus Maius*, *Kilonii*
. 8. In memoriali quidem libello brevis adpa-
diculus rerum praecipuarum saeculi decimi sex-
egatis ubique auctoribus, qui singula descripse-
, quae vero in adiecto commentario plenius
exposita.

Tandem etiam hic commemorandum videtur Gualterii 1
, inscriptione saltem huc pertinens, dignumque, Gruteri Chronicon
i argumenta varia sive miscella ante oculos po- Chronicorum.
ur. Inscriptum est: *Chronicon Chronicorum ec-*
fiastico-politicum, *collectore* IO. GUALTERIO (i. e.
O GRUTERO, qui patris sui Ioh. Gualterii Gru-
praenomine usus est). *Francof.* 1614. 4 Voll. 8.
Continentur Tomo I: Notitia Episcopatuum or-
hristiani, sive Codex Provincialis Romanus, ab
erto *Miraeo* ex vetusto Codice publicatus; *Arn.*
nanni theatrum conversionis gentium totius or-
sive Chronologica de vocatione omnium popu-
n et propagatae religionis descriptio; Onuphr.
vinii Romanorum pontifices maximi, additis
copis, Cardinalibus etc.; *Idem* de Episcopatibus,
s et diaconis Cardinalium; Casp. *Bruschii* epitome
nnibus Germaniae Archiepiscopatibus et Episco-
ius, acced. *Fabianenses*, sive *Favianenses*, aut *Wi-*
nses, qui sunt Viennenses et alii Episcopi et Ar-
piscopi; Petr. *Merssaei* Electorum Ecclesiastico-
catalogus; Franc. *Modii* liber singularis de Or-

dinum Ecclesiasticorum origine, progressu et vestitu. — Tom. II. Aub. *Miraei* Libri II de origine Equestrium Ordinum; Franc. *Mennenii* deliciae Equestrium, sive Militarium Ordinum symbola, insignia et origines; Garterii equites in Britannia ex libro Thom. *Milles* de nobilitate politica; Gabr. *Prateoli* Concilia Ecclesiae christianae; *Eiusd.* epitome veterum recentiorumque haereticorum; Io. *Frisii* bibliotheca philosophorum auctorumque veterum; Bibliotheca patrum minor, a temporibus Apostolorum, usque ad tempora scholasticorum Ecclesiae doctorum, ab anno 50 ad 1140; Io. *Frisii* nomenclatura alphabetica philosophorum aliquot veterum et recentiorum; Enumeratio Patrum alphabetica, cum assignatione temporis, quo floruerunt, ab anno 50 ad 1140; Dies natales virorum litteris armisque illustrium ad 1600; Dies emortuales virorum literis armisque illustrium ad 1614; Io. *Horolani* Calendarium Ecclesiasticum, quo breviter occurrunt Sanctorum feriae, annus Domini, tempus passionis, auctoresque, qui de his scripserunt; Martyrologium Romanum, addito die mortis cuiusque e *Baronio.* — Tom. III. Onuphr. *Panvinii* Imperatorum, Regum et Principum catalogus; Enumeratio et genealogia Regum Hispaniae ab Adamo, e Tomo I. Rerum Hispanicarum; Hieron. *Blancae* Arragonum Regum series et elogia; Duard. *Nonius* de vera Regum Portugalliae genealogia; Gregor. *Lilii* chronicon Regum et Principum Britanniae; Catalogus Regum Scotorum, quo tempore regnarint, quo fato diem obierint, ubi sepulti, ex Hectore *Boethio; Erici* Regis Daniae historia de origine gentis Danorum, de Regibus eiusdem gentis et eorum rebus gestis; Historia compendiosa Regum Daniae continuata per Erp. *Lindenbruchium;* Casp. *Schutzii* catalogus Regum Poloniae; Series Regum Sueciae ex Io. *Pistorio;* Indiculus Regum Bohemiae; Catalogus Electo-

rum

um Palatinorum ex originibus *Freheri;* Catalogus Electorum Saxoniae it. Electorum Brandenburg.; Petr. *Marcelli* et Silv. *Girelli* Venetorum Principum vitae et gesta; Achill. Pirminii *Gassaris* Catalogus Regum omnium Europae; Henr. *Aquilii* chronicon Geldriae, cum notis *Scriverii;* Georg. *Benedicti* epitaphia Hollandiae Comitum; Wolfg. *Drechsleri* chronicon de Saracenis et Turcis, auctum a *Fabricio;* Nicol. *Reusneri* Symbolorum Imperatoriorum classes III; Emortualium principum doctorumque appendicula. — Tom. IV. Conr. *Lycosthenis* prodigiorum ac ostentorum chronicon; Annotata de personis iudicii Camerae Imperialis a primo illius exordio, usque ad ann. 1572; Chronologia Ecclesiastico-politica rerum, pace belloque, toto fere orbe, gestarum, ab anno primo I. C. ad 1613; Academiarum scholarumque illustrium collectio ex Iac. *Middendorpio;* Nundinae mercatusque per Europam celebriores; Ludi equestres seu Hasti Ludi Germanica.

XI.

Scriptores historiae universalis saeculi XVIII.

Maioris molis opera sequentia fere huc pertinent: Scriptt. hist. univ. saec. XVIII.

ATLAS HISTORIQUE, *ou nouvelle Introduction à l'histoire, à la chronologie & à la geographie ancienne & moderne, représentée dans de nouvelles cartes, où on remarque l'établissement des états & empires du monde, leur durée, leur chûte & leurs differens gouvernemens, la Chronologie des Consuls Romains, des Papes, des Empereurs, des Rois & des Princes &c. dépuis le commencement du monde jusqu'à présent. Par Mr.* C***. *Avec des dissertations sur l'histoire de chaque état par Mr.* GUEUDEVILLE. *Nouvelle edition. à Amsterd.* 1739. Atlas historique.

7 Tomi in fol. Tomus septimus supplementa et
sertationes continet, auctore *H. P. de* LIMIE
Prima editio prodiit *ibid.* 1708, 3 Voll. f. secunda
mique voluminis tertia *ibid.* 1720 et 1721. 7 V
f. — Opus sumtuosum, magis ob figurarum aeri
cisarum tabularumque genealogicarum eleganti
quam ob rerum narrationem, delectum et praest
tiam, commendandum. Partes quaedam separa
editae sunt, titulis novis.

ist. univ. ngl ic. m contin. rss. et epi mis. Omnes vero, qui unquam historiam univer
totius terrarum orbis condere ausi sunt, superavit
cietas virorum doctorum Anglorum, qui iunctis
ribus opus, omnibus populis cultioribus notum,
borarunt, cuius ortum, progressum et indol
nunc narrare ac describere animus est. Ab in
quidem operis ambitus non adeo late patens, qu
postea fiebat, delineabatur, quippe qui solumm
historiam antiquam quatuor voluminibus sive pa
bus octo in folio, ut aiunt, comprehendit. Ita
no 1730 Londini volumen primum sensim plag
singulis venditis in lucem editum. Successere ar
sequentibus reliqua. Vix autem haec editio pri
perfecta, altera iam erat procuranda, cuius prin
tomus anno 1736 hac inscriptione ornatus:

> *An universal history from the earliest Account of T to the present, compiled from original Authors an lustrated with Maps, cuts, notes, chronological and o tables* Vol. I. *London* 1736. f.

Singulis annis sequentibus volumen prodibat l
ius editionis priore multo auctioris: nondum v
ea absoluta, iam anno 1740 volumen primum re
dendum erat, variis quidem insignibusque correct
nibus et additamentis, licet titulus eorum haud r
minerit. Quae editio voluminibus VII in fol. co
stat. Volumen VII prodiit 1745. Successit alia *L
dini* 1747 sqq. constans voluminibus XX in 8 n
aliaqu

aliaque, voluminibus XXI in 8 mai. *ibid.* 1753 sqq. Hae editiones omnes tantum historiam antiquam continent. Nova deinde accessit, pluribus quoque editionibus. Recentissima editio, in qua historia antiqua et nova coniunctae, *Londini* prodiit 1759-1763. XXXVIII Voll. in 8 mai.

Auctores huius operis nunquam nomina sua sunt professi: scimus tamen, GEORGIUM SALE historiam populorum orientalium, in primis Arabum, IOHANNEM SWINTONUM historiam Karthaginiensem; ARCHIBALDUM BOWERUM Romanam elaborasse. Dicunt etiam, GEORGIUM PSALMANAZARUM, falsarium historicum, quem omnes norunt, huius laboris sociis esse adscribendum. Itaque pro auctorum varietate varias virtutes variaque itidem vitia opus hocce vastum prae se ferre, facile intelligitur. Aliae eius partes, paucissimae tamen, egregie sunt constructae, v. c. historia commerciorum gentium Europaearum in diversis Asiae et Americae partibus: aliae mediocriter: aliae, et quidem pleraeque, negligenter admodum, sine eruditione exquisita, sine iudicio acri, sine cognitione rectove usu optimorum subsidiorum, quod in primis de historia, quam dicunt, medii aevi atque de recentiore valet. Praeterea omnis descriptio formaque operis nec ingeniose nec secundum regulas artis historicae, quibus historiae omnium gentium, historiam universalem constituentes, apte pulchreque sunt coniungendae, ita ut corpus perfectum inde oriatur, est delineata: sed congeriem potius historiarum singularum, nulla iunctura inter se cohaerentium, conspicimus. Repertorium igitur, seu bibliothecam historiae universalis potius, quam ipsam historiam universalem, Britanni nobis exhibuerunt. Nihilo secius gratiae illis tribuendae sunt; licet enim eorum repertorium historicum minime sit perfectum omnibusque numeris absolutum: tamen auctores omnes, qui superiori-

 bus

bus temporibus historias universales composuere, antecelluerunt, multaque eorum operi insunt, quae magno cum fructu in usus tuos convertere possis; eoque insuper alii viri eruditi sunt excitati, qui plurimas operis partes ingenio industriaque haud vulgari auxerunt, amplificarunt atque poliverunt. Quum enim haec historia universalis varias in linguas fuerit translata, vel ipsae versiones correctionibus et additamentis ditatae, vel partes operis negligentius elaboratae ab exteris non dignae habitae, quae in linguas suas transferrentur, ideoque, reiecto Britannorum labore, maiore sedulitate ingenioque generosiore ab imo quasi exstructae sunt.

Francogallica operis versio omnium erat prima. Prodiit enim iam inde ab anno 1732, quum archetypum nondum typis prorsus esset expressum, pars istius versionis prima hoc titulo:

Histoire universelle, depuis le commencement du monde, jusqu'à présent, traduite de l'Anglois d'une Société de Gens de Lettres, enrichie de Figures & de Cartes nécessaires. à la Haye, Amsterd. & Leipsic 1732 sqq in 4.

Cuius versionis tomi priores anno 1742 typis repetiti, ab eoque tempore singulis fere annis volumen typis impressum, labore adhuc non finito. Anno 1780 volumen XLII prodiit.

Hac ex translatione TURPINUS, Francogallus, hausit composuitque, sine ulteriore rerum gestarum indagatione, novis potius naevis et erroribus coacervatis, opus inscriptum:

Histoire universelle imitée de l'Anglois, par M. TURPIN. *à Paris* 1770. 12 mai.

Qualem successum haec compilatio inter Francogallos habuerit, nescio. Ad nostram notitiam quatuor tantum volumina venere.

Nova

Nova operis Anglicani versio Francogallica edi coepta anno 1779 hac inscriptione:

> *Histoire universelle dèpuis le commencement du monde jusqu'à présent, composée en Anglois par une Societé de Gens de Lettres. à Paris, chès Moutard,* in 8.

Sub finem anni 1780 XX volumina formis erant expressa.

Versio *Belgica*, quorum volumina priora notis eruditissimis locupletata, hanc inscriptionem prae se fert:

> *Algemeene Histori van het Begin der Wereld af tot den tegen woordigen tyd toe-beschreeven door een Gezelschap van Geleerde Mannen in England. Uit het engelsch vertaeld, en met eenige Aentekeningen vermeerded door* KORNELIS WESTERBAEN. *t' Utrecht* 1736 sqq. fol. Tomus primus mox recudebatur.

Multo acrius *Germanorum* industriam opus hocce exercuit, et adhuc exercet, diuque in posterum exercebit. Ex quo enim SIGISMUNDI IACOBI BAUMGARTENII cura versio operis Britannici Theotisca coepta, multi popularium nostrorum non solum circa emendationem et continuationem operis, eiusque epitomen sunt versati, sed multo plures etiam Britannorum ausu stimulati, historias universales maiores minoresve moliti sunt. Primus versionis theotiscae tomus, Baumgartenii auspiciis, annotationibus eiusdem et castigationibus doctissimis, praefationeque bonae frugis plenissima, supra iam a nobis laudata, notisque versionis Belgicae instructus, hocce prodiit titulo:

> *Uebersetzung der allgemeinen Welthistorie, die in Engeland durch eine Gesellschaft von Gelehrten ausgefertigt worden.* ERSTER THEIL. *Nebst den Anmerkungen der holländischen Uebersetzung, auch vielen neuen Kupfern und Karten. Genau durchgesehen und mit häufigen Anmerkungen vermeret von* SIEGMUND IACOB BAUM-

BAUMGARTEN, *der h. Schr. Doctor und öffentl. Lehrer auf der Friedrichsuniversität in Halle. Halle bey Gebauer* 1744. 4 mai. Tomi duo priores mox recusi.

Baumgartenio, tomo XVII (a. 1757) immortuo, IOH. SALOMO SEMLER, Doctor et Professor Theologiae, adhuc Halae florens, editionis curam suscepit. Tomo XVIII, cui insunt tabulae chronologicae utilissimae, impresso, historia universalis antiqua erat absoluta, tomusque XIX et sequentes partim tenore numerorum perpetuo insigniti, partim novo titulo, novoque numerorum tenore hac ratione inscripti: *Uebersetzung der allgemeinen Welthistorie der neuern Zeiten* etc. I. *Theil.* — Ita operis versio progressa usque ad tomum XXX; quo (1765) impresso placuit, non amplius operam versioni impendere, voluminibus Anglicis summa cum oscitantia elaboratis. Scatent enim erroribus volumina, quibus historia regnorum Europae septentrionalium, e fontibus impurissimis hausta, narratur, historiaeque Russorum, Polonorum et Suecorum sic expositae Theotisce iam versae erant, cum consilium illud caperetur. Continuatio igitur operis quibusdam viris eruditis, in Germania natis, committebatur, mutato sic titulo:

Fortsetzung der allgemeinen Welthistorie durch eine Gesellschaft von Gelehrten in Teutschland und Engeland ausgefertiget.

Tomi XXXI (sive recentioris historiae XIII) elaborationem debemus AUGUSTO LUDOVICO SCHLOEZERO, Professori Goettingensi. Anno demum 1771 tomus iste erat finitus, cum tomi tres sequentes, de quibus postea, typis iam impressi essent. Praestantissimas dissertationes continet, atque introductionis in omnem historiam Septentrionis Europaei loco aestimandus est. Argumentum huius tomi exhibebimus infra in capite de historia Septentrionis Europaei.

Tomis

Tomis XXXII et XXXIII (a. 1768 et 1770) inst historia Norvagica et Danica, auctore LUDOVICO ALBERTO GEBHARDI, Professore academiae questris Luneburgensis. Tomo XXXIV et maiori arti tomi XXXV (a. 1770 et 1771) historia Belgica, uctore EOBALDO TOZENIO, Consiliario iustiae Mecklenburgensi et Professore in Academia Buetoviensi. Reliquae minori parti tomi XXXV, ut et omis sequentibus XXXVI, XXXVII, XXXVIII et XXXIX, (a. 1771, 1772, 1773, 1774 et 1776) historia Francogallica, auctore IOH. GEORGIO MEUEL. Tomis XXXX, XXXXI, XXXXII et XXXXIII 1778-1781) historia regnorum rerumque publicaum Italiae, auctore IOH. FRIDERICO LE BREo, consiliario consistorii Wuertembergici et Praefeto bibliothecae ducalis Stuttgardiensis. Nondum iis quatuor tomis finita est historia Italica.

Plura de recentioribus hisce voluminibus dicenur infra iis capitibus, quibus historiae in istis expoitae conveniunt.

Tomis XXXII, XXXIII, XXXIV et XXXV praeixae sunt praefationes I. C. GATTERERI doctissinae aeque ac utilissimae, suis locis memoratae et nemorandae.

Nunc igitur, dum haec scribuntur, versio et coninuatio operis Anglicani Theotisca tomis XXXXIII constat: at non his solis, sed alia volumina insuper ad corpus vastissimum pertinent, quibus nimirum variae dissertationes et illustrationes plurium argumentorum maioris momenti, sive a viris Germaniae eruditis exaratae, sive aliis ex linguis in Theotiscam translatae, *Baumgartenio* et *Semlero* curantibus sunt exhibitae. Multae quoque insunt correctiones et additamenta ad Britannorum opus ab iis ipsis in recentioribus editionibus suppeditata. Prodierunt vero hac inscriptione:

Sammlung von Erleuterungsschriften *ud Zusätzen* *allgemeinen Welthistorie, herausgegeben von* · S BAUMGARTEN. — I. *Theil, Halle* 1747. II. 1748. III. *Th.* 1750. IV. *Th.* 1756. V. *Th.* (*von* SEMLER) 1761. VI. *Th.* 1765. 4 mai.

Dissertationes potiores occasione oblata lau bimus.

Nonnullas harum dissertationum maximam partem annotationum Baumgartenianarum ad mum primum versionis Theotiscae, ut et Baum tenii praefationem ad eundem, Britanni ipsi Ang reddiderunt *Londini* 1754. 8.

Itali quoque sermoni suo patrio donarunt tannorum opus. Historiae veteris versio est confe duaeque vel tres editiones illius *Venetiis* in 4. et rentiae in 8. prostant: historiae novae transla quantum scio, nondum absoluta.

De *Epitomis* huius operis nunc dicendum. *mam* Angli ipsi confecerunt, eamque sic inscrips

A General History of the World from the creation to present time. Including all the Empires, Kingdoms States; their Revolutions, Forms of Government, L Religions, Customs and Manners; the Progreß of Learning, Arts, Sciences, Commerce and Trade; T ther with their Chronolog, Antiquities, public Build and Curiosities of Nature and Art. By WILLI GUTHRIE, *Esq.* J. GRAY, *Esq. and others emi in this Branch of Litterature. London* 1764-1767. V XII. 8 mai.

Laudanda quidem apta huius epitomes compo tio, licet rerum gestarum dilectus non ubique o mus sit; laudanda etiam in plerisque operis parti elocutio narrationisque ars: at diligentia attentioq in vitandis et emendandis maioris operis errorib auctoribus prorsus defuit; novos potius haud r commisere. Quae cum ita sint, versioni huius e tomes Theotiscae viri fuerunt praefecti, qui Brit

nor

norum errores tollerent, fontes narrationis breviter indicarent, chronologiam plane neglectam adderent, opusque universum in formam redigerent laetiorem. Prima scilicet huius versionis pars prodiit *Lipsiae*, impensis haeredum Weidmanni Reichiique, hoc fere indice:

Allgemeine Weltgeschichte von der Schöpfung an bis auf gegenwärtige Zeit — ausgefertigt von WILH. GUTHRIE, IOH. GRAY, *und andern in diesen Theilen der Wissenschaften berühmten Gelehrten. Aus dem Englischen übersetzt. Aus den Original-Schriftstellern berichtigt, und mit einer fortlaufenden Zeitrechnung und verschiedenen Anmerkungen versehen von Herrn* CHRISTIAN GOTTLOB HEYNE, *Professor der Beredsamkeit und Dichtkunst in Göttingen. Nebst einer Vorrede Herrn D.* IOHANN AUGUST ERNESTI. *Erster Theil. Leipzig* 1765. 8 mai. — Operis interpres *Gellius*, Lipsiensis.

Tom. II. *ibid.* 1766. *Heynius* huic tomo inultò maiorem curam, quam primo, ob auctorum oscitantiam mirificam, impendere coactus est. Regionum quarundam historias egregie ipse condidit, v. c. Cariae, Graeciae antiquissimae, Sicyonis. Praefatio viri sagacissimi lectu est dignissima.

T. III. 1766. Eodem *Heynio* curante.

T. IV. 1767. Crevit *Heynii* diligentia, praecipue in Etruscorum et Romanorum veterum historia emendanda.

T. V. *Pars* I. — 1768. Curante IOH. DANIEL RITTER, D. et Prof. Vitembergensi; qui vir doctissimus innumeras huic parti, historiae Byzantinae destinatae, adiecit correctiones et additiones maximi aestimandas. Ex quo intelligitur, quanta negligentia auctores maioris et minoris operis Anglici hanc quoque historiae portionem tractaverint. Melius profecto et sibi et lectoribus consuluisset Ritterus, si omnem Britannorum rhyparographiam sepofuisset historiaeque Byzantinae epitomen ipse condidisset.

T. V.

T. V. *Pars* II. — 1772. Eodem indagatore veritatis subtilissimo curante historia populorum, Africam olim colentium, veterumque Hispanorum, praeclare correcta.

T. V. *P.* III. — 1774. Veteris Galliae historia a *Rittero* quoque cultius summaque diligentia critica exposita. Trium harum partium stilum Heynius, Ritteri discipulus et amicus, correxit atque emendavit. Ritterus enim sermone patrio minus comto usus erat.

T. V. *P.* IV. nondum typis expressa. Rittero enim a. 1775 mortuo, curam quidem huius partis in se suscepit Heynius; at, negotiis aliis impeditus, lectorum desideriis satisfacere adhuc non potuit.

T. VI. *P.* I. — 1768.

T. VI. *P.* II. — 1769. In emendandis hisce partibus tomi sexti *Heynius* IOH. IAC. REISKIUM, Professorem olim Lipsiensem, socium sibi adiunxit, ob summam, quae viro immortali inerat, peritiam historiae Arabicae, his partibus comprehensae. Quo factum, ut hic quoque tomus versionis Theotiscae autographum longe post se relinquat.

T. VII. *P.* I. *et* II. 1772. Mongolorum, Persarum et Turcarum historia, ab *Heynio* etiam diligentissime expurgata.

T. VIII. — 1770. Historia Italiae, a IOH. MATTHI. SCHROECKHIO, Prof. Vitembergensi, polita.

T. IX. — 1767. Historia Germaniae, CAROLI RENATI HAUSENII curis. Alia historiae patriae expositio, a Germano quodam exarata, huic volumini substituetur in posterum.

T. X. *P.* I. *et* II. — 1771. Historia Francogallica, *Schroeckhio* emendatore.

T. XI. — 1773. Historia Belgica, eodem *Schroeckhio* correctore.

T. XII.

T. XII. — 1774. Historia Hispaniae et Lusitaiae medii et recentioris aevi, curis IOH. ANDR. IEZII, Prof. Goettingensis.

T. XIII. *P.* I. — 1774. *P.* II. 1776. Historia in- Angliae, GOLDSMITHIO auctore (Guthrie enim Gray historiam patriae omiserant) *Schroeckhio* amificatore.

T. XIV. *P.* I. — 1775. Ab hac parte, historiam oloniae continente, a Germanis idem, quod in maris operis versione factum. Inscitia enim ac negliantia Britannorum stupenda in regionum Europae ptentrionalium historia describenda deterruit popures a versionis continuatione; ideoque, insigni ofecto disciplinae historicae emolumento, reliquae eris partes a viris, quos Germania nostra procreat, doctissimis elaborantur. Ita historiam Poloniae AN. ERNEST. WAGNER, Dantisci otio honestissio fruens, scite admodum construxit, forma operis ntum externa, quam Angli delineaverunt, servata.

T. XIV. *P.* II. — 1776. Historia Litthuaniae, orussiae (usque ad a. 1656) et Livoniae, auctore *Vagnero.*

T. XIV. *P.* III. — 1777. Historia Borussiae rentior et Curlandiae, eodem auctore.

T. XV. *P.* I. — 1778. *P.* II. — 1780. Historia ungariae, a LUDOVICO ALB. GEBHARDI praeare adornata.

T. XV. *P.* III. — 1781. Idem *Gebhardi* expoit hac parte res in terris Hungariae vicinis, v. c. in ransylvania, Galitia, Lodomeria, Dalmatia, Croaa, Slavonia, Servia, Bosnia, Ragusa, aevo prisco ac centi gestas.

T. XVI. *P.* I. — 1778. Historia Daniae et Norigiae usque ad unionem Calmariensem (1397); eoem *I. E. Wagnero* auctore, qui et sequentes huius mi partes composuit.

T. XVI.

T. XVI. *P.* II. — 1779. Historia Sueciae usque ad unionem Calmariensem, et historia eiusdem regni, Daniae et Norvagiae, usque ad exstinctam istam unionem (a. 1523).

T. XVI. *P.* III. — 1780. Daniae et Norvagiae historia, usque ad annum 1660.

Aliam epitomen ipsius maioris Anglorum operis alii Germaniae nostrae viri docti non multo post coeptam versionem epitomes Guthrianae condere instituerunt. Primum quidem id negotii datum THOMAE ABBTIO, Consiliario olim aulae et regiminis Bueckeburgensi, qui et plagulas XVII typis impressas elaboravit: sed mox laboris huius pertaesus, morteque praeventus, nil praeter plagulas istas perfecit; quae quidem hoc indice sunt ornatae:

Herrn THOMAS ABBTS *Fragment der ältesten Begebenheiten des menschlichen Geschlechts. Mit einer Vorrede, herausgegeben von D.* Ioh. Peter Miller. *Halle* 1767. 8 mai.

Epitomen deinde aliam conficere aggressus FRIDERICUS EBERHARD BOYSEN, D. Theol. Consiliarius Consistorii Quedlinburgensis etc., eandem, quoad historiam orbis terrarum antiquam, feliciter absolvit. *Tomus primus* prodiit *Halae* 1767. 8 mai. cum praefatione *Ioh. Christoph. Gattereri:* tomus *decimus*, isque historiae antiquae ultimus, *ibid.* 1772. En operis inscriptionem!

Die allgemeine Welthistorie, die in England durch eine Gesellschaft von Gelehrten ausgefertigt worden, in einem vollständigen und pragmatischen Auszuge. — Herausgegeben von D. I. E. Boysen. — *Alte Historie I. Band* etc.

Boysenus haudquaquam temere sineque examine Anglos secutus est, sed in subsidium laboris adhibuit etiam *Baumgartenii* et *Heynii* annotationes in operis maioris volumina et in Guthrii epitomen, ali-

sque virorum eruditorum lucubrationes. *Boysenus* imen multo maiorem lectorum gratiam sibi conciasset, si brevitatis studiosior fuisset. Plura huius epiomes volumina mappis geographicis, quibus epitoie Guthriana eget, instructa sunt.

Eodem anno, quo primus historiae antiquae epiomes tomus prodiit, recentioris historiae epitomes mus primus typis expressus est: si modo novum occe opus epitomes nomine insigniri possit. Miro nim consilio initium operis factum ab enarratione istoriae Germanicae, quae a Britannis in maioris peris voluminibus miserrime truncata ac deturpata, eoque minime Theotisce reddita, nec adhuc a quom popularium nostrorum ad operis maioris contiiationem elaborata est. Epitome igitur prius typis primi coepta, quam maius opus, ex quo illa fieret, esset. Itaque historia ista Germaniae nec hoc senepitome vocari potest, nec alia unquam ratione, iippe quae tam multa volumina hucusque occupat, ut epitomes notio plane evanuerit. Et ab initio iidem historiae huius Germanicae scribendae cura ROLO RENATO HAUSENIO fuit demandata, ii et plagulas duodecim priores composuit, dein ro operis continuationem FRANCISCO DOMINI- HAEBERLINO cessit. Et sic tandem a. 1767 imus in lucem prodiit tomus. Quum vero a. 1773 tomum duodecimum ventum, illeque typis exessus, historiaque patriae in eius ambitu non ultra midiam saeculi decimi sexti partem prolata esset, enituit consilii, hac ratione laborem amplius perquendi: *Haeberlinus* potius historiam Germaniae ovo sub titulo continuavit et adhuc continuat (in-, ubi de historiae Germanicae literatura erit dicenm, curatius exponemus de opere hocce Haeberliano), atque pars XIII et sequentes elaboratae a EBHARDO, TOZIO et MEUSELIO, qui, ut antea n monitum, ad operis maioris continuationem histo-

historias Daniae, Belgii et Galliae elaborarunt. Hi igitur ipsi opera sua ampliora in compendium redegerunt. Et quidem *Gebhardi* tomo XIII et XIV (*Halae* 1774. 8 mai.) historias Norvagiae et Daniae, *Toze* tomo XV (*ibid.* 1775) historiam Belgicam, *Meusel* tomis XVI, XVII, XVIII, XIX et XX (*ibid.* 1777-1779) historiam Francogallicam, narravere, ac tabulis genealogicis mappisque geographicis eosdem instruxere. *)

Haec fere sunt, quae de vastissimo opere isto eiusque progenie numerosa erant referenda. Nunc alios, quos saeculum nostrum procreavit, maioris molis libros, quibus historia universalis exponitur, secundum ordinem chronologicum percensebimus.

Rollin, cum [...]ontia. Primus nobis sese offert CAROLUS ROLLIN, historiam universalem antiquam elegantissime, at sine ulteriore veritatis scrutatione, sine recto fontium usu, parumque accurate narrans in opere isto:

> *Histoire ancienne des Egyptiens, des Carthaginois, des Assyriens, des Babyloniens, des Medes & des Perses, des Macedoniens, des Grecs. à Amsterdam* 1730-1739. XIII Voll. in 8.

Saepius typis repetitum est opus, e. gr. *Paris.* 1734-1740. VII Voll. in 4. *ibid.* 1740. in 4 et 12 mai. *à Halle* 1756-1758. IV Voll. in 8 mai.

Interpretatio huius historiae Rollinianae *Theotisca* prodiit *Dresdae* 1738-1749. XIII Voll. in 8. *Italica*, *Venetiis* 1740 sqq. IX Voll. in 8. *Hispanica*, per *Franc. Xaver. de Villanueva*, *Madriti* 1780. XIII Voll. in 4.

In

*) Nec silentio hic praetereundae observationes doctissimae in operis istius Anglici maioris partes quinque priores, quas PETR. FRID. SUHM, historicus aetatis nostrae nobilissimus, sermone Danico composuit scriptisque societatis literariae Dronthemiensis inseruit, tomis quidem I (p. 203-235.), II (p. 158-.34.), III (p. 181-295.), IV, cui titulus: *Kongelige Norske Selskabs Skrifter* (p. 150-269).

In compendium Rollini opus redactum ab Abbate TAILHIE', *à Paris* 1744. IV Voll. in 12. et *à Lausanne* 1754. V Voll. in 12. (Haec editio praestantior est Parisiensi; maior enim chronologiae ratio in ista habita variaque historiae capita dilucidius et curatius exposita sunt.) *Theotisce, Zürich* 1750-1753. IV Voll. in 8.

Rollinus ipse historiam Romanam eadem ratione elaboravit, continuationem quasi istius operis, hoc titulo:

Histoire Romaine dépuis la fondation de Rome jusqu'à la bataille d'Actium, par Mr. CHARLES ROLLIN; *revue dépuis la mort de l'auteur par J. B. L.* CREVIER. *à Amsterd.* 1739-1749. XVI Voll. in 8 *à Halle* 1753-1755. V Voll. in 8 mai. *Theotisce, Vratislaviae* 1739-1763. XVI Voll. in 8.

Idem ille *Crevierus*, Tillemontium potissimum secutus, historiam Romanam continuavit hoc indice:

Histoire des Empereurs Romains, dépuis Auguste jusqu'à Constantin par Mr. JEAN BAPTISTE LOUIS CREVIER. *à Paris* 1750-1756. 6 Voll. in 4. ib. eod. 12 Voll. in 12 mai. *à Amsterd.* 1750 sqq. 12 Voll. in 12 mai. — *Theotisce*, parum accurate, *Dresdae* 1756-1769. 12 Voll. in 8. Utrumque Rollini et Crevieri opus *à Amsterd.* 1744-1756. 28 Voll. in 12 mai.

Continuationem operis dedit alius Francogallus hoc indice:

Histoire du Bas Empire, en commençant par Constantin le Grand. Par LE BEAU. *à Paris* 1757 sqq. 12 mai.

Nondum opus hoc amplissimum ad finem perductum. Auctore a. 1778 mortuo, continuationis curam in se suscepit Abbas GUENÉE. Theotisce etiam redditur Norimbergae. *Ioh. Adam Hiller* priores duodecim huius versionis tomos (1765-1775), reliquos *G. W. Panzerus*, Archidiac. Norimberg. curavit. Versionem Italicam procuravit Abbas *Fassadoni*.

 In

In capite de scriptoribus historiae Byzantinae plura de opere hocce dicendi erit locus.

Historiam recentiorem, inprimis populorum Asiaticorum, ad operis Rollini continuationem, itidem alii pertexere instituerunt. Prodiit nimirum:

Histoire moderne des Chinois, des Japonnois, des Indiens, des Perses, des Turcs, des Russes &c. pour servir de suite à l'histoire de Mr. Rollin. à Paris 1754 - 1773. XXIV Voll. in 12 mai.

Americae etiam historia posterioribus tomis comprehenditur. Caeterum maxima operis pars fide historica plane caret, quippe quod summa incuria ex rivulis lutulentis haustum: nihilo minus, in Germanorum quasi opprobrium, Theotisce redditum, *Berolini* 1758 - 1778. XXXIII Voll. in 8. Priores operis Francogallici tomos duodecim consarcinavit Abbas FRANCISCUS MARIA *de* MARSY: posteriores RICHER.

[Al]lgemeine [St]aats-[Ch]ronick. Ex Gottfridi Chronicis paullo ante excitatis, ex ephemeridibus politicis aliisque huius farinae libellis compilatum est *Chronicon universale*, Germanico sermone: *Allgemeine Staats- Kriegs- Kirchen- und Gelehrten-Chronicke, in welcher alle geist- und weltliche Denckwürdigkeiten und Geschichte, so sich vom Anfange der Welt bis auf unsere Zeit zugetragen: und sowohl der Ursprung, Aufnehmen, Glückswechsel und Untergang großer Monarchien — als auch die in Europa und andern Theilen der Welt geführten wichtigsten Kriege — Empörungen, Verrätheteyen, Mordthaten, Executionen, Feuersbrünste, Wasserfluthen, Sturm und Ungewitter — ingleichen von Crönungen, Einzügen, Illuminatiouen, Feuerwercken — Exequien, Castris doloris — wie nicht weniger sichere Nachrichten von denen Kirchengeschichten Alten und Neuen Testaments, aus bewährter und berühmter Männer Schriften und Bibliothecken mühsam zusammengetragen und ans Licht gestellet.*

gestellet. Leipzig, verlegts *Ioh. Heinr. Zedler* 1737-1754. XX Voll. in fol. Indoles operis ex hac inscriptione, licet eam contraxerimus, recte aestimari potest. Primus editor perhibetur IAC. AUG. FRANKENSTEIN.

Stilo culto, adhibito curatiore rerum delectu, non tamen fontibus ubique consultis, magisque historiae ecclesiasticae et antiquae, quam civilis ac recentioris, ratione habita, concinnatum est hoc opus: Calmet.

Histoire universelle sacrée & profane depuis le commencement du monde jusqu'à nos jours. Par Dom AUGUSTIN CALMET. *à Strasbourg* 1735-1770. XV Voll. in 4. Tomo XV historia usque ad initium saeculi decimi septimi continuata est.

Minus comte, quam Rollini opus, maiore tamen veritatis eruendae studio, elaborata est historia antiqua sequens: Guyon.

Histoire des Empires & des Republiques dépuis le déluge jusqu'à Iesus Christ (par l'Abbé GUYON. *à Paris* 1736-1741. X Voll. 8.

De SALMONIS et VAN GOCHII historia recentiore s. statu praesenti politico omnium gentium infra agendum, ubi de notitia politica regnorum sermo erit. Idem fere valet de HENRICI WILSONI *Compleat Universalhistory*, de qua, quia potior operis pars geographica est, in capite de litteratura geographiae referendum.

Compilationibus vanis, futilibus et mendosissimis adnumeranda est: Lambert.

Histoire générale. civile, naturelle, politique & religieuse de tous les peuples du monde, avec des observations sur les mœurs, les coutumes, les usages, les caracteres, les differentes langues, le gouvernement, la mythologie, la chronologie, la geographie ancienne & moderne, les ceremonies, la religion, les mechaniques, l'astronomie, la physique particulière, l'histoire naturelle, le commerce, la navigation, les arts & les sciences des differens peuples de l'Europe, de l'Asie, de l'Afrique & de l'Amerique.

Par l'Abbé LAMBERT. *à Paris* 1750 sqq. XV V in 12 mai.

ardion. In usum filiarum regis Galliarum historiam u versam narravit IACOBUS HARDION stilo conc no ac nitido, rebusque gestis apte inter se iunctis, non semper accurate satis. Religionum historia pr sertim fabularum plena. En operis indicem!

Histoire universelle sacrée & profane dépuis le comme ment du monde jusqu'à nos jours. Par IAQU HARDION. — *à Paris* 1756 sqq. XVIII Voll. in
Italice *Torino* 1759-1763. XVI Voll. in 12.
Theotisce a *Salom. Ranisch* et *Ioh. Gottlob Glueck*, qu notulas nonnullas adspersere, *Altenburgi* 1760-17 XVIII Voll. in 8.

Quum Hardioni historia universalis tantum que ad saeculum decimum sextum p. C. n. dedu sit; *Linguetus* conatu audaci quidem, at non satis lici, illam continuavit, haud narrans, sed declam historiam saeculi XVI hac epigraphe:

Histoire universelle du seizième siècle, pour servir de à l'histoire universelle, sacrée & profane. Par SIM NICOLAS HENRI LINGUET. *Tomus XIX et à Paris* 1769. II Voll. in 12 mai.

Gesch. ekann- staaten. Coeptum, at minime ad umbilicum perductum opus quorundam virorum doctorum, Heilbronn typis impressum, quo historiam omnium hodie f rentium regnorum, nec diffuse nimis, nec ni compendiose, describere atque complecti anim erat. Ita vero inscribitur:

Allgemeine Geschichte der bekannten Staaten von ihrem sprunge an bis auf die neuern Zeiten, aus sichern Sch ten verfaßt. Heilbronn 1760. 8.

Partes quatuor (1760-1764) priores histori Britanniae, usque ad obitum Georgii I regis, nit et terse satis, duce in primis Rapino, narratam co prehendunt, auctore IOH. MICHAELE GRUNE concionatore olim Heilbronnensi. Partes quinq seque

entes (1762-1767) elaboravit IOH. RUDOL-
S SCHLEGEL, Rector gymnasii Heilbronnen-
aliis quoque libris bene de disciplinis historicis
tus. Historiam exhibuit Francogallicam ad Lu-
:i XIV obitum usque, ducibus potissimum Da-
et Martiniero: adiit tamen haud raro ipsos fon-
raecipue in concinnanda historia Ludovici XIV,
tomum nonum integrum implet. Historia ec-
stica et literaria, singulis historiae civilis periodis
itis, breviter, at scite, commemoratur. Conti-
o operis lento successit gradu. Historia quidem
ıaniae coepta 1770 tomo decimo, continuata-
771, 1772 et 1778, auctoribus CAR. RENA-
AUSEN, IAC. MELCHIORE WEISERT, IOH.
BR. LE BRET et WOLFGANGO JAEGER:
ondum ad finem perducta; absolvitur enim to-
centissimo, qui est totius operis decimus ter-
aeculum demum decimum quartum. Plura di-
r infra in capite de scriptoribus rerum Germa-
um.

mpliorem historiam universalem quoque moli- Franzen Adelung.
t et elaborare coepit ADAMUS GUIL. FRAN-
Professor olim Halensis, hoc titulo:

gemeine Geschichte der Welt, und Natur, der Völker, er Staaten, der Kirche, der Wissenschaften und Künste, us den Quellen selbst geschöpft. Berlin 1765. 1766. 2 Voll. in 8 mai.

uctore volumini priori immortuo, perfectio-
eiusdem et elaborationem posterioris in se susce-
H. CHRISTOPH. ADELUNG, Consiliarius Sa-
Gothanus, Lipsiae adhuc florens. At in hisce
is voluminibus historiae universalis expositio
inime coepta, sed ea modo copiosissime, maxi-
etiam partem accurate, si errorum typographi-
n nubem crassam excipias, tradita, quae ad
arationem seu introductionem in historiam fa-

cere possunt. Ideoque operis redemtor, cum illud emtores non sat multos nancisceretur, titulum aptiorem praefixit hunc:

> *Einleitung zur allgemeinen Weltgeschichte, in welcher von der Geschichte überhaupt, von der mathematischen und historischen Zeitrechnung, und von der mathematischen und natürlichen Erdbeschreibung gründlich gehandelt wird. Mit einer Vorrede begleitet von D.* ANTON FRIEDRICH BÜSCHING. *Berlin* 1769.

Wegelin. Ingenio philosophico instructus, historiam universalem medii et recentioris aevi usque ad annum 1740 scribere aggressus est IACOBUS WEGELIN, Professor academiae equestris regiae Berolinensis, hocce titulo:

> *Histoire universelle & diplomatique, contenant les evenemens les plus remarquables depuis le partage de l'empire &c. Tome I. à Berlin* 1776. — T. II. ibid. 1777. — T. III. ibid. 1780. 4 mai. f. Voll. VIII in 8 mai.

Auctor ipse Theotisce opus suum reddere coepit *ibid.* 1778. 2 Voll. in 8 mai.

Consilium et rationem historiae huius componendae Wegelinus iam anno 1769 publice declaraverat scripto supra iam a nobis laudato: *Plan raisonné d'une Histoire universelle* &c. Philosophice, pragmatice, nec non ingeniose, historiam tractare, quaestiones seu problemata historica solvere, praecepta et regulas ad usum civilem ex rebus gestis, ope inductionis historicae, derivare, atque similitudines variorum hominum variis ex saeculis venari studet. Quae quidem fere omnia ex voto illi successerunt: at minima lectorum pars plaudet huic successui; nam in veritatis historicae detrimentum nimium coacervatae sunt sententiae et regulae istae, narratio fere omnis minime historica, sed obscura, terminisque metaphysicis et mathematicis obruta, aegre procedens, arguta atque calamistris inusta, testibus insuper plane carens, ita

ita ut intelligere nequeas, cur auctor historiam suam diplomaticam appellaverit.

Recentissima saeculi nostri historia universalis minoris molis prodire coepit Lutetiae Parisiorum anno superiore hac inscriptione: Histo homi

Histoire des hommes, ou Histoire nouvelle de tous les peuples du monde. à Paris 1780. 12.

Tredecim hucusque volumina typis expressa, in quorum ultimo auctor DELILE historiam Francogallicam narravit. Quae sit indoles operis, nondum habeo dicere: male tamen ei successisse historiam patriam, alii affirmant.

XII.

Scriptores historiae universalis sui certique tantum temporis.

Verum ab his progredimur ad illos, qui sui certique tantum temporis historiam universalem rerum, in toto terrarum orbe, aut saltem maxima eius parte, gestarum, condiderunt. Scipti univ. certiqu tantum tempo

Cordate et libere sunt scripti THEODORICI *de* NIEM s. *Neheim* s. *Niheim* (Paderbornensis episcopatus oppido), scribae quondam Pontificii, deinde Episcopi designati Verdensis posteaque Cameracensis († circa a. 1417), *Historiarum sui temporis libri quatuor*, quorum tres priores de *schismate universali*, quartum vero *Nemus unionis*, sex Tractatibus constans, inscripsit. Exposuit illis res suo tempore, cum in Imperio aliisque regnis sub Carolo IV et subsequentibus duobus Imperatoribus, tum in Ecclesia (ab a. 1378 usque ad a. 1410) gestas. Prima editio, tres priores libros tantum continens, prodiit *Norimbergae*, apud Ioh. Petreium 1532. f. Secutae sunt editiones Basileenses, editore *Simone Schardio* 1560 et 1566. f. quibus etiam liber quartus comprehenditur. Theod Niem.

Recusi libri IV *Norimb.* 1592. 8. et *Argentorati* 1609 et 1629. 8. Adiecti sunt quatuor editionibus posterioribus FRANC. ZABARELLIS et IOH. MARII libelli de magno isto ecclesiae schismate.

is II. P.R. ...oh Gobellinus.

Singularia multa servant, arcanasque insignium eventuum saeculi decimi quinti caussas aperiunt PII SECUNDI, Pontificis maximi, *Commentarii rerum memorabilium, quae temporibus suis contigerunt*, quos, Pio, ut videtur, dictante, composuit IOHANNES GOBELLINUS *), Vicarius Bonnensis, Pioque a secretis, atque ex vetusto originali recognovit *Franciscus Bandinus Picolomineus*, Archiepiscopus Senensis, *Romae* 1584. 4. Recusi *Francofurti* in officina *Aubriana* 1614. f. qua in editione accesserunt: IACOBI PICOLOMINEI, Cardinalis Papiensis, qui Pio Pont. coaevus et familiaris fuit, *Rerum gestarum sui temporis et ad Pii continuationem commentarii*, eiusque *epistolae* perelegantes, rerum reconditarum plenissimae. — Primo Commentariorum Gobellini, seu potius Pii ipsius, libro vita huius Pontificis Max. eiusque gens copiose describitur. Libri undecim reliqui continent narrationem rerum in plurimis Europae partibus gestarum Pio pontifice, per sex scilicet annos (1458-1463). *Iac. Picolominei* commentariorum libri septem continuationem quasi efficiunt, multoque candore historia sex annorum sequentium (1464-1469) in iis narrata est. Eiusdem Picolominei epistolae DCLXXXII, ab anno 1462 usque ad a. 1479 scriptae, maximam voluminis partem constituunt. Epistolae hae cum Picolominei commentariis antea iam editae erant *Mediolani* 1506 et 1521. f.

...Picolomineus.

Cf. (BAUMGARTENII) *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* T. II. p. 170.

PAULUS

*) Haud confundendus cum *Gobelino* Persona, ante excitato.

PAULUS IOVIUS, Como, ducatus Mediolanensis urbe, 1482 natus, Episcopus Nucerensis, mortuus Florentiae 1552, historicus πολύγραφος, *Historiam* etiam omnium paene populorum ab anno p. C. n. 1494 usque ad a. 1546 scripsit, in duos tomos et libros XLV divisam, ex quibus vel fato perierunt, vel volente sic auctore suppressi Libri V. VI. VII. VIII. IX. X. (seu historia a. 1498 - 1513) et Libri XIX. XX. XXI. XXII. XXIII et XXIV (sive historia a. 1521 - 1527), quorum loco auctor breves epitomas interuit. Editionis primae pars prima prodiit *Florentiae* 1548, secunda *ibid.* 1552. f. *Iovio* ipso curante: tertia vero post eius mortem, nescio, quo anno. Deinde *Paris.* apud *Mich. Vascosanum* 1553. 3 Voll. 8. *Lugd.* 1556. 3 Voll. 8. *Paris.* ap. Vascosanum 1558 - 1560. 2 Voll. f. (rara editio); *Basileae* in 8. 1555. 1556. 1560. 1567, anni enim horum tomorum variant; *Venetiis* 1559. 3 Voll. 8. *Lugd.* 1561. 3 Voll. 12. *Basileae* denique, per Petrum Pernam 1578. f. quae editio pulcherrima. Paul. Iovii

Varias in linguas opus hocce Pauli Iovii conversum est. Primum in *Francogallicam*, auctore *du Parq Champenois*, *Lugd.* 1552 - 1555. 2 Voll. f. Deinde in *Theotiscam* ab *Henr. Pantaleone*, *Basil.* 1560. 1564. et *Francof.* 1570. f. auctoribus *Georg. Forberger. et Hieron. Halwer.* Postea in *Hispanicam*, *Salamanticae* 1562. 2 Voll. f. et *Valentiae* anno eodem f. Num diversae sint hae versiones perrarae, dicere nequeo. Tum in linguam *Italicam*, a *Ludovico Domenichi* (*In Fiorenza* 1553. 2 Voll. in 4. Volumen primum recusum *ibid.* 1558); et a *Curtio Marinello* (*In Venezia* 1581. 2 Voll. in 4); et ab *Hieronymo Ruscelli*, qui et supplementum adiecit, *Venetiis* 1608. 2 Voll. 4. In compendium Italice scriptum Iovii opus redegit VINCENTIUS CARTARI, *Venetiis* 1562. 8. — *Belgicam* etiam habemus versionem, ... 1694. f.

Iovius ab eloquentia magis atque prudentia, quam a fide, laudari solet. Multa ex vulgo hausit; genti suae Mediceisque nimium favet; gratia et odio ultra modum se rapi sinit, ita ut non male eidem calamum venalem obiecisse videatur Thuanus. Eadem, quid? quod acerbiora Iovio obiicit Bodinus. Minime vero credendum, omnes has accusationes esse iustas. Audiamus et Iovium ipsum, in praefatione historiae suae: „Absoluto tandem opere id in publicum edere non dubitem, magno hercle incorruptae veritatis argumento: quandoquidem plerique eorum, qui haec bello paceque gesserunt, adhuc vivant, ac idcirco gravi existimationis meae cum periculo mentientem refellere possent."

Cf. omnino *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. V. p. 79 et 95. *Fontanini* et *Apostolo Zeno* l. c. T. II. p. 300 sqq. *Besondere Nachrichten von* Paulo Iovio, *und dessen Vertheydigung; in* IOH. BENED. SCHEIBENS *Fortsetzung der freymüthigen Gedanken aus der Historie, Critic und Litteratur* (1741. 8.) p. 1-35.

Natalis Comes. Secutus Iovium fuit NATALIS COMES, f. *de Comitibus*, Venetiis († circa a. 1582), qui *universae historiae sui temporis* libros XXX, rerum toto terrarum orbe ab anno 1545 usque ad annum 1581 gestarum expositionem complectentes, dedit *Venetiis* 1581. f. Priores libri X prodierant *ibid.* 1572. 4, atque cura *Casparis Bitschii*, *Argentorati* 1612. f. — *Italice a Gio. Carlo Saraceni.* Venet. 1589. II Voll. in 4. — Fides huius historici quanta sit, apparet partim ex *Petri Albini* Progymnasmatibus historiae Saxonicae p. 153, qui eandem historiam, antequam ederetur, ad principem quendam missam fuisse dicit, ut huius arbitratu corrigeretur, quidquid esset, quod ei minus arrideret: pro ea vero adulatione mille aureos coronatos in mensam ipsi fuisse effusos.

Guil. Paradinus. GUILIELMUS PARADINUS, Burgundus, Canonicus Bellojocensis († post a. 1581), edidit: *Memoriae*

strae libros IV, Lugduni 1548. f. Eleganti gra-
stilo de rebus Caroli V Imp. et Francisci I Gal-
Regis (ab a. 1515 usque ad a. 1544) exponit,
en, ut simul Gallum agnoscas.

ibl. hist. Hamburg. Cent. VII. p. 215.

: inserendi etiam videntur, quia alius locus Pe
nvenit, digni tamen omnino, qui in bibliothe-
rica commemorentur, IAC. PERIZONII re-
Europam maxime gestarum ab ineunte saeculo
imo usque ad Caroli V mortem etc. Commenta-
rici, Lugd. Bat. 1710. 8. Licet enim Perizo-
aevis saeculi decimi sexti scriptoribus haud
erandus sit, nec ille fontes, e quibus hausit,
erit; tamen accuratus est veritatique et pru-
civili studens, atque stilo eleganti utitur. Stri-
s usque ad a. 1580 gestas narrat.

LII CAESARIS BULENGERI, ortu Galli, Bulenger.
, Doctoris et Professoris theologiae Pisani, (†
i 1628) Historiarum sui temporis Libri XIII
ni 1619. f.), quibus annales ab Henrici II, Gal-
regis, excessu ad Henrici IV caedem (1560-
dedit, admixtis vicinarum gentium rebus tur-
caute tamen legendi sunt.

lolleri D. de Iul. Caes. Bulengero. Altdorf. 1691.

ia memorabilium de personis illustribus even- d'Aubigne
ie singularibus est:

ire universelle du Sieur d' AUBIGNE', contenant ce
s'est passé depuis l'an 1550, jusqu'en 1601. la Mail-
par Jean Moussat, imprimeur ordinaire du dit Sieur
16. 1618. 1620. 3 Voll. f. Altera editio sine loci
ntione, et Genevae impressa, licet exempla quaedam
stelodami mentionem prae se ferant, 1626. 3 Voll.

tio prior sincera, non mutilata, et a Parlamen-
siensi ob eximiam et paene incredibilem, qua
usus

usus est auctor, scribendi libertatem, flammis addicta, ideoque rara, in primis tomus tertius, qui est rarissimus. THEODORUS AGRIPPA D'AUBIGNE ortu Vasconus fuit, religione Reformatus, dignitate dux belli regis Henrici IV († 1630 Genevae). Propter summum eius veritatis studium ac propter odium sane improbandum, quo Catholicos prosequutus est, e Gallia Genevam fugit, ibique editionem historiae suae alteram ipse curavit. Ne vero Genevensibus molestiae inde crearentur, Albineus loca duriora dictionesque acerbiores ex hac editione sustulit: addidit tamen varia, quae in editione priore frustra quaeras. Stilus quidem nec concinnus nec elegans: nihilo minus perplacet operis lectio propter sales saepe urbanas, propter acute ingenioseque dicta, et propter admirabilem rerum variarum cognitionem et copiam.

Cf. *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. III. p. 315.
(BAUMGARTENII) *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* T. VII. p. 25 et 29.
FREYTAGII Anal. p. 56.

De IOH. SLEIDANI *Commentariis* nobilissimis de statu religionis et reipublicae sub Carolo V, infra, scriptores inter Germanicos, dicendum.

Lindeberg. PETRUS LINDEBERG (Rostochii natus 1562, ibique mortuus 1596) scripsit *Commentarios rerum memorabilium in Europa ab anno* 1586 *usque ad annum* 1591 *gestarum* breves et sat ieiunos. Prodiere *Hamburgi* 1591. 4.

Thuanus. Omnes hos, si Sleidanum excipias, fide, integritate, iudicio, plerosque commentandi gravitate et elegantia superavit IACOBUS AUGUSTUS THUANUS *(de Thou)*, natus Parisiis 1553, sacerdos primum et canonicus ibidem, dein, relicta dignitate ecclesiastica, regi a consiliis status, denique Praeses Parlamenti Parisiensis; variis legationibus negotiisque gravis-

ivissimis adhibitus, obiit Parisiis 1617. Qui vir
regius *Historiarum sui temporis* ab anno 1543 us-
e ad annum 1607 *libros* CXXXVIII condidit.
ous est exactissimi iudicii et summae fidei, etiam in
ius ad religionem spectantibus, in quibus narran-
summa aequitate utitur. Accuratior tamen est
ebus Gallicis, quibus ipse interfuit: in Germani-
Chytraeum, in aliis *aliorum* et fidem et verba sae-
est secutus: quorum tamen in fine librorum sin-
orum mentionem facit. Editiones immortalis ope-
sunt variae, quae mirifice etiam inter se differunt.
ima, eaque hodie rarissima, ab auctore ipso procu-
t, priores XVIII libros (ad annum usque 1560)
tum comprehendit, prodiitque *Parisiis* 1604. f.
id viduam *Mamerti Patissonii*, typographi regii.
gni merito haec editio princeps aestimatur, quia
equentibus quaedam sunt omissa. Eodem anno
usum est hoc volumen *Parisiis*, apud *Ambrosium*
Hieron. Drouartos, fratres, 2 Voll. in 8. *Drouarti*
m a. 1606 eandem primam partem in *folio* recu-
sant, libris tamen XVIII in XXVI dispertitis. Eo-
n anno *Drouarti* typis imprimebant tomum ope-
secundum in *folio*, libros XXVII - XLIX conti-
item, historia usque ad annum 1572 continuata.
m typographi eodem anno tomum huncce secun-
n duobus voluminibus in forma octava recude-
it. Quia vero in hoc negotio editionem partis se-
idae editionis in folio sequebantur, tertium volu-
n in 8 incipit a libro XXVII, sine ratione partitio-
duorum priorum voluminum in 8 habita, quip-
quibus libri XVIII comparent. Quod ideo mo-
idum, ne quis credat, editionem istam in forma
ava mancam esse et imperfectam. Praeterea par-
o librorum in hac editione denuo mutata; cum
m eorum numerus in editione formae maioris us-
e ad XLIX progreditur, in editione minoris for-
e liber LI ultimus est. Anno 1609 *Drouarti* no-
vam

vam continuationem operis, ab anno 1572 usque ad a. 1574, in *folio* typis imprimebant, novumque errorem in numerandis libris committebant, dum ad editionem minoris formae respicerent, partemque hanc libro LII inciperent, eamque LVII finirent. Eandem partem iidem typographi anno 1608 in forma octava recudebant. Mortuo *Ambros. Drouarto* a. 1608, frater eius *Hieronymus* a. 1609 novam partem maioris formae in lucem edebat, qua historia continuatur libro LXXX usque ad annum 1584; simulque eodem anno librorum horum LXXX novam editionem XI voluminibus in 12 parabat. Praefatio nova indicesque huic editioni sunt adiuncti. — Omnes hae editiones, vivente et curante, certe approbante Thuano, Parisiis in lucem sunt emissae. Eodem vero tempore libri historiae Thuaneae typis repetiti sunt *Francofurti ad Moenum*, impensis *Petri Kopffii*. *Primae* editionis *Francofurtanae* in *folio* volumen primum nullo anno est insignitum, excusum vero, ut videtur, anno 1608, in consilium adhibitis editionibus Drouartorum formae maioris et minoris, additisque in margine argumentis, Thuano quidem male ferente. Primum hoc volumen *Offenbaci* 1609 f. sumtibus *Conradi Nebeny* typis expressum est. Volumen huius editionis secundum prodiit a. 1610, (exempla quaedam prae se ferunt annum 1617: at non differunt ab aliis) continetque libros LXXX, sive historiam usque ad annum 1584. — *Secunda* editio *Francofurtensis* quinque voluminibus in forma octava maiore constat. Titulus voluminis primi nullam facit anni impressorii mentionem: at secundum et tertium anno 1614 sunt insignita. Tres hae partes priores eosdem libros LXXX comprehendunt, qui editioni formae maioris insunt. — Thuanus quidem mox ante obitum suum novam editionem operis *Parisiis* apud *Robertum Stephanum* curare coepit: sed illo immortuo primus tantummodo tomus anno

1618.

:. f. prodiit, priores XXVI libros (usque ad an-
1572 continens: Titulus praeterea haec prae
:t verba: *Editio IV auctior et castigatior.* —
: tandem integrum ab anno 1544 ad annum
libris CXXXVIII comprehensum, quorum
X priores multo quam antehac accuratiores,
ii vero LVIII Thuano mortuo in lucem editi
erunt, additis *Commentariorum de sua vita* libris
actenus non editis. T. I. *Aurelianae* 1626. T. II.
rae eod. anno. T. III. *ibid.* 1629. T. IV. *Aure-*
: 1630. T. V. *Genevae* eod. an. *fol.* Non Aure-
: f. Aureliae (Orleans) ut T. I. et IV. prae se
t, sed *Genevae*, f. *Aureliae Allobrogum*, omnes
impressi, apud *Petrum de la Roviere.* Quam edi-
m curavit *Michael Guilielmus Lingelshemius*,
ni amicus, Consiliarius electoris Palatini, qui
oemio sollerter notavit fontes, unde sua Thua-
esumsit, et eius iussu quaedam emendavit. Ex
ditione bibliopola Francofurtensis suas quoque
nes maioris minorisque formae, additis libris
is LVIII, commentariisque de vita Thuani,
olumine in folio atque duobus voluminibus in
perfecit, anno quidem 1621. Secuta est alia
Francofurtensis emendatior 1625-1628. IV
f. Huic editioni accessit continuatio scriptoris
ymi (NICOLAI RIGALTII), ab anno 1607
num 1618, quae eo quidem iudicio, elegantia,
ate non est elaborata, ut Thuani possit histo-
equiparari, notabiles tamen quasdam habet nar-
es. — Est quoque praeclara *secunda Genevensis*,
Aureliae Allobrogum apud *de la Roviere* 1626-
. 5 Voll. f. indice instructa locuplete. — Omni-
ero optima, quae et splendide edita, omniaque,
ex MSCtis praecedentibusque editionibus con-
observari, locupletari potuerunt, collecta ha-
litio est, quae Londini sumtibus *Samuelis Buck-*
33 sqq. VII Tomis in *folio* post multa impedi-
menta

menta prodiit, summis curis THOMAE CARTE, qu incredibilem plane adhibuit industriam, tentatamqu continuationem NICOLAI RIGALTII et alia adi cit. Cuius praestantissimae et in Germania nostr rarae editionis tomo septimo continetur sylloge scr ptorum varii generis et argumenti, in qua plurim de vita, moribus, gestis, fortuna, scriptis, familia, a micis et inimicis Thuani, scitu dignissima, exhibe tur, inprimis vero epistolae amicorum, quibus Thua no commissos in nominibus hominum, locorum aliosque lapsus indicant, adversariorumque scripta nempe IOHANNIS BAPTISTAE GALLI *Notatio nes in historiam Thuani, Ingolstadii* 1614. 4, qua IACOBO GRETSERO S. I. multa probabilitate tri buuntur, alii IOHANNI BAPTISTAE MACHAULT S. I. adscribunt *); contra quas iniuriosas Notatio nes promulgata iuste est: *Sententia Praetoris praefe cturae Parisiensis adversus famosum libellum inscriptum In Iac. Aug. Thuani historiarum libros Notationes au ctore* I. B. Gallo, *Parisiis* 1614. 4, quae et *Galli Paris* 1614. 4. prodiit, qua ad ignem damnatur acer bus libellus. — Antequam Editio Londinensis prodi ret, qua omnes lacunae suppletae, quae in editioni bus quibusdam erant, multum aestimatum fuit opus culum, sed non plenum et confusum, hodie perra rum, cuius index: *Thuanus restitutus, sive Sylloge lo corum variorum in historia Thuani desideratorum*, Am stelod. 1663. 12, cuius editor ABRAAMUS WIQUE FORTIUS habetur; exstabant et manu exarata aliae huiusmodi locorum omissorum collectiones quarum varias consuluit Londinensis solertissimu editor. — Quum Thuanus nomina locorum et ho minum ea appellatione expressisset, qua apud vetere occur

*) Libelli famosi summa repetita paucisque annotationibus instructa in (HENR. AUG. GROSCHUFFII) *Nova librorum rariorum collectione* (Halis Magdeburg. 1709 sqq. 8.) Fasc. III. p. 377-408.

curruunt, utili instituto collectus fuit: *Index nominum propriorum, quae in Iacobi Augusti Thuani historiis leguntur, cum vernacula expositione, Genevae* 1634. recusus *Ratisbonae* 1696. 4. hac inscriptione: *vis historiae Thuaneae* etc. et simul sequenti: *Retio omnium difficultatum, quae circa nomina etc. in* *T. Thuani historiis occurrunt.* Auctor huius indierat IACOBUS PUTEANUS (*Du Puy*), licet TRUS BESSINUS ab aliis pro auctore habetur.

Commemorandae etiam sunt, brevibus saltem, sones operis praestantissimi! *Theotisca* prodiit ncofurti ap. *Petr. Kopf* 1621. 1622. 2 Voll. f. ores CXXXII libri tantum translati sunt. — Priversio *Francogallica* LVII priores libros modo et, hoc indice: *Les cinquanteset premiers Livres l'Histoire de M. de Thou, jusqu'en l'année 1554, duits en François par* PIERRE DU RYER, *de l'A. françoise. à Paris* 1659. f. Auctor socium labohabuit *Cassandrum*, qui et versionem continuare luit: nihil vero praestitit. Alia totius operis Thuapraestantissima splendideque typis expressa versio indice prodiit: *Histoire universelle de I. A. de* OU, *avec la suite par* N. RIGAULT, *les Mémoires la vie de l'auteur, ou Recueil des pieces concernant sa sonne & ses ouvrages, & les Remarques historiques critiques de Casaubon & du Plessis Mornay; G. Laut; G. Patin; P. Bayle; J. le Duchat & autres. à ndres* (seu potius *à Paris*) 1734. XVI Voll. in 4. Ultimum tomum indices occupant. Auctores ius versionis nominantur: PREVOST, LE BEAU, AM, LE DUC, DESFONTAINES et MASCRIER. iefationem scripsit quidam JORGEON. Recusa tior *Hagae Comit.* 1740. XI Voll. in 4. et *Basi-* 1742. . . .

Epitome quoque historiae Thuaneae hoc indice odiit: *Abregé de l'histoire universelle de M. de Thou,*

 par

par M. de STE. ALBINE. *à Paris* 1759. 10 Voll. in 12. Adde: *Mémoires pour servir à l'histoire générale des Jesuites, ou Extraits de l'histoire universelle de M. de Thou, par* M. COUDRETTE. *à Paris* 1761. 2 Parties in 12.

Elogia virorum doctorum, aliorumque illustrium, quae Thuanus historiae suae intexuit, separatim edita sunt, tum Latine, tum Gallice, hoc fere ordine: *Monumenta litteraria seu obitus et elogia doctorum virorum ex elogiis* IAC. AUG. THUANI. Opera *C. B.* i. e. CLEMENS BARKESDALE. *Londini* 1640 et 1671. 4. — *Thuanus enucleatus* in quinque partes distributus; quarum 1) exhibet viros dignitate et rebus gestis illustres: 2) viros eruditione et artibus claros: 3) illaudatos: 4) regionum, urbium, gentium descriptiones: et 5) prodigia, cum Thuani vita. Opera et studio GERARDI VON STOEKKEN. *Helmstadii* 1656 et 1673. 4. — *Les Eloges des Hommes sçavans tirés de l'histoire de M. de Thou, avec des additions par* ANTOINE TEISSIER. *à Geneve* 1683. 2 Voll. in 12. *à Lyon* 1686. 2 Voll. in 12. Editio auctior *à Utrecht* 1696. 2 Voll. in 12. cui editioni Ultraiectinae tertius tomus accessit *Berolini* impressus: *Nouvelles additions* etc. 1704. Editio optima *à Leide* 1715. 4 Voll. in 12.

Habemus etiam Calendarium Thuaneum, quo videre licet, quae memorabilia, a Thuano relata, singulis anni diebus gesta sunt, hoc quidem indice: IOHANNIS FABRICII *Hemerologium*, ex Iac. Aug. Thuani historiarum operibus confectum. *Neapoli Nemetum* (i. e. *Spirae*) 1617. 12.

> Cf. IOH. PETRI TITII (Professoris Dantiscani) Iacobi Augusti Thuani voluminum historicorum Recensio. *Gedani* 1685. 4. Repetita cum animadversionibus nonnullis in (GROSCHUFFII) *Nova librorum rariorum collectione* Fasc. II. p. 191-217.
>
> *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. II. p. 1-46.

Historia

storia bibl. Ioh. Fabricii P. III., p. 47.
CERON T. X. p. 184-226. Theot.

'ergunt in expositione rerum gestarum ADOL-S BRACHELIUS (ecclesiastes Coloniensis, †), CHRISTIANUS ADOLPHUS THULDE- (Canonicus ad gradus S. Mariae Coloniae A-inae, † 166 . . .), et HENRICUS BREWERUS UFFENDORFF (Licentiatus theologiae Colo-is, † 16 . . .), qui *historiam universalem rerum no-um ubique paene terrarum gestarum* ab anno 1618 e ad 1679 VIII Tomis, diversis mutatisque de titulis, *Coloniae*, sumtibus Ioh. Ant. Kinchii, sqq. in 8. dederunt. *Brachelius* nimirum *Colo-* 1650. 8. primum edidit septem libros. Auctior endatior editio secuta 1652, duabus partibus in ibus historia usque ad finem anni 1651 perdu- Recusa est haec editio *Amstelod.* 1654. 12. *Am-us Kolb*, Canonicus Herbipolitanus, Theotisce helii historiam reddidit, nescio quo anno. Belgi-iam versio exstat *Rotterod.* 1656. 8. et *Neomagi* . *Thuldeni* prima continuatio ab anno 1652 us-ad finem anni 1654 tribus libris prodiit cum *tatibus historico-politicis* eo pertinentibus, pri- *Coloniae* 1656. 8. Haec igitur totius operis *tertia*. *Quartam* s. librum IV, V et VI exhibuit ldenus 1654, eaque res annis 1655 et 1656 ge-lescripsit. Idem *quintam* partem dedit 1659, qui-es annorum 1657 et 1658 libro VII, VIII et IX ntur. Anno 1663 Thuldenus perfecit partem s operis *sextam*, tribus libris res annis 1659 et gestas continentem. Addidit *Brewerus* anno *Coloniae* partem *septimam*, annoque 1674 par-septimam *Tractatuum*, quales etiam partes prae-ntes habent; idemque opus finiit parte *octava* , qua historia usque ad annum 1674 deducta; atuum pars octava tandem adiecta anno 1677. Brachelius. Thuldenus Brewerus.

 Omnia,

Omnia, hucusque recensita, octo volumina iusta constituunt. — Tres operis partes priores ter editae sunt, ultima quidem vice 1677; reliquae partes variis etiam annis insignitae; at tituli tantum mutati sunt; omnes partes Theotisce versae exstant; Brewerus suas ipse vertit.

Res quidem hi tres auctores maxime Germanicas belli pacisque LX annorum spatio annotarunt, connexas tamen cum caeteris Europaeis. *Brachelius* satis nitide ac concinne; *Thuldenus* ample profuseque; *Brewerus* inepte fere ac pueriliter — omnes vero non sine partium studio, scripserunt: prudentibus tamen et iudicio praeditis materiem, qua utantur, praebent.

Cf. *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. III. p. 293.

Piasecius. PAULI PIASECII, Episcopi Praemisliensis in Polonia (cl. usque ad mediam saeculi XVII partem), *Chronica gestorum in Europa singularium* ad annum Christi 1648. In limine operis strictim exponit auctor res maxime memorabiles inde ab anno 1571, praecipue in Polonia, gestas: ab anno vero 1587 uberius temporis sui historiam prosequitur. Masculam in scribendo libertatem ubique exserit, qua, ut nemini, ita ne regibus quidem parcit: non tamen ab omni in historia errore immunis. Stilo utitur vere historico, puro ac eleganti. Prima operis egregii editio prodiit *Cracoviae* 1645. f. atque inter libros refertur rariores. Desinit in hac editione historia in anno 1645: continuata vero usque ad annum 1648 in editione altera, quae in Belgio, ut videtur, sine loci et temporis mentione (at superiore saeculo) in fol. excusa. Titulo subscripta sunt haec verba: *Iuxta exemplar impressum Cracoviae, et postmodum ab ipso auctore propria manu correctum et auctum.* Ad calcem huius editionis naevi, qui, quod ad res Gallicas et Belgicas

Belgicas attinet, in Piasecii historiam irrepserant, annotantur.

Huc etiam pertinet: *Historiopolitographia* sive Opus historico-politicum duorum praeclarissimorum huius aetatis historicorum, RUDOLPHI BOTOREI, I. C. in Magno Franciae consilio Advocati, nec non PETRI MATTHAEI, I. C. Consiliarii et Historiographi Regii: in quo res toto pene orbe hisce proximis annis gestae, luculentissimis commentariis historicis et observationibus simul ac Discursibus politicis ita illustrantur, ut ab a. 1594 usque ad annum praesentem 1610 nec quid gestum fuerit, praetermittatur, nec quid sequendum aut vitandum sit summo pontifici, imperatori, regibus, principibus, vel etiam civibus ac privatis, non quam diligentissime annotetur et moneatur. *Francofurti* 1610. 4. Antea opus hocce, minime stilo polito conscriptum, prodierat *Parisiis* 1610. 2 Voll. 8. B. Matth.

Sermone *theotisco* exposita est historia saeculi decimi sexti usque ad annum 1583 hoc libro: *Wahrhaffte Geschichte, so von 1500 Jahr an bis auf dieß 1583 Jahr ergangen, beschrieben durch* DANIEL WINZENBERGER *von Grim. Dresden* 1583. 4. Libris admodum raris accensetur. Winzenberger.

Ex *Italis* plures huc faciunt, qui, de rebus Italiae, Europae omnis, et quandoque aliarum regionum, literarum monimentis consignarunt varia saeculorum, maxime XV, XVI et XVII. Quorum aliquot indicabimus.

GIOVAMBATISTA ADRIANI, *Gentilhuomo Fiorentino* († 157..), *Istoria de' suoi tempi, divise in libri ventidue, di nuovo mandata in luce. Con li Sommarii, e tavola delle cose piu notabili. In Firenze, nella Stamperia dei Giunti* 1583. f. et *in Venezia* 1587. 3 Partes in 4. Utraque editio rarissima, in bibliothecis adeo Italicis, praecipue tamen editio in *folio*. Historia incipit ab a. 1536 et continuatur usque ad finem Adriani.

anni 1573; candide sane et cordate scripta, in ipsi
adeo rebus pontificum Romanorum, plena etiai
memorabilium non ubivis obviarum; ideoque
Thuano magni aestimata et in subsidium vocata. Au
ctor non Guicciardinum aut Nardium, ut quidam a
firmarunt, continuare voluit, sed potius Varchiun
ut ex ipsis eius verbis p. 3. ed. fol. patet.

Cf. *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. V. p. 292.
CLEMENT T. I. p. 53.
BAUMGARTENS *Nachr. v. merckwürd. Büchern* '
IV. p. 32.
SCHELHORNS *Ergötzlichkeiten* T. II. p. 631.

llavicino. FERRANTE PALLAVICINO (Canonicus regu
laris Sti. Augustini ex Congregatione Lateranens
capite plexus Avenione 1644) scripsit *Successi d*
mondo dell' anno 1636. *Venet.* 1638. 4.

ambul-
i. PIETRO FRANC. GIAMBULLARI, *Gentiluom*
e Accademico Fiorentino († 1564), *Istoria di Euro*
dall' A. 800 *fino al* 913 *di nostra salute. In Venez*
1566. 4.

Cf. *Fontanini* l. c. T. II. p. 224.

nente. CIPRIAN. MANENTE, *da Orvieto, Historie, n*
le quali si raccontano i fatti successi dal 970, *quando i*
mincio l'imperio in Germania, infino al 1400, *nuovame*
te date in luce. In Vineggia 1561. 1567. 2 Vo
in 4.

Guazzo. MARCO GUAZZO (Patavii nati) *Historie di tu*
i fatti degni di memoria nel mondo successi dal 1524 *fi*
all' anno 1549, *nuovamente reviste e corrette. In Vin*
1549. 8. Antea *ibid.* 1540. 8. *ibid.* 1544. 8. *ib*
1546. 8.

Campana. CESARE CAMPANA (Nobilis Neapolitanus
circa finem saeculi XVI) edidit *l' Istorie del mondo l*
bri XIII, dall' a. 1570 *fino al* 1596. *In Venezia* 159
4. *ibid.* 1607. 2 Voll. 4. — Anonymus continua

op

pus hoc titulo: *Giunta alle Istorie del Campana dal* 596 *al* 1600. *In Brescia* 1601. 4.

ALESSANDRO ZILIOLO (Veneti) *delle historie memorabili de nostri tempi dal anno* 1600 *fino al* 1630. *Parte I. II et III. Venetia* 1654. 4. Ziliolo.

MAIOLINI BISACCIONI (Comitis Aesiensis cl. circa medium saec. XVII) *Historie memorabili de nostri tempi dall' A.* 1610 *fino al* 1650; *o sia la* quarta parte *delle Historie di* Al. Ziliolo. *Venetia* 1653. 4. Bisacc.

Loeder. IOH. HENRICI LOEDERI Introductio in l riam universalem. *Lipf. et Gardeleb.* 1713. 8.

du Pin. L. E. DU PIN *Histoire profane dépuis son con tement jusqu' à présent.* *à Paris* 1714-1716. VI ties in 12. *Anvers* 1716. VI Parties in 12. A dum vitiose typis impressa est editio Antverpi Opus ipsum permultis laborat peccatis omissio commissionis, adeoque indignum, quod hodi gatur.

Abel. CASP. ABELII Historia monarchiarum orbi tiqui. *Lipf.* 1715. 8.

Fuga. VINCENT. FUGA Notitia orbis sacri et pr ab eius exordio ad praesentia usque tempora, C pendium. *Patavii* 1715. 12.

·. Ambeer f. Weber seu otius Frankenstein. LEVIN *von* AMBEER *Einleitung zu der Te Europäischen Staatshistorie, worinnen der Kern Teutschen und aller Europäischen Staatengesch kürzlich, aber doch aus denen bewährtesten Scrib und Autoribus, fürgetragen wird. Franckf. am.* 1 1716. 8. Latet sub nomine isto IMMAN. WE Prof. olim hist. Giffensis, qui modo CHRISTI. GOT FRANCKENSTEINII libellum, antea, sine eius noi menti

mentione, Hamburgi typis impressum, auctore inscio, dilatavit et ad obitum Ferdinandi III. Imp. continuavit. Multa quidem insunt bona, sed hoc tempore meliora habemus compendia.

GOTTFR. LUDWIGS *Universalhistorie in Frag und Antwort. Leipz.* 1716 et 1717. II Partes in 8. *Ibid.* 1724-1744. V Partes in 8. Partem quintam laboravit historiamque usque ad a. 1744 continuait THEOD. BERGER. Ludwig.

IOH. CHRISTI. NEHRING *Allgemeine Historie des alten Testaments, welche die Kirchen- und politische Geschichte vom Anfang der Welt bis auf die Geburt Christi in sich fasset.* Leipzig und Halle 1717. 8. Nehring.

Eiusd. Allgemeine geist- und weltliche Historie derer ersten achthundert Jahre nach Christi Geburt. Halle 1719. 8.

CARL FR. DEGENKOLBS *Einleit. in die politische Historie insgemein, und in die Sächsische insonderheit.* Dresden und Leipzig 1717. 8. Degenkol

MART. SCHMEIZEL Praecognita historiae civilis universalis. *Ien.* 1720. 4. Edit. II. emendatior et locupletior. *Ibid.* 1730. 4. Schmeizel

HILMAR CURAS *Einleitung zur Universalhistorie.* Berlin 1722. 8. Saepius hoc compendium typis repetitum, multisque in scholis, praesertim Brandenburgicis, floruit. Postquam vero hodie laetior historiae universali forma exorta, *Schroeckhius*que compendium suum, de quo mox dicetur, in locum Curasiani elaboravit, epigraphe quidem libri Curasiani in gratiam doctorum scholasticorum quorundam mansit, sed elaboratio ususque eius prorsus evanuit. Curas.

HIERON. FREYERS *Erste Vorbereitung zur Universalhistorie.* Halle 1724. 8. Freyer.

Eiusd. *Nähere Anleitung zur Universalhistorie.* ibid. 1728. 8.

Plurimis in scholis Germaniae regnavit, et in quibusdam adhuc regnat Freyerus. Multae exinde

utriusque libri editiones enatae ſunt; octavam libri prioris curavit continuationemque hiſtoriae ab a. 1740 addidit *Ioh. Anton. Niemeyer.* Halae 1763. Omnis hiſtoria hoc compendio diviſa eſt in hiſtoriam veteris ac novi teſtamenti, et hiſtoria quidem veteris octo, novi vero novem periodis diſtincta. Chronologia in margine notata; ſcriptores potiores laudati; religionum ac litterarum hiſtoriae ratio habita; ſingulisque periodis tabellae chronologicae adiectae. Nexus vero rerum geſtarum ſ. hiſtoriae animus deeſt; nec iuſtam partium congruentiam obſervavit auctor; hiſtoriam enim Iudaicam et Imperatorum Romanorum ac Germanicorum multo copioſius reliquis hiſtoriis expoſuit. Neglexit etiam res geſtas varias notabiliores. Alia aliis diſplicent. — Liber poſterior, expoſitionem hiſtoriae univerſalis paullo uberiorem continens, ab eodem *Niemeyero* poſt Freyeri mortem nona vice (*Hal.* 1758) editus, emendatus et continuatus eſt. Idem curavit editionem decimam (*ibid.* 1763): duo vero eruditi viri anonymi undecimam (*ibid.* 1771).

Struv. BURC. GOTTHELF STRUVENS *kurzer Begriff der Univerſalhiſtorie. Iena* 1726. 8. *ibid.* 1733. 8. Additur: G. L. HERZOGS *hiſtoriſcher Anhang zu Struvens kurzem Begriff der Univerſalhiſtorie.* ibid. 1736. 8.

naroli. BRENTANI CIMAROLI Epitome chronologica mundi chriſtiani, exhibens ſtatus civilis et eccleſiaſtici fata. *Aug. Vind.* 1727. f.

Beyer. (GOTTL. SIEGFR. BEYERS) *Auszug aus der ältern Staatsgeſchichte, zum Gebrauch Petri II, Kaiſers und Souverains von ganz Rußland. St. Petersburg* 1728. 8 mai.

Zopf. IOH. HEINR. ZOPFENS *Erläuterte Grundlegung der Univerſalhiſtorie. Halle im Magdeb.* 1729. 8. Secutae ſunt editiones ſeptendecim, quarum recentiſſima

na *ibid.* 1779 prodiit; omnes usque ad illa, quibus ypis impressae fuerunt, tempora continuata. Fraudulenter etiam recusus est liber *Francof.* 1754. 8. Versio Danica prodiit *Hafniae* 1754. 8. — Dispositio t methodus huius compendii plane perversae sunt: mnis enim historia inde a Christi nativitate secunum saecula est disposita; nullam videmus partium ongruentiam, quum historia saeculi nostri in editioibus recentissimis plus spatii occupet, quam omnim XVII priorum historia. Puerilia sat multa immiuit auctor: memorabilia contra haud pauca omisit. 'ae scholis, in quibus regnat Zopfius!

CLAUDE DE L'ISLE *Abrégé de l'histoire universelle, dépuis la creation du monde, jusqu'en 1714. à la Haye* 1731. VII Voll. in 8. cum mappis geographiis. Opus quidem posthumum a *Lanceloto* editum, ui vero auctor († 1720) per maximam vitae suae artem insudasse dicitur. Melius tamen historiam douisse, quam scripsisse affirmatur. de l'Isle.

Les annales du monde, ou l'Histoire universelle, sacée, ecclesiastique & profane, par PHILIBERT JOSEPH LE ROUX & JACQUES LENGLET DE PEREL. à Bruxelles 1732. II Voll. in 4. Volumen prius istoriam a terrae creatione usque ad nativitatem Christi, posterius ad annum p. C. n. DCC deducit. Ipse *Lengletus du Fresnoy*, affinis Iacobi Lenglet de ercel, non adeo magnifice sentit de hoc opere. Le Roux et Lenglet de Percel.

GE. CHRISTI. GEBAUERS *Grundriß zu einer umständlichen Historie der vornehmsten Europäischen Reiche und Staaten. Leipz.* 1733. 4. 1738. 4. 1749. Elementa haec sunt historiae regnorum plurimorum in Europa hodie florentium, praelectionibus academicis destinata. Quem in finem auctor omnem ngularum rerum gestarum seriem in particulas sive esses dissecuit, doctoribusque historiarum hac ratione operam faciliorem reddidit. Chronologia in margine Gebauer.

gine sedulo notata, tabulae genealogicae additae, libríque memorabiles accurate locis suis laudati. Desunt vero historiae rerum publicarum quarundam, delectus rerum gestarum non semper est optimus, stilusque variis laborat vitiis. Quibus omnibus quum mederi vellet *Meusel* in nova editione a se procuranda, novum prorsus compendium condidit, de quo paullo infra.

Kolb. GREGOR. KOLB Compendium totius orbis geographicum, genealogicum et historicum. *Aug. Vind.* 1733. 4.

Roderique. IGNAT. RODERIQUE Historiae universalis institutiones ab O. C. ad saeculum a Christo nato decimum medium, ordine chronologico digestae. *Colon. Agripp.* 1734. 8.

la Croze. LA CROZE *Abrégé de l'histoire universelle . . . . . Revû, continué & enrichi de quelques notes par M.* FORMEY. à Gotha 1754. 8 min. ibid. 1763. 8 min. *Theotisce* a *C. E. Suppio, Gothae* 1755. 1762. 8. *Goetting. et Goth.* 1768. 8. Methodo erotematica et secundum saeculorum singulorum decursum elaboratum est hocce compendium, ideoque minime commendandum. Multae etiam res gestae maxime memorabiles silentio praetermissae sunt.

Thienpont. DANIEL THIENPONT (sacrorum antistitis Beerchemensis in Belgio Austriaco, † 1759) *Introduction à l'histoire universelle, contenant la fondation, les progrés, les changemens & la ruine des Monarchies, des principaux royaumes & des republiques, dépuis le commencement du monde jusqu'à la decadence de l'empire Romain en Occident, avec une supputation chronologique.* à Bruxelles 1736. II Voll. in 4. — Opus non plane contemnendum, praecipue ob tabulas genealogicas. Fontes narrationis auctor nullibi laudavit.

LEN-

LENGLET *du* FRESNOY *Principes de l'histoire pour l'education de la jeunesse par années & par leçons.* à Paris 1736-1739. VI Voll. in 12. *Italice* Venet. 1740. VIII Voll. in 12. — Opus, methodo erotematica scriptum, epitomes fines transgreditur. — Idem auctor in libro supra commemorato: *Methode pour etudier l'histoire*, historiae universalis capita praecipua delibavit, delectu rerum satis probando. Lengl. Fres. I

HOCHSTETTERS *Einleitung zu der Universalhistorie derer Reiche und Staaten, in Frag und Antwort, auf eine leichte Methode abgehandelt.* Tübingen 1740. 8. Hochste

BENNONIS CASPARI HAURISII *Nöthige Gründe zur Erlernung der Universalhistorie von Europa, Asia, Africa und America. — Vor das erstemahl nicht mehr und nicht weniger.* Heydelberg 1741. fol. Praemissis rudimentis geographicis in forma, quam vocant, tabellari, sistuntur chronologice et genealogice historiae regnorum Europaeorum haud vulgari cura, iis tamen vitiis et erroribus, qui historicae disciplinae istius aetatis erant communes. Asiae, Africae et Americae regna et res publicae nimis breviter pertractatae sunt. Haurisiu

IOH. MATTHI. HASII Phosphorus historiarum vel Prodromus theatri summorum imperiorum, h. e. Historiae politicae universalis potioris et principalis etc. *Lips.* 1742. f. Hase.

Eiusd. Historiae universalis politicae idea plane nova ac legitima, tractationem summorum imperiorum exhibens in 1. sciagraphia dicendorum, 2. tabulis chronologicis, 3. tabularum geographicarum sectionibus binis, in lectionum academicarum usum proposita. *Norimb.* 1743. 4, cum quam plurimis tabulis aeneis. Libri hi Hasiani egregia subsidia praebent historiae universalis studiosis; praesertim posterior, post mortem auctoris ab *Aug. Gottlob Boehmio* editus;

editus; complectitur enim, praeter sciagraphiam h
storiae summorum imperiorum, tabulas chronolog
cas XVI accuratissimas, tabulasque XXVIII geogr
phicas, exquisitissime fabrefactas, coloribusque ill
minatas selectissimis, ac instituto congruentibus; r
praesentant nimirum regnorum incrementa et decr
menta, magno historiae studiosorum commodo.

branche. P. B. MAX. MALEBRANCHE *Histoire chronolog que des Papes, Empereurs, Rois, des Electeurs de l'Empire & autres Princes de l'Europe (dépuis la naissan de Jesus Christ jusqu'à 1740).* à Bruxelles 1742. Voll. in 8.

Chesne. P. DU CHESNE, *Jesuite, Abrégé de l'histoire a cienne, ou des cinq grands empires, qui ont précédé naissance de Jesus Christ. à Paris* 1743. 12. Libe lus, maximam partem ex Rollini operibus excerpt in usum liberorum regis Hispaniarum.

ener. ERNST WEGENERS *Einleitung zu den Welt-u Staatsgeschichten der vornehmsten sowohl ehemaligen heutigen Reiche und Staaten. Mit einer Vorrede He* Joh. Peters von Ludewig. *Jena* 1743. 8. Historia quidem antiquam Wegenerus secundum quatu Monarchias, ac breviter, tamen paullo curatius et matius tradidit, quam priores compendiorum scripl res; historiam novam, sed Europaeam solummo diligentius et copiosius tractavit, chronologiae ac g nealogiae ratione ubique habita, fontibusque nar tionis assidue indicatis. Stilo minime comto atq polito utitur.

iebolt. CASP. DIEBOLTS *Historische Welt, oder ausfü liche Beschreibung der merckwürdigsten Geschichten, sich in allen 4 Welttheilen, von Erschaffung der W bis auf gegenwärtige Zeit begeben.* Zürich 1745. 4. Epitome quaestionum Hübnerianarum!

hard. IO. PAUL REINHARDS *Einleitung zu den welt chen Geschichten der vornehmsten Staaten, zum Gebrau seiner Zuhörer herausgegeben.* Erlangen 1746. 4 m

Je

Jena 1762. Erlangen 1778. 4 mai. — Compendium maioris molis, in quo historia cum antiqua tum nova, omniumque regnorum rerumque publicarum Europae, exponitur. Historias igitur hic habes Germaniae, Italiae, Bohemiae, Hungariae, Croatiae, Slavoniae, Bulgariae, Livoniae, regni Turcici aliasque, quae in libris huius generis vulgo omittuntur. Chronologia, genealogia, historiaque literaria haud neglectae.

IOH. FRID. JOACHIMS *Einleitung zu den Geschichten der heutigen Reiche und Staaten von Europa, darinn der Ursprung und Fortgang der Europäischen Reiche und Staaten bis auf gegenwärtige Zeit beschrieben und aus bewährten und glaubwürdigen Geschichtschreibern erläutert wird.* Franckf. und Leipzig 1747. 8. 1753. 8. Epitome nostris adhuc diebus, quum meliores habemus, commendabilis, propter accuratam testimoniorum in margine, suis quibuscunque locis, excitationem. Tabulae etiam genealogicae adiectae. Non omnes tamen Europae res publicae a Ioachimo describuntur, sed tantum Lusitaniae, Hispaniae, Galliae, magnae Britanniae, Belgii foederati, Daniae, Sueciae, Russiae ac Helvetiae. Joach

ADRIANI DAUDE *(Iesuitae)* Historia universalis et pragmatica Romani Imperii et regnorum, provinciarum, una cum insignioribus monumentis hierarchiae ecclesiasticae, ex probatis scriptoribus congesta, observationibus criticis aucta, atque ad theologiae positivae, iurisprudentiae ac philosophiae usum, reflexionibus dogmaticis, politicis et chronologicis illustrata. *Tomus* I, continet apparatum chronologicum, notitiam sex priorum mundi aetatum et historiam universalem Romani Imperii ab eiusdem primo Monarcha ad Constantinum M. *Wirceburgi* 1748. *Tomus* II. *Pars* I, continet historiam saeculi IV et V, a Constantino M. ad Augustulum. *ibid.* 1751. *To-* Daude

mus II. P. II, continet historiam ab Augustulo ad Carolum M. *ibid.* ..... 4. — Historia quidem Romanorum Imperatorum et hierarchiae pontificiae maximam operis, vitiis variis referti, partem constituit; aliorum tamen regnorum historia summatim admixta est.

nber- (P. FRANC. BORGIAE GOEZENBERGER S. I.) Rudimenta historica, sive brevis facilisque methodus iuventutem orthodoxam notitia historica imbuendi, pro gymnasiis societatis Iesu in Germaniae superioris provincia, auctore eiusdem societatis sacerdote. *Aug. Vind.* 1748. 8. Plane ineptum esse hunc libellum ad formandam cognitionem historicam, copiose demonstratur in *Ephemeridibus Goetting.* a. 1752. p. 192 et p. 725.

tz. IOH. IAC. SCHATZENS *kurzer Abriß der Historie alten Testaments, samt der Kaiserhistorie des neuen Test. als der 1ste Theil der Universalhistorie, der studirenden Jugend zum Besten entworfen.* Strasburg 1748. 8.

Eiusd. Examen historicum, i. e. *auserlesene Fragen aus der Historia universali. ibid.* 1749. 8. Hodie nullius fere pretii hi sunt libri.

rez. *Clave historial con que se abre la puerta a la historia ecclesiastica y politica. Seconda edicion corregida y limada por su autor* HENRIQUE FLOREZ, *del Orden de S. Augustin* &c. Madrid 1749. 4. — Introductio potius in historiam universalem, quam haec ipsa. Praeiudicatis opinionibus ac erroribus auctor non caret, utilia tamen passim tradit. Plura qui scire vult, adeat *Ephemerid. Goetting.* a. 1754. p. 1130.

haus. LEON. OFFERHAUS Compendium historiae universalis sacrae et profanae, a rerum origine ad saeculum a Christo nato XVIII. *Groeningae* 1751. 8. *ibid.* 1756. 8. *ibid.* 1775. 8. *Lips.* 1778. P. I et II. 8. — Auctor cum primum animum ad scribendum appulit, non constituerat iustum compendium dare; sed

sed tantum ea, quae in Petavii Rationario temporum sive in chronologicis, sive in ipsa rerum tractatione minus placebant, emendare, et fontes, ex quibus peti plura possent, paullo accuratius et copiosius edere. Quapropter etiam ab initio non, nisi postulante causa, a verbis Petavii ordineque discessit. Postea cum procedente opere intelligeret, plura desiderari, inprimisque nullam fere historiae ecclesiasticae novi testamenti rationem Petavium habuisse, magisque in rebus Gallicis, quam Germanicis aliarumque gentium, desudasse, paullo liberius a Petavio evagatus est, multaque, quae ille sive in historia sacra sive in profana omisisse videbatur, addidit; insuperque genealogica in recentiore historia interseruit. Res ipsas rerumque causas, domi plenius explicandas, extremo tantum digito Offerhausius attigit: magisque id sibi negotii datum putavit, ut nexus servandi causa principia et exitus rerum, tum praecipue nomina propria locorum et hominum, quae facilius effluunt, exhiberet, et in primis tempus, quo res quaeque contigit, accuratius designaret. In historia ecclesiastica generalem tantum ecclesiae cuiusque saeculi faciem informavit, et causas incrementi ac decrementi potentiae et dominatus pontificum Romanorum definavit; per singulas enim gentes ire nimis longum, et ab instituto suo alienum videbatur. Eandemque ob causam in historia literaria praecipuos tantum cuiusque saeculi eruditos recensuit. Denique fontes narrationis maiore cura, quam ab aliis unquam factum, adscripsit; nomina auctorum, libros, capita ut paginas diligenter notavit; in quo ea sibi cautio fuit, partim ut, quoad licuit, quam vetustissimos et illorum temporum, de quibus agitur, vel aequales vel suppares adhiberet, partim ut raro alios excitaret, quam quos ipse inspexerat. Recentiores parcius laudavit, nec tamen penitus eos neglexit, qui vel ipsi ex professo aliquam causam tractaverant, vel fontes co-

piosius adscripserant. Usus est insuper stilo co no ac perspicuo. Quapropter IOH. MAT SCHROECKHIUS bene de literis historicis m quod Offerhausii compendium in Germania n auctore conscio, non solum accurate et nitide r fecit, sed etiam historiam saeculi a C. N. XVIII, editiones Belgicae carent, praeclare adumbravit tionique Lipsiensi adiecit. Sed fontes narrationi si universe, commemorare in singulis rebus g Schroeckhio non placuit. Praeterquam enim, inquit, quod brevitatis studiosus essem, et tem excluderer, ne idonei quidem ubique testes in postremae aetatis advocari a me potuissent, nec ca, quae vivendo attigimus, liberius et accurat posteris tradenda, summatim tantum hac aetate banda sunt. — Aptior caeterum liber videtur re tionibus, quam praelectionibus. Index adiect copiosus.

uensee. *Erste Linien der allgemeinen Völkergeschichte.* berst. 1751. 8. ibid. 1770. 8. Auctor, CHRI GOTTFR. STRUENSEE, Rector scholae Halbe diensis, licet summam brevitatem sibi praescrip tamen haud omittenda erant saltem nomina m rum populorum ac regnorum Asiae, Africae e mericae. Methodus, duce Zopfio, adornata, i que minime probanda.

desfel- GOTTLIEB ENDESFELDERS *kurzgefaßte derhistorie, in Frag und Antwort, also eingerichtet, die moralische Lebensgeschichte der Römischen K bey Erlernung der Geographie, einem Kinde von 10 ren in kurzer Zeit mit Lust könne bekannt gemacht den. III Theile. Breslau* 1752. 8. Titulo tantum tato *ibid.* 1770. 8. Vae pueris, quibus historian his chartis, nugarum ac tenebrarum plenis, addis di, dura imponitur necessitas!

onymi alyse nol. *Analyse chronologique de l'histoire universelle de le commencement du monde jusqu'à l'empire de Ch*

m

gne inclusivement. à Paris 1753. 12 mai. — Bos-
ti rationem et ordinem secutus est auctor ano-
mus.

Education complette, ou Abrégé de l'histoire univer- Madame le Prince de Beaumont.
'e, mêlé de Geographie & de Chronologie. A l'usage
la Famille Royale de S. A. R. la Princesse de Galles.
ır Mad. LE PRINCE DE BEAUMONT. à Lon-
es 1753. III Voll. in gr. 12. à Leide 1758. III Voll.
gr. 12. à Rouen 1762. II Voll. in gr. 12. Plures
ri editiones nobis quidem non innotescunt. Au-
or, in Anglia tunc temporis, cum illum primum in
cem ederet, vitam degens, historiae saltem antiquae
menta ita litteris mandavit, ut eam certis pensis
ı lectionibus distribueret, singulisque lectionibus
mum res scitu maxime necessarias methodo erote-
tica, deinde easdem cum aliis minus necessariis
ıcta narrationis serie proponeret, tunc sententias
iles vitaeque regulas ex rebus narratis eliceret, et
stremo varias historiolas brevissime memoratas ad-
ret, easque ampliori doctorum iuventutis exposi-
ni commendaret. Quae libri dotes IOAN. ADOLF.
HLEGELIVM, sacrorum antistitem Hannoverarum,
mmovere, ut eum non modo Theotisce redderet,
rum etiam passim emendaret augeretque, fontes
iam narrationis recentioresque historicos potiores
curate indicaret. Sic primum interpretationis
heotiscae volumen prodiit, hac epigraphe:

Auszug aus der alten Geschichte, zur Unterweisung der Kinder. Nach dem Französischen der Frau le Prince de Beaumont. *1 Band 1 und 2 Theil.* Leipz. 1766. 8.

cutum est volumen secundum, quo Schlegelius
storiam a Beaumontia usque ad Augusti Imp. tem-
ora tantum deductam, ulterius continuavit, *ibid.*
768; tertium *ibid.* 1775; quartum, opera et studio
EORGII HENRICI MARTINI, Rectoris scholae
licolaitanae Lipsiensis, *ibid.* 1779; quintum *ibid.*
1780,

1780, quo historia Romana usque ad Constantini M. Imp. tempora deducitur. Martini continuationem operis melius ac diligentius Schlegelio elaboravit; quaestiones narrationis contextui, methodo Schroeckhiana, statim subiecit etc.

Voltaire. *Abrégé de l'histoire universelle, depuis Charlemagne jusqu'à Charles V. Par M. de* VOLTAIRE. à la Haye 1753. III Voll. in gr. 12 (Plures forte editiones exstabunt). Titulus quidem historiae continuationem usque ad Carolum V Imp. pollicetur: attamen opus desinit in regno Caroli VII, Galliarum regis. Minus quidem accurate, ut ubique solet, Voltarius partem istam historiae universalis descripsit, nec narratio eius iuncta quadam serie decurrit: sed mores saeculorum plerumque sine partium studio ingenueque pinxit. Intexuit simul observationes et sententias haud vulgares, acutas, ingeniosas, quae et prodesse et delectare possint. Accedit genus dicendi facile, elegans, blandiens.

Achenwall. GOTTFR. ACHENWALLS *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grundrisse. Göttingen 1754. ibid. 1759. ibid. 1764. ibid. 1773. 8.* Multos laudatores nactum est hoc compendium, licet admodum sit mancum minimeque omnium regnorum Europaeorum historias contineat; agitur enim solummodo de Hispania, Lusitania, Gallia, Magna Britannia, Belgio foederato, Dania, Suecia, Polonia et Russia. Titulus libri quidem promittit tantum *praecipuorum* regnorum historiam: at, quaeso, nonne historiae Siciliae, Sardiniae, Borussiae, Helvetiae longe praestant historia Lusitaniae? Ratio vero et ordo huius epitomes, delectus rerum, chronologia in margine notata, librorumque praestantiorum mentio non satis laudari potest. Quartam editionem post Achenwallii obitum haud diligenter, si errores operarum respicias, curavit, historiamque ad a. 1772 conti-

ontinuavit eius collega IOH. PHIL. MURRAY, ipse iam postea mox praematura morte extinctus.

Abrégé d'histoire universelle (par Mr. J. VERNET). à Geneve 1754. 12. Bossuetum in historia antiqua potissimum secutus, eumque in media novaque imitatus esse videtur auctor, et quidem satis feliciter: divisiones vero, quibus omnem historiam, antiquam quidem in VII, mediam in V, novam in III periodos dispescuit, ad sublevandam tironum memoriam iudiciumque acuendum, non aptissimae videntur. Caeterum brevitati quam maxime studuit. — Versionem etiam libelli *Theotiscam* habemus, auctore *Ioh. Christoph. Roques* (*Francof. et Lips.* 1754. 8). Editio huius versionis secunda, periodi historiae novae quartae expositione brevissima, tabellaque *Büschingii* chronologica, aucta, prodiit *Berolini* 1772. 8. Vernet.

IOH. IAC. SCHMAUSSENS *kurzer Begriff der Historie der vornehmsten Europäischen Reiche und Staaten.* Göttingen 1755. 8. *ibid.* 1760. 8. — Longe brevior Achenwallo est Schmaussius, praelectionibusque academicis minus aptus. Helvetiae historiam ab Achenwallo neglectam, Gebaueri exemplo ductus, inseruit. Scriptores nullos indicavit. Schmauss.

Elemens de l'histoire profane tant ancienne que moderne. à Vienne 1755. 8. — Auctor JAQUET, Francogallus, Vindobonae iuventutis illustrioris praeceptor, dicitur. Anonymi *Element.*

P. THOMAE GREBNERI (*Iesuitae*) Compendium historiae universalis et pragmaticae Romani Imperii et ecclesiae Christianae, regnorum ac provinciarum, una cum observationibus criticis, ab aera Christi nati per singula saecula, ad nostra usque tempora, in theologiae ac iurisprudentiae usum deductae. Tomus I continens octo priora saecula, ab Augusto primo Imp. usque ad Carolum M. Imp.) *Wirceburgi* 1757. T. II (ab a. Chr. 800 - 1273) *ibid.* 1761. T. III (ab a. Grebner.

1273-

1273-1764) *ibid.* 1764. 8 mai. — Hiſtoria univerſa-li ante Chriſtum natum breviſſime et ad modum Hübneri narrata, hiſtoria octo priorum ſaeculorum poſt Chriſtum natum ſequitur, excerpta, ut ipſe Grebnerus indicat, ex *Daudii* hiſtoria univerſali. Reliqua hiſtoria eadem methodo ab ipſo Grebnero expoſita eſt, ita nimirum, ut ſingulis capitibus ſaeculorum ſingulorum hiſtoria tradatur civilis et eccleſiaſtica duabus ſectionibus, quae ipſae minoribus ſegmentis diſpeſcuntur; quo fit, ut ſeries rerum geſtarum minime perſpici poſſit. Inaequalis eſt etiam operis ſumma; mox auctor fuſius iuſto, mox ſtrictius res proponit. Nec fabulae et ineptiae deſunt.

Martini. (IOH. CHRISTOPH. MARTINI) *Geſchichte der vornehmſten Reiche und Staaten von Chriſti Geburt, im Grundriß, zum Gebrauch der Vorleſungen auf hohen Schulen und berühmten Gymnaſien, wie auch zum beſſern Verſtand der alten griechiſchen und lateiniſchen Schriftſteller.* Frankf. und Leipz. (Altdorf) 1760-1762. V Partes in 8. — Nil fere, niſi epitome hiſtoriae univerſalis a Britannis quibusdam conſcriptae, quam ſupra recenſuimus, annotationibus Baumgartenianis in ſubſidium vocatis, ſine propria rerum indagatione. Hiſtorias ſingulorum regnorum rerumque publicarum ante Chriſtum natum ſerie non interrupta narratas exhibet auctor.

Gatterer. IOH. CHRISTOPH GATTERERS *Handbuch der Univerſalhiſtorie nach ihrem geſamten Umfange von Erſchaffung der Welt bis zum Urſprunge der meiſten heutigen Reiche und Staaten. Nebſt einer vorläufigen Einleitung von der Hiſtorie überhaupt, und der Univerſalhiſtorie inſonderheit, wie auch von den hieher gehörigen Schriftſtellern.* Göttingen 1761. 8 mai. *ibid.* 1765. 8 mai. — *Des IIten Theils Iſter Band.* ibid. 1764. 8 mai. Auctores operis memorati Anglicani et Rollinum quoque ſecutus Gattererus, at non ſolos iſtos, nec temere, nec ſine omni fontium conſultatione et epicriſi;

risi; novam insuper historiam universalem tradi rationem iniit. Stilo etiam utitur comtiore, m superiores compendiorum scriptores, qui lin. theotisca historiam universalem tradidere. mem historiam antiquam complexus est libris X, quorum singulis praemisit fontes ac subsidia, bus narratio rerum stabilitur; sequuntur notiones graphicae; tunc res gestae ipsae s. historia; tan- status populi, cuius historia narrata est, religio- civilis, domesticus, literarius. — Partis secundae ius primus continet catalogi historicorum, parte na coepti, continuationem et historiam Sinensium, Deguignesio potissimum haustam, Coreanorum, etanorum et Iapanorum eadem methodo ac men-, qua pars prima composita est. Quia vero opus ce utilissimum, proh dolor! non continuatum, pterque copiosiorem rerum narrationem praele- nibus academicis non adeo aptum est; auctor omen illius edidit magis succinctam et contra- n hac epigraphe:

briß der Universalhistorie nach ihrem gesammten Umfange von Erschaffung der Welt bis auf unsere Zeiten. ERSTE HAELFTE. *Nebst einer vorläufigen Einleitung von der Historie überhaupt, und der Universalhistorie insonderheit, wie auch von den hieher gehörigen Schriftstellern.* Göttingen 1765. 8 min.

tome est partis prioris, historiae igitur tantum an- ae. Secundam enim epitomes partem nunquam oravit auctor, sed novam editionem seu potius um librum exhibuit hoc indice:

briß der Universalhistorie in ihrem ganzen Umfange. Bey dieser zwoten Ausgabe völlig umgearbeitet und bis auf unsere Zeiten fortgesetzt. Götting. 1773. 8 min.

hodus et ordo huius epitomes prorsus nova est, cipiisque sanis, quae auctor alibi, v. c. in biblio- a sua historica, de qua supra egimus, tradidit, in- niti-

nititur. Historiam in hoc compendio non libris dispescuit, sed periodis tribus, quarum quaeque annos MDCCC complectitur. Ita vero historiam quidem antiquam mediique aevi (usque ad a. 1492) Gattererus exposuit, minime vero novam seu recentiorem. Caeterum systemata quaedam populorum, (systema populorum Assyriacum, Persicum, Macedonicum, Romanum) periodosque constituit; quo factum, ut longa a quocunque populo rerum gestarum series facilius, velocius atque clarius perlustrari possit. Ante huius epitomes novae editionem aliud Gattereri opus, bonae frugis plenissimum, atque hoc loco commemorandum, prodiit hoc titulo:

Einleitung in die synchronistische Universalhistorie zur Erläuterung seiner synchronistischen Tabellen. Göttingen 1771. 8 min.

De tabulis synchronisticis, in quarum usum liber compositus est, mox dicetur. Haec introductio non accommodata est praelectionibus academicis, sed repetitioni historiae universalis partim inservire potest, partim doctoribus historiae, ut methodum Gattereri historiam universalem tradendi, inde perspicere possint. Plura etiam historiae capita difficiliora, auctoris sagacitate et diligentia egregie explanata atque illustrata, insunt, v. c. magnae istius, quam dicunt, migrationis gentium historia, cui novam lucem accendit Gattererus doctissimus et in perscrutanda veritate historica plane indefessus.

Prolegomena pererudita minimeque scholis scripta, huic introductioni praemissa, seorsim, inscio auctore sineque eius nominis mentione, fraudulenter recusa sunt hoc titulo:

Historisch- geographische Einleitung zur Universalhistorie. Zum Gebrauch für Schulen. Frankf. und Leipz. 1779. 8.

HIL. HENR. DILTHEY *premiers elemens de l'hi-* Dilthey.
e universelle, avec un abrégé de la chronologie à l'u-
de la jeune noblesse de Russie. P. I. 1762. 8. Addi-
versionem Russicam.

HEINR. MARTIN GOTTFR. KOESTERS *Aus-* Koester.
der politischen Geschichte von dem Ursprunge aller
ker bis auf die letzten Friedensschlüsse fortgesetzt
zum Gebrauch der Jugend verfertigt. Franckfurt
Leipz. (Nürnb.) 1764. 8. *Zweyte ganz umgear-*
te Auflage. Franckf. am M. 1776. 8.
Eiusd. *Geschichte der heutigen Europäischen Staa-*
n einem Auszug mit genealogischen Tabellen. Gies-
1775. 8. Nuda sunt ossa, bene tamen composita,
us doctores academici et scholastici nervos, mus-
s et carnem obducant necesse est. Tironibus
ies huius generis displicet, eosque a studio histori-
a lectione certe, deterret. Praeter historiam Tur-
n omnium Europaeorum regnorum vicissitudi-
a Koestero adumbratae sunt.

GOTTFR. STOLTERFOTHS *Grundriß einer all-* Stolterfoth
inen und pragmatischen Weltgeschichte, für junge
des auch andere wohl zu erziehende Personen, und
haupt zur Bildung eines edlen Herzens in der Ju-
. Danzig 1764. 8. Nisi animus esset, omnia hi-
ae universalis compendia enumerare, minime
dignum esset, cuius mentio fieret; plenum enim
miseriarum vitiorumque.

HERTENBERGER S. I. historia pragmatica uni- Hertenberger.
alis, sacra et profana: in qua, quidquid ad chro-
ogiam, genealogiam, heraldicam, geographiam,
horographiam spectat, solide ac perspicue tracta-
a mundi exordio ad praesens usque tempus de-
a: cum figuris. *Francof. et Lips.* (Bambergae)
4. XI Voll. in 8.

IGNATII WURZ (S. I.) *Einleitung in die allge-* Wurz.
e Geschichte alter und neuer Zeiten. Zum Gebrau-
der Schulen. Wien 1765 - 1770. IV Voll. in 8.

egan. *Tableau de l'histoire moderne dépuis la chûte de l'empire d'Occident, jusqu' à la paix de Westphalie; pour servir de suite à l'histoire universelle de Bossuet. Par M. le Chevalier de* MEHEGAN. à Paris 1766. III Voll. in 12 mai. Historiae universalis partem, quam epigraphe libri indicat, auctor septem epochis distinxit, easque nominibus hominum, qui magnarum vicissitudinum auctores fuere, hisce insignivit: Chlodovaeus, Mohamed, Carolus M. Otto M. Godofredus de Bouillon, Rudolfus I. Imp. Christoph. Columbus. Singulis epochis praemittitur delineatio sive adumbratio regnorum, quorum fata deinde sigillatim narrantur, generalis. Regnorum uniuscuiusque epochae historiae aptissime inter se iunguntur, rerumque scitu dignarum delectus omni laude dignus. Adiectae sunt singulis epochis observationes utilissimae in praestantiores res gestas narratas, in statum religionis, legislationis, commerciorum, litterarum. Accedit genus orationis, nobilitati historicae congruum, elegans, simplex minimeque fucatum.

Cf. *Gattereri* hist. Bibl. T. VII. p. 70.

Toerring. AUG. COM. DE TOERRING *Auszug aus der politischen Weltgeschichte zum Gebrauch junger Herren von Adel in den Kurlanden Bayern.* München 1766. 8.

Büsching. D. ANTON FRIEDR. BÜSCHINGS *Chronologischer Grundriß der allgemeinen Weltgeschichte, zum Gebrauch der Gymnasien.* Berlin 1767. 1 plagula in folio, cui origo ac fata memorabilium regnorum nobilissimorum secundum sex millenaria inscripta sunt. Recusus et amplificatus paullisper est libellus, prima quasi rudimenta historiae comprehendens, forma commodiore, quam vocamus octavam, eaque perfectior editio prodiit *Berol.* 1772. Perfectissima vero f. quarta, epigraphe etiam paullo mutata, *ibid.* 1780. Versionem italicam curavit IOSEPH. VALENTI. Florent.

lorent. 1773. 8. — Fraudulenter etiam, mutationi-us nonnullis factis, libellus impressus est *Vratisl.* 774. 8.

ALEXII A S. IOSEPHO Compendium historiae um sacrae quam profanae, Geographiae et Heraldi-ae. *Pragae* 1767. 8. Alex. a S. Iosepho.

Verdens Historie, forfattet af OWE GULDBERG, *Deels I Bind, Kiöbenhavn* 1768. 38 plagg. — *I D. I B.* 35 plagg. (sive 1140 paginis continuis, cum idiculo.) *II D. I B.* ib. 1772. 50½ pl. sive 784 pa-inarum, cum indiculo, in 8. — Illustrissimus Au-tor, iam Danici Regni Nobilis *Höch-Guldberg*, Or-inis Danebrogici Eques, Regi ab intimis Consiliis, *) que a Litteris Regnum spectantibus (*Staats-Secre-aire*); tunc vero *Friderico*, Principi hereditario, a udiis, in huius Regii discipuli gratiam opus hoc ela-orabat ita, ut narratio media quadam via inter vo-umina spissa, eruditione laborantia, atque inter com-endiorum sterilitatem, procederet. In rebus ipsis iarrandis auctor, non regum modo series, neque ellorum historias texebat: sed populorum potius fa-, hominumque ad humanitatem effingendorum ra-onem, tum artium atque disciplinarum vicissitudi-es, cogitata esse tanto Principe digna censebat. *Alle-atos* in hoc opere videmus ipsos antiquae historiae ontes; interdum tamen et recentiores: in artium ve-o fatis exponendis *Winkelmannum* potissimum. *Go-ueto* etiam usus est auctor: meliora tamen addidit de iis. Dolendum igitur sane est, ultra *Alexandri mor-em* non procedere hoc opus, sui generis unicum; eque eius continuandi a tanto viro spem esse, quem egiis curis adiutorem esse iussit Rex Augustissi-ius. Guldberg.

IOH. SAM. HALLE *Staatshistorie der Welt, in ween Bänden. I Band; die alte Historie bis auf Karln* Halle.

*) Libellorum supplicum Magister (*Maître des Requêtes*).

den Großen. Brandenburg 1768. *II Band; mittlere und neue Historie von* 800 *bis* 1770. ibid. 1770. 8 mai. Operam huius scriptoris plane irritam fuisse atque inanem, docetur in *Gattereri* Bibl. hist. T. VIII. p. 176. et *in Betracht. über die neuesten historischen Schriften.* T. II. p. 98.

Sebald. GEO. FRID. SEBALDS *kurzer Abriß der Historie zum Gebrauch niederer Schulen.* Nürnb. 1770. 8. Editio tertia prodiit 1780 sub titulo: *Kurze Einleitung zur Historie und Geographie.* Est libellus vulgaris commatis, methodo erotematica conscriptus. Vid. *Nürnb. gel. Zeit.* 1780. p. 211.

Renaudot. *Revolutions des Empires, Royaumes, Republiques & autres Etats considerables du monde, depuis la creation jusqu'à nos jours, avec une legere description des lieux, une idée succinte du genie, des mœurs, de la religion, des coutumes, du commerce des differens peuples de la terre; une suite exacte des Souverains, & l'histoire abrégée de ceux qui se sont le plus distingués par leurs vertus ou par leurs vices; ouvrage orné d'un arbre chronologique & successif de ces différens états, propre à en donner une connoissance claire & fidele, par M.* RENAUDOT, *Avocat. à Paris* 1770. II Voll. in 12 mai. Nec accurate satis, nec congruenter conscripta est haec epitome, licet multo negligentiores huius generis libri publice prostent, et in historicae disciplinae damnum ab imperitis usurpentur.

Koch. *Tableau des revolutions de l'Europe, depuis le bouleversement de l'Empire d'Occident jusqu'à nos jours.* à Strasbourg 1771. 8. Auctor est CHRISTOPH. GUIL. *de* KOCH, Prof. hist. extr. Argentoratensis, praeclarus Schoepflini discipulus. Optimo rerum utilium delectu, sensuque veri et falsi eleganti elaborata est haec epitome. Omnes in Europa res gestae memorabiles octo periodis distinctae sunt, quarum prima a

migratione sic dicta gentium magna usque ad Carolum M. (400-800) deducitur; secunda, ad Ottonem M. Imp. (800-962); tertia, ad Henricum IV. Imp. (962-1074); quarta, ad Rudolfum I. Imp. (1074-1273); quinta, ad expugnationem Constantinopoleos (1273-1453); sexta, ad pacem Westphalicam (1453-1648); septima, ad pacem Ultrajectensem (1648-1713); octava, usque ad nostra tempora. Meheganum in primis secutus videtur auctor, ab erroribus non plane immunis: operis vero summa est egregia. Nova et emendata editio proxime parabitur. Versio theotisca Centurionis Colmariensis *de Rathsamhausen* prodiit *Francof. et Lips.* (Carolsruhae) 1773. 8. — Cf. *Allgem. teutsche Bibl. Anhang zum 13ten bis 24sten B.* p. 1306 sqq.

G. F. S. LATZER *kurzgefaßtes historisches Handbuch aus der allgemeinen Weltgeschichte von dessen Erschaffung bis auf gegenwärtige Zeiten.* Wirzburg 1772. 8. Latzer.

CARL RENATUS HAUSEN *Versuch einer Geschichte des menschlichen Geschlechts. I Theil, welcher die alte Universalhistorie enthält.* Halle 1771. — *II Theil, welcher die neue Universalhistorie enthält* (usque ad a. 324). 1772. *III Theils I Abschnitt* (usque ad a. 800). 1775. *III Th. II Abs.* (historia Italiae ab a. 554-887, historiaque Galliae et Britanniae usque ad nostra tempora) 1777. *III Th. III Abs.* (historia Italiae ad a. 961, historia Belgii foederati, Helvetiae, regnorum Europae septentrionalium atque Hungariae ad a. 1438) 1778. 8 mai. Opus, ut ex argumenti indice patet, nondum absolutum, finesque epitomes transiliens. Partes nonnullae, v. c. historia Italiae et Hungariae, curatius reliquis tractatae sunt. In rerum censura candor amorque veri haud vulgaris perlucet. Testimonia, quibus narratio innititur, sedulo, ipsis saepe auctorum verbis, excitata sunt. Melius sine Hausen

 dubio

dubio Hausenius sibi lectoribusque consuluisset, brum omnem, a capite usque ad calcem, ante editionem perfecisset et polivisset. Cf. *Gatterers* Journal T. IV. p. 124.

Remer. IUL. AUG. REMERS *Handbuch der Gesch neuerer Zeiten von der großen Völkerwanderung auf den Hubertsburger Frieden. Braunschweig* 1 et mutato titulo: *Wolfenbüttel, Braunschweig und E städt* 1772. 8.

Eiusd. *Ausführliches Handbuch der ältern allg nen Geschichte; nebst einer Vorstellung der politis geistlichen, gelehrten und bürgerlichen Verfassung Nationen in jedem Zeitpunkte. Braunschw.* 1775

Prius horum compendiorum supplementi vi Gattereriano, quod recentioris historiae exposit caret, sustinere debuit, ideoque fere secundum dem normam, quam Gattererus in exarando pı suo historiae universalis compendio excogitav elaboratum. Iunxit vero auctor methodo Gatt rianae Achenwallianam (*in der Geschichte der Eı Staatshändel*) et Meheganianam. Ducem etiam dabili sane conatu, quoad operis summam, affec est Remerus: sed plura vitia tum scriptoris tum pothetae in librum, caeterum non contemnenc irrepserunt. Fontes quoque et subsidia, ex qu plenior historiae cognitio haurienda, non ind sunt. Quatuor maiores periodos constituit au quarum prima ab a. 400 usque ad 800, secund Rudolfum I. Imp. tertia ad Lutherum, quart 1763 pertingit. Singulae in duas sectiones div quarum prior generalem periodi historiam, et dem faciem politicam, religiosam, litterariam e vilem, breviter adumbrat, posterior res ipsas, in ı quoque regno gestas, copiosius sistit. Tabulae c nologicae, unicuique periodo additae, bene ini ctae omninoque utiles sunt.

Ea

Eadem ratione, maiore etiam studio elaboratus est posterior Remeri liber, quo antiquam historiam universalem tradidit. Geographiae quoque, Cellario duce, et chronologiae ratio habita, librique potiores laudati. Res vere utiles acri iudicio auctor selegit optimeque disposuit. Expositio historiae copiosior, quam ut praelectionibus academicis inservire possit, repetitioni potius accommodata est. Quatuor periodis etiam auctor historiam antiquam distinxit. Prima a terrae creatione usque ad exstructionem turris Babelicae (1809) decurrit; secunda ad mortem Alexandri M. (3660); tertia ad proelium Actiacum (3953); quarta ad magnam, quam vocant, gentium migrationem, quarto post Christum natum saeculo coortam.

Cf. *Allg. teutsche Bibl.* T. XVIII. p. 275. T. XXVIII. p. 539. — *Betrachtungen über die neuesten hist. Schriften* T. III. p. 201. add. Schirachs *Magazin der teutschen Kritik* T. I. P. 2. p. 57. — *Fortges. Betr. über d. n. hist. Schriften* T. III. p. 247. — *Büschingii wöchentl. Nachr.* a. 1775. p. 236.

AUG. LUDW. SCHLOEZERS *Vorstellung seiner Universalhistorie.* Göttingen und Gotha 1772. *Zweeter Theil.* ibid. 1773. 8. Editio partis prioris secunda eaque mutata *Goetting.* 1775. 8. Apelles Germanorum historicus artificiose et ingeniose lineas historiae universalis primus ita duxit, ut quisque, eas adspiciens, ardore quodam, historiam ipsam penitius intelligendi, perfundatur necesse sit. Nec historiam universalem ipsam, nec legislationem historicam tradere voluit auctor, sed adumbrationem ac designationem methodi, ordinis modique, quo historia universalis commodissime et iucundissime doceri discive possit. Editione secunda argumenta quaedam sunt transposita atque immutata, omniaque correctiora et accuratiora reddita. Quinque periodis Schloe

magnis omnis historiae ambitus inclusus, quarum prima ab Adamo usque ad Noachum annos 1656, secunda ad Cyrum annos 1770, tertia ad Chlodovaeum annos 1000, quarta ad Columbum annos 1000, quinta ad nostra usque tempora annos 300, complectitur. In singulis his periodis delineandis auctor respicit earum spatium et fines, maiores et minores periodorum sectiones, populos cum maiores, tum minores unaquaque periodo florentes, tum etiam progerminantes novos, porro terrarum hominumque cognitionem, quantum potuerit; fontes, monumenta, subsidiaque historiam cognoscendi; inventiones artium, literarum, religionum; migrationes populorum, animalium, plantarum, artium, morborum; historiam denique universalem strictius sic dictam.

Posterior, quae huius libri appellatur, pars, minime quidem ad historiam universalem ipsam pertinet; continet enim apologiam eius acerrimam contra anonymi critici, quem Schloezerus Herderum appellat, vituperia: passim tamen emicant egregia praecepta ac monita, quibus theoria historiae ditari possit. — Idem Schloezerus, sine nominis sui mentione, exhibere coepit, tironum in gratiam, praeparationem politico-historicam ad historiam universalem, hac quidem epigraphe: *Vorbereitung zur Weltgeschichte für Kinder. 1ster Theil.* Göttingen 1779. 12. Qui libellus una cum Schroeckhiano compendio, de quo deinceps, Francogallice versus est *Stuttgard. et Tübing.* 1781. 8.

ichaeler. Huc etiam referendum: *Breviarium* historiae universalis Schloezerianae, hinc inde succinctius excerptae, atque ad usus auditorum in universitate Oenipontana Latine conversae, a CAR. MICHAELER, Histor. univers. ac litterar. in Univers. Oenip. Prof. P. O. —

O. — tum novis ab eodem acceſſionibus locupletatum, tum et porro continuandum. *Oenip.* 1780. 8.

(BAUMGARTEN-CRUSII) Elementa hiſtoriae ſingularum Europae ac Germaniae inprimis rerum publicarum. In uſum tironum. *Lipſiae* 1772. 8. Baumgarten Crusius

Eiusd. Elementa hiſtoriae antiquae. *ibid.* 1775. 8.

Partibus quinque conſtat liber huius auctoris prior: I. ſiſtit imperia Europae, Germanicum, Turcicum, Ruſſicum; II. regna Europae, Hiſpanicum, Portugallicum, Francogallicum, Britannicum, Septentrionalia, Polonicum, Hungaricum, Bohemicum, Italica ac Boruſſicum; III. hiſtoriam Pontificum Romanorum, rerum publicarum (Belgicae, Helveticae, Venetae, Genuenſis) et ducatuum (Lotharingici, Curlandici atque Italicorum quorundam); IV. hiſtoriam electoratuum Germaniae; V. hiſtoriam archiducatus Auſtriae, Palatinorum, Landgraviorum Haſſiae, ducum Saxonicorum, caeterorumque Germanicorum ducum ac principum, cui acceſſit hiſtoria Sileſiae, ducum Lauenburgicorum, Iuliacenſium, Clivienſium, Montanorum ac Pomeranicorum. — Primas omnium harum hiſtoriarum lineas mira dexteritate iudicioque acri auctor duxit, reſpiciens ſolummodo ad hiſtoriam civilem ſeu negotia publica principumque ſucceſſiones. Artes pacis, religionis, litterarumque viciſſitudines variaque populorum fata plerumque neglexit. Hiſtoria regnorum, non tamen omnium, certis periodis diſtincta, quibus ad memoriam iuvandam, nomina principum, cum annis illorum emortualibus, in fine adiecta ſunt. Aequalitas et congruentia non ubique obſervata; hiſtoria v. c. Moguntina longe copioſius tradita, quam Ruſſica. Fontes narrationis nulli excitati. Stilus planus eſt atque concinnus vereque Romanus.

Poſteriore libro hiſtoriam antiquam eadem ratione expoſuit auctor, partibus quidem duabus: prior

continet historiam populorum antiquorum ante Graecos, posterior historiam Graecorum, regnorumque e Macedonico ortorum. Appendicis loco adiecta est historia Carthaginiensium, regnorumque Numidiae ac Mauritaniae. Historiam Romanam una cum historia exotica, imperiorum scilicet Asiaticorum, Africanorum, Americanorum, alii et volumini et tempori auctor reliquit: frustra vero hucusque illam exspectavimus. Tabulae etiam synchronisticae ad haec elementa sua promissae nondum in lucem editae sunt. Caeterum in conscribendis antiquioris historiae elementis id maxime auctor egit, ut, quae ad intelligenda volumina sacra et profana auctorum veterum inprimis faciant, curiosus afferret, non cariturum utilitate sua laborem recte arbitratus.

Cf. *Allg. teut. Bibl. Anhang zum 13 - 24 Band* p. 611. T. XXXII. p. 176. — Gattereri *hist. Journal* T. II. p. 39. T. IV. p. 132. — *Betracht. über die neuest. histor. Schr.* T. III. p. 395. *Fortges. Betr.* T. II. p. 71.

illot. *Elemens d'histoire générale. Premiere Partie. Histoire ancienne. Par M. l'Abbé* MILLOT. T. I-IV. à Paris 1772. IV Voll. in 12 mai. — *Seconde Partie. Histoire moderne.* T. I-V. ibid. in 12 mai. Recusum opus *Paris. et Lips.* 1774. IX Voll. in 12 mai. *Bern. et Basil.* 1775. IX Voll. in 12 mai. *Lugd. Bat.* 1777. VI Voll. in 12 mai.

Medium tenet opus elegantissime scriptum inter systemata, ut ita dicam, historiae universalis, et inter eius compendia; maiore etiam cura in perscrutandis ac seligendis rebus, quam plurimi libri historici hodie in Gallia compositi, elaboratum, ideoque dignissimum, quod historiae studiosis, quibus lectio, non perscrutatio item, arridet, commendetur. Populorum antiquorum fata non iunctim, sed sigillatim exposita: historia recentior quindecim epochis absolvitur,

tur, quibus ubique fere historia Francogallica fundamento est; historia aliorum regnorum illi intexta. Epochae singulae variis capitibus distinctae. Historia Sinae aliorumque regnorum Asiaticorum recentior brevissime, tanquam appendix, tomo ultimo est adiecta. Fontes narrationis nullibi indicavit auctor. Passim peccata tum commissionis tum omissionis irrepsere, praesertim in historiam regni Germanici.

Theotisce vertuntur haec elementa a IOH. BERTRAMO MIELK, sub auspiciis GUIL. ERN. CHRISTIANI (Prof. Kilon.) cum eiusque correctionibus, additionibus, indiceque praecipuorum operum, e quibus uberior historiarum cognitio petenda. P. I. prodiit *Lips.* 1777. P. II. 1778. P. III. 1779. P. IV. 1780. P. V. 1781. 8 mai. Labor nondum finitus. — *Italica* interpretatio inde ab a. 1778 *Venetiis* typis imprimitur, in 8.

IOSEPH RINGMÜLLERS (Exiesuitae) *Allgemeine Religions- und Staatsgeschichte von der Weltschöpfung an bis auf gegenwärtige Zeiten, zum gemeinnützigen Gebrauche, besonders der Wirzburgischen Schulen, in zween Bänden kurz verfasset. Isten Bandes Ister Theil.* Wirzburg 1772. *2ter Theil.* ibid. 1773. 8. Ringmüller.

Duabus hisce partibus voluminis prioris historia solum ecclesiastica continetur: posteriore volumine auctor historiam civilem tradere voluit: num vero promissis steterit, nescio. Opus ipsum sine iudicio sano, sine recta et accurata rerum historiaeque cognitione, sine veri falsique sensu, sine omni gratia et elegantia conscribillatum esse, pluribus probatur in *Allgem. teutsch. Bibl.* T. XXII. p. 758. T. XXIV. p. 474. add. Gattereri *hist. Journal* P. IV. p. 118.

IOAN. MICH. LORENZ Elementa historiae universae, usibus auditorum edita. *Argent.* 1773. (exemplis libri nonnullis inscriptus est annus 1774.) 8 mai. I. M. Lorenz.

Mem-

Membratim, per solos rerum indices, velut in tabula proposita est historia universalis hac epitome. Sciagraphia est, summo studio accurateque composita, aptior vero repetitioni, quam praelectionibus. Iuniores macilentis his corpusculis minime delectantur, sed deterrentur potius ab historiarum studio. Historia ante Christum natum duabus periodis divisa, quarum prior tria millenaria, posterior quartum millenarium complectitur; millenaria in partes varias iterum dispescuit auctor, easque in sectiones particulasque minutiores. Historia post Christi nativitatem tribus absolvitur periodis, quarum prima ad a. 500, secunda ad 1500, tertia ad nostra usque tempora deducitur. Ipsae periodi saeculis (v. c. Augusteo, Barbarico, Muhamedico), Zopfio duce, distinguuntur. Quid de huiusmodi methodo ac divisione sentiendum sit, iamiam indigitavimus. Fontes dictaque, ut ita dicam, classica, singulis rebus gestis diligenter apposita. Chronologia minime neglecta. In fine libri exhibentur tabulae chronologicae duodecim, haud vulgari diligentia confectae.

Severini. IOH. SEVERINI Fundamenta historiae civilis ab orbe condito ad nostram aetatem deducta, cum appendice geographico, usibus tyronum adcommodata. *Poson.* 1773. 8.

[Sc]hroeckh. IOH. MATTHI. SCHROECKH *Lehrbuch der allgemeinen Weltgeschichte zum Gebrauche bey dem ersten Unterricht der Jugend; nebst einem Anhange der Sächsischen und Brandenburgischen Geschichte.* Berlin und Stettin 1774. Ed. 2da. *ibid. eod.* Edit. tertia emendata et aucta. *ibid.* 1777. 8.

Maximum tulit plausum hoc compendium; et quidem non immerito. Auctor enim praestantissimus, pro sua, qua pollet, cognitione accurata universi historiarum campi, primas historiae universalis, tum civilis, tum ecclesiasticae, tum litterariae, lineas tanta duxit

duxit arte, ut totus earum ambitus facili negotio cognosci possit. Introductionem in historiae studium sequitur adumbratio brevior historiae universalis ethnographica et chronologica; deinde expositio huius adumbrationis uberior in sex periodos ante totidemque post Christum natum distincta. Singulis periodis adiectae sunt observationes utiles, ex narratione praecedente ductae, ad vitam communem et ad res gestas diiudicandas accommodatae. Chronologia minime est neglecta. Margini adscriptae sunt quaestiones, quarum ope tirones ipsi se examinare possint.

Eiusd. *Allgemeine Weltgeschichte für Kinder.* Leipzig 1779-1781. III Voll. in 8 mai.

Volumen quartum finem imponet operi, fundamentis compendii modo descripti eleganter sane constructo, magis tamen iuvenum, quam puerorum mentibus accommodato. Sunt etiam exempla imaginibus, a Rodio, artifice Berolinensi, scite inventis, ornata.

E priore Schroeckhii libro excerpsit IOH. ANDR. BENIGNUS BERGSTRAESSER, latineque reddidit brevem populorum historiae recentioris adumbrationem (p. 25-32) hac epigraphe: Bergstraesser.

Schroeckhiana universae post natum Christum historiae idea. *Hanoviae* 1777. 8.

Idem ex eodem Schroeckhii libro res gestas antiquarum gentium maxime memorabiles usque ad a. 3648 selegit, ordineque chronologico disposuit, plagulis quibusdam sic inscriptis:

Chronologiae historicae scholarum in usum concinnatae particula *prima et secunda.* ibid. 1778. 8.

LUDW. ADOLPH BAUMANNS *kurzer Entwurf der Universalhistorie zum Gebrauch der Jugend auf Schulen.* Brandenb. 1774. 8. Baumann

Histo-

Historiam quidem regum ac principum, eorumque virtutes ac vitia, ordine chronologico enumerat Baumannus: maiora autem utilioraque, v. c. vicissitudines fataque populorum, commoda incommodave inde enata, aliaque, veram historiae universalis indolem constituentia, haud adeo magni facit. Quatuor sic dictae monarchiae illi arrident.

F. Lorenz. IOH. FRID. LORENZ *Anleitung zur Universalhistorie, zum Gebrauch der Schulen.* Halle 1775. 8.

Eiusdem, proh dolor! farinae libellus!

retschmar. CHRISTI. FRIEDR. KRETSCHMARS *kurzer Abriß der bürgerlichen Fundamentalhistorie, zum Unterricht für Kinder.* Leipz. 1775. 8.

Pueris scripsit auctor, dum ipse adhuc puer fuerit (v. eius praef.).

: Condillac. *Abbé* DE CONDILLAC *Cours d'Etude pour l'instruction du Prince de Parme, aujourd'hui S. A. R. l'Infant D. Ferdinand, Duc de Parme, Plaisance &c.* à Paris 1775. XVI Voll. in 8.

Historiae quoque elementa insunt. Volumina nimirum V - X continent introductionem in historiam antiquam: X - XV introductionem in historiam novam. Egregie adumbratur omnis historia et ad usum civilem accommodatur. Philosophum auctor potius egit, quam subtilem criticumque historiarum scrutatorem. Versionem Theotiscam valde mediocrem dedit *Ioan. Christoph. de Zabuesnig.* Aug. Vind. 1778 - 1781. VII Voll. in 8. Plura sequentur.

Meusel. IO. GEORG. MEUSELS *Anleitung zur Kenntniß der Europäischen Staatenhistorie nach Gebauerscher Lehrart.* Leipzig 1775. 8 mai.

Praeter methodum, quam Gebauerus secutus est, aphoristicam, praeterque tabulas genealogicas, quas tamen passim auxit et emendavit, novasque nonnullas addidit, pauca ex libro Gebaueriano supra

ra memorato retinuit auctor, quippe qui brevitati ultiorique dicendi generi studuit. Historiam recenorem contexuit, novaque capita, quae apud Geauerum et Achenwallium frustra quaeras, de histoa Osmanorum, regnorum rerumque publicarum aliae, regnique Borussici, tabulas porro regum olim lispanicorum synchronisticas, tabulamque familiae ugustae Brandenburgico-Borussicae, elaboravit et diecit. Quo modo hi conatus successerint, alii iuicent. Nova editione, quae proxime in lucem proibit, perfectius compendium suum reddere studebit uctor.

Allgemeine synchronistische Weltgeschichte; oder Zeiungen aus der alten Welt, von Numa bis auf Alexanler den Großen. — Mit Landcharten und einem vollständigen Register herausgegeben von einer Gesellschaft eutscher Gelehrten. Berlin und Halle 1777. — *Zweyer Theil von Alex. bis auf den Octavianus Augustus.* bid. 1778. — *Dritter Theil, von Augustus bis auf Theodosius den Großen.* ibid. 1779. — *Vierter Theil, von Theodos. bis auf Karln den Großen.* ibid. 1780. 4. Allgemein synchron. Weltgesch

Quia hoc opus ex maioribus voluminibus excerытum est, hic potius, quam supra inter historiae uniersalis systemata, locum illi assignare lubet. In formam ephemeridum seu novellarum politicarum relactam hic vides historiam universalem antiquam. Nova sane ratio, historiam tradendi, eaque haud inucunda: ne tamen iuventus ex hoc opere solum adiscat historiam! Rerum enim gestarum series et neus plane deest: utilis tamen omnino lectio erit, raesertim si historiarum ordinem iam teneas. — luctor operis solus est CAROLUS CHRISTOPH. EICHE.

Partis primae epitomen, nescio quem in usum, laboratam habemus hoc titulo:

Auszug

Auszug aus der allgemeinen synchronistischen Weltg schichte oder den Zeitungen aus der alten Welt. Lei 1779. 8.

Lindner. IOH. GOTTL. LINDNERS *chronologischer Grun riß der allgemeinen Welthistorie, nebst einem Anhan der Geschichte des ehemals Gräflichen und nunmehr Für lichen Hauses Schwarzburg, zum Gebrauch hiesiger hoc fürstlicher Landschule.* Arnstadt 1777. 8.

Duabus partibus libellus constat. Prima adu brationem historiae praecipuorum populorum br vissimam, epochas tantum, sistit: altera, lectionib XXXIX distincta, per omnia decurrit saecula, re que memorabiles paucissimis verbis innuit. Sing lis lectionibus praefixa sunt disticha, ad modum Fre eri. Uberiorem epitomes recensionem dedi in *Eph meridibus Erford.* a. 1778. p. 233.

Kurze Einleitung in die allgemeine Geschichte alt und neuer Zeiten. I-IV Theil. Neue, verbesserte u mit e. Reg. versehene Auflage, mit Kupfern. Basel 177 8. Quo anno primum prodierit hoc breviariu ignoro. Tabulae adiectae sunt geographicae.

Wenger. *Versuch eines kurzen Begriffs der Universalgeschic te, von* J. v. W. (IGNATZ *von* WENGER). *Grä* 1777. 8. *Wien* 1778. 8. Libellus, ex Schloezeri Schroeckhii compendiis conflatus!

Gruber. GREGORIUS GRUBERS *Abriß akademischer Vo lesungen über die synchronistische Universalhistorie. Theil.* Wien 1777. *II. Th.* ibid. 1780. 8 mai.

Epitome elegans enchiridii Remeriani ante co memorati, quo historia universalis antiqua expos est, adhibitis tamen compendiis Gattereri, Schloez ri et Schroeckhii, mutatisque iis, quae religioni R mano - catholicae, cui auctor est addictus, haud co sentanea videntur. Partem alteram, qua histo medii et recentioris aevi traditur, auctor tum demu elab

te Gruberus voluit, cum Remerus enchiri-
um historiae recentioris limatius editurus fue-
consilium mutavit; quo modo igitur histo-
nc tractaverit, nescio.

.L EHREGOTT MANGELSDORFS *Lehrbuch* Mangelsdorf.
Völkergeschichte zu akademischen Vorlesungen.
779. 8 mai.

ris XIX absolvitur libellus, quo, duce in pri-
tterero, singulorum regnorum historici potio-
ographia, res gestae, et status religiosus, civi-
aesticus ac litterarius adumbratur. Chrono-
margine notata est. Auctor bene narrat. Hi-
educitur ad interitum imperii Romani occi-

sd. *Entwurf der neuen Europäischen Staatenge-
zum Gebrauch akademischer Vorlesungen.* Hal-
). 8 mai.

lem ordine, fontibus tamen haud indicatis,
ellus prior, compositus. Non omnium Euro-
norum geographia, res gestae et status prae-
aditur, sed sequentium tantum: Lusitaniae,
iae, Galliae, Magnae Britanniae, Belgii foede-
issiae, Daniae, Sueciae, ac Poloniae.

*régé portatif de l'histoire universelle, sacrée & Pernin de Ch
, pour l'instruction de la jeunesse, divisée en trois
, l'histoire des Juifs, l'histoire ancienne, & l'hi-
oderne. Par M. l'Abbé* PERNIN *de* CHABA-
s. à Paris 1779. III Voll. in 12 mai. Ad mo-
ossueti, nec tamen felici satis ausu. Populo-
uorundam historiae omissae sunt, partim, ut
', negligentia, partim studio, ut Romanorum
n historia, quam opere singulari auctor expo-
ult.

AUGUSTIN SCHELLE, *Benedictiners in Te-* Schelle.
*, Abriß der Universalhistorie zum Gebrauch der
ischen Vorlesungen. I Theil.* Salzburg 1780. 8.

Gattererum, Schloezerum, Schroeckhiumq
secutus est hic auctor, non tamen temere, nec si
propria rerum cognitione.

. Müller. IOH. KASP. MÜLLERS *Geschichte der Europ*
schen Staaten, zum Gebrauch der Kurmainzischen Sch
len verfasset. I Theil. Mainz 1780. 8.

Historia tantum regni Hispanici inest, iudicio
no accurateque elaborata.

Büsch. IO. GEORG BÜSCH *Grundriß der merkwürdi*
sten Welthändel neuerer Zeit in einem erzählenden V
trage. Hamburg 1781. 8.

Methodus aphoristica Büschio non satis apta
historiam docendam vel discendam videtur, ideoq
historiam inde a medio saeculo XV, usque ad temp
praesens, iuncta narrationis serie tradit, ita tamen,
modo huius, modo illius regni historiae particul
proponat, nec memoriae, sectionibus aut epoc
constitutis, succurrat. Historia saeculi nostri copi
sissime narratur, quippe quae ultra dimidiam li
partem implet.

XIV.

Tabulae chronologicae, synchronisticae et syn pticae historiae universalis.

bb. chro. hist. v. Locum, spero, haud ineptum hic occupabunt t
bulae chronologicae et synchronisticae, quibus hist
riae universalis studium magnopere sublevatur, qu
rumque sat magnam copiam diligentia procrea
erudita, cuius censum, age, nunc instituamus, ordi
quidem, quantum fieri poterit, chronologico.

Phrygion. PAULI CONSTANTINI PHRYGIONIS Chr
nicon, regum regnorumque omnium catalogum
perpetuam ab exordio mundi temporum saecul

rum

que seriem complectens, ex optimis Hebraeis, cis et Latinis auctoribus congestum. *Basil.* . f.

HEOD. BIBLIANDRI Temporum a condito lo usque ad ultimam ipsius aetatem supputatio, abulis proposita. *Basil.* 1558. f. Bibliander.

ICH. EGGARDI Tabulae chronologicae. *Ro-* 1577. f. Eggard.

AC. GISLONIS Chronologia s. temporum se- b initio mundi ad nostra tempora. *Stockholm.* . 4. Gislo.

NTALEONIS CANDIDI Annales s. Tabulae ologicae usque ad an. 1602. *Argent.* 1602. 4. Candidus.

ON. PETAVII Tabulae chronologicae regum, tarum, urbium, virorumque illustrium, a mun- eato ad a. 4000. Tabula chronologica sum- m pontificum, imperatorum, regum, dynasta- Christo nato ad a. 1628. *Paris.* 1628. 1643. *Mussiponti* 1629. *Vesaliae* 1702. Latine et e *Paris.* 1708. Duae plagulae sunt formae nae. Editio Vesaliensis emendatior et perfectior tecedentibus, nescio quo auctore. Parisiensem 1708 curavit *Simon de Lisle*, successu non ad- m laudabili. Res enim parum memorabiles in- necessarias neglexit. Petavius.

ENR. ISAACSON Saturni Ephemerides, s. Ta- historico-chronologicae, ab initio mundi ad usque tempora. *Londini* 1633. f. Anglice scri- unt hae tabulae, amplae satis multisque rebus e: at nunc meliores habemus. Isaacson.

ICH. MOESTLINI chronologicae theses et ta- a creatione mundi ad ultimam Hierosolymo- levastationem, editae studio et cura *Sam. Hafen-* . *Tubing.* 1646. 4. Moestlin.

IERRE DE SAINTE CATHERINE *Tables ologiques, depuis la création du monde.* à Paris 1648. de Ste. Catherine.

1648. Quatuor plagulae in folio, nimis obrutae tationibus variis, ideoque non satis dilucidae.

rader. CHRISTOPH. SCHRADERI tabulae chron gicae, a prima rerum origine et inde ad nostra t pora. *Helmst.* 1658. 8. *ibid.* 1686. f. Cura et st *Gebh. Theod. Meieri* nec non *Casp. Coerberi* a 1696 continuatae et auctae. *ibid.* 1696. f. *ibid.* 1 f. *ibid.* 1719. 8. *Brunswigae* 1730. f. et 8. *ibid.* 1 f. Ad a. 1765 continuatae, emendatae et aucta *I. C. Harenbergio ibid.* 1765. 8 mai. Gratissi semper fuere hae tabellae, propter ordinem et br tatem maxime commendabiles, licet in iis tempo congruentia summaque cura in erroribus vita haud servata sit; historia enim recentior antiqu iusto copiosius tractata, rebusque levibus haud obruta. Attamen utilitatis haud exiguae sunt tabulae, ita ut magnus *Gesnerus* olim Gotting (in Praelectt. super Isag. a Niclasio editis T. I. p. 3 de illis dixerit: „Ego ab anno inde XV aetatis n utor illis: et, ab illo tempore, quae adscripsi, etiam nunc sunt utilia. Illas nunquam depone sinu, semper mecum gero, inprimis quando eo ambulatum circa vallum, aut alias: evolvo, quo aliquid occurrit: certe in mensa cum tabulis Ei schmidii semper sunt ad manus. Illae tabulae Sch magno commodo historiam amantium nactae commentatores. In SAM. ARTOPAEI, Prof. gentoratensis, praelectionibus in tab. chron. Sc deri multa dicuntur et necessaria et iucunda." tae sunt hae praelectiones 1715 a *Ioh. Christoph. I tenstein.* Habemus etiam: IOH. DIEDER. *von* LICH Analysin chronologico-pragmato-logica illustrationem (miserrimam hercle!) tabularum ch nol. C. Schraderi. 1692. 12.

oxhorn. MARCI ZUERII BOXHORNII Chronolo sacra et profana. *Francof.* 1660. f. *Ioh. Andr. B*

h

ianc editionem priore, cuius originem nescio, emendatiorem reddidit. *Dan. Hartnaccius* opus auctius edidit *Budiss.* 1677 et 1688. f.

ROU *Tables chronologiques pour l' histoire sainte & profane, depuis la création du monde jusqu' à l'an* 1675, *n 16 grandes feuilles.* à Paris 1672 - 1675. Summae raritatis sunt hae tabulae, quippe quae auctorem religionis evangelicae, in Gallia degentem, habuerunt, qui, ab inimicis perterritus, omnia paene libri haud contemnendi exempla suppressit, quo factum, ut unicum exemplum quinquaginta fere thaleris venditum fuerit. Rou.

MART. SILV. GRABE Tabulae synopticae monarchiarum IV regnorumque parallelorum XV. *Francof. et Lips.* 1672. f. Tertia cura correctius editae *Rigae* 1697. f. Grabe.

ANDR. CORTHYMII Florilegium historicum sacro-profanum, f. Tabulae chronologico - historicae (editae ab eius genero, *Matth. Langio*). *Francof. ad Moenum* 1676. f.

GUIL. MARCEL *Tablettes chronologiques des empereurs, princes & souverains dépuis J. C. à Paris* 1687. 12. oblong. *à Amsterd.* 1725. 12. *à Paris* 1729. 12. Theotisce *Hamburg.* 1702. 8. Ordo lucidus et delectus optabilis desunt his tabellis. Meliores sunt eiusdem auctoris tabulae historico - ecclesiasticae (*à Paris* 1682. 8). Marcel.

CHRIST. WEISII Tabulae chronologicae. *Zittav.* 1691. 4. Weise.

GOTTFR. ARNOLDI Tabula chronologica rerum in ecclesia et republica gestarum a Christo nato ad a. 1697 congesta. *Lips.* 1698. f. Arnold.

A. N. P. S. *Zeit - und Jahrrechnung der Haupt-Monarchien in 31 Tafeln.* Lüneb. 1699. f. A. N. P. S.

Marshall. BENED. MARSHALL tabulae chronologicae continentes tum ſacra tum profana a creatione mund usque ad Chr. nat. atque inde ad excidium Ieruſalem ad mentem Scaligeri, Uſſerii, Marſhami, Dodwelli. *Oxon.* 1700. f. *ibid.* 1713. f. Inter meliores referendae ſunt hae tabulae, quarum auctor nimirum optimos duces ſecutus eſt.

Tallents. F. TALLENTS Tabulae chronologicae a creatione mundi ad an. p. C. n. 1695. *Lond.* 1700. f. Anglice ſcriptae, in Germania rariſſime obviae!

Scherer. IOH. IAC. SCHERERI Synchroniſmus hiſtoriae universalis ſynopticus. *San-Galli Helvet.* 1708. 8.

Delfini. CARLO DELFINI *Iſtoria univerſale antica, o vero tavole ſtoriche, genealogiche, e chronologiche.* Rom. 1714. f.

Coronelli. MARCO CORONELLI *Cronologia univerſale, che facilita lo ſtudio di qualconque ſtoria. In Venetia* .... fol.

Tappe. SYLVESTER TAPPENS *Univerſalhiſtorie in 4 chronologiſchen Generaltabellen.* Hildesheim 1716. fol. — Eiusd. *Univerſalhiſtorie in 20 chronologiſchen Generaltabellen.* ibid. 1725. fol. — Novam editionem, emendatam auctamque curavit HENR. CASP. BAUMEISTER hac epigraphe: *Einleitung in die Univerſalhiſtorie, vom Anfang der Welt bis auf unſere Zeiten, zu deſto bequemern und nützlichern Gebrauch verbeſſert und fortgeſetzt.* Braunſchweig und Hildesh. 1762. fol. — *Tappius* ipſe libello ſingulari Germanice ſcripto uſum harum tabularum demonſtravit: *Kurze Anweiſung, wie die publicirten chronologiſchen Generaltabellen bey der Jugend nützlich zu gebrauchen.* Hildesheim 1721.

Mascamp. HENR. MASCAMPII Tabulae chronologicae, quibus exhibetur univerſae hiſtoriae compendium, tali ordinatione, ut aequabilis ubique ſit diſtinctio rei civilis,

ivilis, ecclesiasticae et litterariae. *Amstelod. et Lips.* 717. f. — Octo tabulae sunt, forma mediocri, sed itide et exacte expressae, Petavianisque praeferendae.

Die Universalhistorie vom Anfang der Welt bis 718, *in 4 chronologischen Tabellen.* Leipzig 1718. — Repetitio forsan tabularum Tappianarum? Anonymi tabb.

CLAUDE DE L'ISLE *Tables généalogiques & historiques des patriarches, des rois, des empereurs & des utres princes, depuis la création du monde.* à Paris 718. f. Aeri insculptae hae tabulae a Gallis quibusam magni aestimantur. de l'Isle.

IOH. DAV. KOELERI Chronologia historiae universalis ab orbe condito ad nostra usque tempora, tabulis distinctis XXVII descripta. *Alt.* 1719. Aucta recognita *Norimb.* 1736. f. Theotisce *Brunsvig.* 725 et 1731. f. Koeler.

IOACH. FRID. HUFNAGEL *Historia in tabulis, ler-Tabellen, darinnen die politische Universalhistorie r historischen Fragen Herrn Hübners nach dessen vortrefflichen Methode also vorgestellet wird, daß sie nebst m Buche selbst, als ein subsidium memoriae, nützlich zu ebrauchen. Leipzig und Görlitz* 1719 - 1723. f. — ynopticae sunt tabulae, non chronologicae, nec ynchronisticae, caeterum laudabili diligentia confectae, cultoribusque methodi Hübnerianae valde tiles. Hufnagel.

GIOV. FRANC. CECCONI *Scala genealogica e ronologica di tutti i principati e regni della terra, dal rincipio del mondo fino all'anno* 1721. fol. max. Praeter raritatem operis nil de eo nobis innotescit. Cecconi.

IOH. AUG. EGENOLFS *historische Zeittafel vom Anfang der Welt bis auf Christi Geburt.* Leipzig 722. f. Egenolf.

THEOD. BERGERS *synchronistische Universalhistorie der vornehmsten Europäischen Reiche und Staaten* Berger.

von Erschaffung der Welt bis auf das jetztlaufende Jahr, aus bewährten Urkunden, mit beygefügten Anmerkungen, darinnen einige vorkommende historische Zweifel erörtert, und die berühmtesten Gelehrten dergestalt angeführt werden, daß vermittelst einer Tabelle, was zu einer Zeit merkwürdiges vorgefallen, auf einmal übersehen werden kann. Coburg 1729. ibid. 1743. ibid. 1755. ibid. 1767. fol. mai. Superavit Bergerus omnes, qui ante eum tabulas historiae universalis synchronisticas condere studuerunt. Clarius enim synchronismus rerum gestarum perspicitur; uberior est recensus rerum memorabilium; historia ecclesiastica et litteraria haud neglecta. In expositione historiae recentioris singulae tabulae undeviginti segmentis, quibus historiae omnium regnorum, Europaeorum tantum, iuxta se collocatae, divisae sunt. Contextui notae subiectae, quibus fontes narrationis laudantur, passim etiam breves veritatis ambiguae explorationes instituuntur. Segmentorum calcibus virorum eruditorum celebriorum nomina adiiciuntur. Multas tamen auctor immiscuit minutias, quas ne in corpore historiae universalis vasto quidem quaesiveris; res contra maioris momenti interdum omisit. Perturbatur etiam haud raro oculus nimia rerum traditarum copia; testimonia modo haud necessaria, modo non satis apta passim laudata; nec errores desunt. Scribendi etiam genere non satis simplici, puro ac presso auctor usus est. Quos naevos WOLFG. IAEGERUS, Professor Altdorfinus, pro sua, qua pollet, egregia et exquisita historiarum cognitione, quinta, quae hoc anno 1781 prodiit harum tabularum editione, sustulit, illisque historiam recentioris Persarum regni addidit; simul vero quinque novas tabulas historiam novissimam ab a. 1768 usque ad a. 1780 complectentes adiecit. Bergerus, Professor Gymnasii academici Coburgensis olim meritissimus (nat. 1683, denat. 1773), ipse quatuor operis editiones curavit,

curavit, quarum prima a Caroli M. temporibus incipit, adeoque historiam antiquam haud delineat, quippe quae editionibus sequentibus demum addita est. Editio quarta XXXX tabulas habet. Editio quinta XXXXV tabulas comprehendit.

LENGLET DU FRESNOY *Tables chronologiques de l'histoire universelle.* à Paris 1729. 1733. 1768. Quatuor formae maximae tabulae, quarum duae priores res praecipuas ante Christum natum gestas, duae posteriores reliquas postea gestas indicant. Priores simul varia eruditorum systemata chronologica ante oculos ponunt. Scriptores etiam potiores laudati sunt. Errores tamen auctor haud paucos commisit, sibique ipse passim contradixit. Huc etiam referimus: Lenglet Fresnoy.

Eiusd. *Tablettes chronologiques de l'histoire universelle, sacrée & profane, ecclesiastique & civile, depuis la création du monde, avec des Reflexions sur l'ordre, qu'on doit tenir, & sur les ouvrages essentiels pour l'etude de l'histoire ancienne & moderne.* à Paris 1741. II Voll. in 8. ibid. 1744. II Voll. in 8. ibid. 1763. II Voll. in 8. ibid. (*nouvelle edition revue, corrigée & augmentée* par J. L. Barbeau de la Bruyere) 1778. II Voll. in 8. Theotisce, cum praefatione *Siegm. Iac. Baumgarten*, Hal. 1752. II Voll. in 8.

Tabulis adiecta est expositio historiarum paullo uberior; quapropter liber etiam inter historiae universalis compendia locum occupare potest.

MUZANTIO (Iesuitae) Fax chronologica ad omnigenam historiam. *Florentiae* 1731. Quatuor plagulae, quae conglutinari possunt. Secunda est haec editio; prima summae raritatis, nec scio, quo anno prodierit. Tertiam, deductam ad a. 1750, curavit *I. B. Faure* (Romae 1750. 4.) ac dissertationem de chronologia copiosam praemisit. Muzanti

Anon. tabb. chron. Tabulae chronologicae, *oder teutsche chronologische Tabellen vom Anfang der Welt bis auf das Jahr* 1731, Braunschw. 1731. f.

Anon. tab. chron. Tabula chronologica imperatorum, regum, dynastarum, paparum, rerum, virorumque illustrium, a mundo condito ad a. 1733. (sine loci mentione) 1734. fol.

Pockh. EDMUND POCKHS *historisch-chronologisch-geographische Tabellen vom Anfang der Welt bis auf das Jahr* 1736. Augsp. 1736. ibid. 1750. f.

Hase. Huc etiam referendae HASII tabulae chronologicae, in eius *historiae universalis politicae idea* (Norimb. 1743. f.) supra memorata.

Anon. chron. Tab. *Chronologische Tabellen alter und neuer Zeit, vom Anfange der Welt bis auf gegenwärtige Zeit.* Leipzig 1746. 8.

IOH. GE. HAGELGANS *allgemeine Welt-Chronick, oder entwickelte Zeitrechnung etc. mit erfoderlichen Figuren zu denen hierinnen verfaßten Tabellen, samt deren Erläuterungen.* Franckfurt und Leipz. 1751 et 1752. II Voll. in fol.

Bopp. HEINR. CHRISTI. ERNST BOPPS *synchronistische Regententafeln der vornehmsten Europäischen Staaten von den Zeiten Carl des Großen bis auf das Jahr 1754, also abgefaßt, daß man die Regenten und die wichtigsten Staatsbegebenheiten von einem jeden ganzen Jahrhundert auf einmal übersehen und die ganze Geschichte samt der Zeitrechnung auf eine kurze und bequeme Weise wiederholen kann.* Franckfurt an der Oder 1754. f. Summam curam in accuratam synchronismi repraesentationem Boppius impendit. Tabulis X totidem saecula inde a Carolo M. exposita. Sunt multis partibus saepe accuratiores, diligentiusque factae et ordinatae, quam Bergeri tabulae, nec tanta rerum multitudine obscuratae, quanta Bergerianae. Caeterum non

ion omnium Europaeorum regnorum principes eo-
umque res geftae in tabulis Boppianis funt enume-
atae, fed, ut libri epigraphe iam monet, tantum
raecipuorum, hoc quidem ordine: Germaniae, Lu-
itaniae, Hifpaniae, Galliae, Magnae Britanniae, Da-
iiae, Sueciae, Borufsiae, Poloniae, Rufsiae ftatus-
jue Pontificii.

JOHN BLAIR'S *Chronology and Hiftory of the vorld from the creation to the year of Chrift 1756 illuftrated in LVI Tables.* Lond. 1756. f. ibid. 1768. f. Blair.
Omnes fuperiores tabularum fynchroniſticarum onditores antecellit Blairius. Anfam et rationem, pus hocce elaborandi, Helvicus quidem, qui chroologiam et hiftoriam a fe conditam, fupraque a nois commemoratam, tabulis chronologicis inftruxit, Anglo praebuit, fed anfam tantum et ideam. Blaiius non folum formam tabularum fuarum externam fplendidam effecit elegantifsimamque, fed etim virtutes maiores addidit, ordinem et perfpicuiatem, quantum fieri potuit, fummam, diligentiam, ccuratifsime res geftas tradendi, copiamque rerum, ua animus fciendi cupidus abunde fe fatiare poffit. n hiftoria univerfali antiqua auctor Ufferii rationem upputandi fecutus eft, diligenterque alias veterum ationes chronologicas praecipuas fimul notavit. Tabulae XX hiftoriae ante Chriftum natum, XXXVI eliquae hiftoriae poft Chriftum natum deftinatae, ro regnorum magnorum numero pluribus aut aucioribus lineis feu fegmentis diftinctae funt. Virorum in re civili, litteraria et militari excellentium omina, cum annis eorum emortualibus, etiam egmenta fua fingulis in tabulis habent. Editio opeis altera a prima in eo tantum difcrepat, ut hiftoia ad a. 1768 deducta mappaeque XIV geographiae cum differtatione de origine et cultura geograhiae additae fint. Spes, ab a. 1768 nutrita, fore, ut

ut tabulae hae utilissimae Theotisce redderentur, decolata fere nunc videtur.

meyer. IOH. ANTON NIEMEYERS *Anfangsgründe der ganzen Universalhistorie in einer periodisch-synchronistischen Tabelle.* Halle 1762. ibid. 1771. Una plagula est formae mapparum geographicarum, coloribus etiam distincta, quinque segmentis constans, quorum primum historiam fundamentalem V. et N. T. seu historiam gentis Iudaicae atque Imperatorum Romanorum repraesentat; secundum historiam populorum memorabilium aliorum, secundum quatuor monarchias, caeterorumque ordine non satis apto; tertium, historiam ecclesiasticam; quartum, litterariam; quintum, varia scitu digna, quae locum in prioribus segmentis invenire non poterant. Omnia linearum ope ordine chronologico sunt disposita. Idem auctor libellum lingua vernacula scripsit, quo mónstrat, quomodo tabula ista rectissime uti possis; continetque simul brevem seriei totius historiae delineationem (*Halle* 1762. 8).

X. L. de . Atlas ft. Atlas historicus novus, in quo non tantum veteris aevi personae nobiliores omnes, Patriarchae videlicet, Iudices, Reges et Antistites populi Israelitici, item quatuor Monarchiarum rectores supremi, usque ad a. nat. Chr. MMMMLIII in tabula generali unica, sed et novae aetatis Imperatores tam Occidentales quam Orientales, Reges, Principes, Electores, nec non Pontifices summi Romani, sancti Patres, Haeresiarchae, Concilia, Sancti, in tabulis centenariis XVIII ad a. MDCCLXII inclusum usque, in usum eruditorum non minus, quam tyronum commodissimum usum, chronologice exhibentur. *Heidelb.* 1763. f. Auctor sub praefatione literas nominis sui initiales tantum sic posuit: *F. X. L. B. de M.* Utiles omnino sunt hae tabulae; uno enim intuitu, qui quo-

uocunque anno vixere, principes, lustrari possunt. ola tantummodo nomina eorum apparent.

IOH. CHRISTOPH. GATTERERI Synopsis hi- Gatterer. toriae universalis, sex tabulis, quarum duae in aes ıcisae coloribusque illustratae sunt, comprehensa. *ioetting.* 1766. Editio auctior et emendatior *ibid.* 769. fol. mai. In usum compendiorum suorum su- ra recensitorum tabulas has utilissimas Gattererus onfecit. Tabulae quatuor priores memorabilia hi- oriae politicae, ecclesiasticae et litterariae tribus ıb titulis, ordine chronologico exactissimo, ex men- : quidem Petavii, comprehendunt: duae posterio- es, summa dexteritate elaboratae, durationem popu-)rum, regnorum, civitatum sistunt. Lineae scilicet, uibus regna singula includuntur, clarissime osten- unt originem interitumque eorum, divisiones, con- ınctionesque varias etc. id quod Hasius iam in ta- ulis suis tentaverat. Gattererus autem multo ac- uratius rem gessit, populorumque origines, quan- ım illae recentioribus perscrutationibus investiga- ıe sunt, ut et dynastias varias, Mongolicas et Tur- icas, diligentius indicavit. Omnes populi uno tem- ore florentes iuxta se positi conspiciuntur. Iucun- issima sane utilissimaque pictura!

IOH. MICH. LORENZ Tabulae temporum fato- Lorenz. umque orbis terrarum ab O. C. usque ad C. N. ab L. M. 1-4000, Editio altera et multum emendata. *Argent.* 1770. f. Editio prima, disputationis academi- ae veste induta, prodierat *ibid.* 1761. 4.

Eiusd. Tabulae temporum fatorumque orbis ter- ae ab A. C. 1-800. Sect. I-IV. *ibid.* 1773. f. In istoriae antiquae chronologia Lorenz sequitur Usse- um, notatis simul et comparatis aera Nabossaraea, ıarmoribusque Arundelianis, fastisque Romanis. pochae diversae et argumenta praecipua, quibus mnis ordo chronologicus innititur, praemissa. Ad-

sperfa

fperfa funt notationi rerum geftarum loca testium claffica.

lzmann. *Tables chronologiques pour servir à l'histoire universelle & à celle des Etats de l'Europe, à Strasbourg* 1773. 4 mai. Auctor dicitur FRID. RUDOLF. SALZMANN, Argentoratenfis. Tabulae Lorenzianae his fundamento funt: amplificatae tamen ad modum Bergerianarum, et ad noftra usque tempora continuatae. Ordo lucidus minime deeft.

Trautzschen. HANS CARL *von* TRAUTZSCHEN *historische Tabellen, welche das Merkwürdigste der alten, mittlern und neuern Geschichte enthalten, nebst einer geographischen Tabelle. Leipz.* 1772. fol. max. Tabulis XIII fingulis ordine chronologico notata iuxtaque fe pofita funt nomina regnorum et populorum, hominumque memoratu dignorum, res geftae, viri eruditi, aliaque memorabilia. Delectus rerum non femper optimus; anni, quibus geftae funt, haud diligenter et accurate indicati, aufu infelici res feparatae a regnis et hominibus, in et a quibus geftae fuere, craffaque denique vitiorum typographicorum nubes has tabulas obfidet. Hiftoriam ecclefiafticam et litterariam vix attigit auctor. Tabula geographica utilis quidem, fed variis eget emendationibus.

rbeau de Bruyere. BARBEAU *de la* BRUYERE *Mappemonde historique, ou carte chronologique, géographique & généalogique des Etats & Empires du monde.* à Paris 177... Laudantur duae hae tabulae, quibus omnis hiftoria univerfalis adumbratur, academiaque litterarum elegantiorum Parifina approbaffe illas dicitur. Rationem et ordinem ignoramus.

v. Hefs. MATTHESS IGNAZ *von* HESS *Entwurf der Universalhistorie in synchronistischen Tabellen zum Gebrauch der akademischen Vorlesungen. Wien* 1776. 4 mai. Auctor praematura morte difciplinae hiftoricae ereptus, optimos duces, Bergerum, Gattererum et Schloezerum

um in primis, secutus, utilitatem haud exiguam ta-
ulis suis conciliavit. Nominibus non solum, sed et
ebus et factis memorabilibus eas distinxit. Historia
cclesiastica primum in singulis tabulis occupat lo-
um, litteraria extremum. Synchronismus tamen
on satis aptus et conspicuus deprehenditur: Bop-
ianae tabulae hac in re praestant. Adiectus est ca-
logus librorum historicorum, quibus tabularum
sus iuvari possit. Nova editio emendatior, nescio,
uo auctore, proxime in lucem prodibit.

SCHLOEZER in usum praelectionum suarum ta- Schloezer.
ulas quoque typis imprimi curavit, cuius editionem
lteram (*Goetting.* 1778) habemus. Sex magnis pe-
iodis, coloribus distinctis, omnem historiam com-
lexus est; primam ad diluvium magnum a. 1656
eductam nuncupat orbem *nascentem;* secundam, ad
Mosen (2453) orbem *renascentem;* tertiam, ad Cy-
um (3455), *primaevum;* quartam, ad Chlodovaeum
500 p. C. N.), *antiquum;* quintam, ad Columbum
1500), *medium;* sextam, ad nostra usque tempora,
ovum. Nomina et facta perpauca inspersa.

IUL. AUG. REMERS *Tabellarische Uebersicht* Remer.
*er allgemeinen Geschichte zur Erhaltung einer richti-
en Kenntniß des Zusammenhangs der wichtigsten Welt-
egebenheiten* (Braunschweig 1781). Una tabula est,
qua omnis historia, in antiquiorem et recentiorem
ivisa, conspicitur. Antiquior quatuor periodis di-
incta, quarum prima ad a. 1809, secunda ad a.
660, tertia ad a. 3953, quarta ad a. p. C. N. 476
educitur. Recentior itidem quatuor periodis con-
tat, ad a. 800, 1300, 1517, 1778. Singulis perio-
is subiecta sunt facta maxime memorabilia, secun-
um populorum eminentiorum regna, delectu egre-
io admodumque laudabili.

Miram

* * *

Miram iustamque exspectationem excitavit *Seyboldus*, cum scripto menstruo, cui epigraphe: *Teutsches Museum* (Leipz. 1779. P. VII. p. 78.) nunciaret, M. FRID. CAROLUM FULDA, praeclarum veritatis historicae indolisque linguae vernaculae scrutatorem, magnam delineasse coloribusque distinxisse tabulam, qua omnes, qui unquam exstitere, quorumque in historiis mentio fit, populi ita iuxta se repraesentati sunt, ut quasi uno obtutu eorum nexus et fata cognosci queant. Fulda ipse tabulae suae οἰκονομίαν loco laudato descripsit. Ex eo tempore spes exstitit, fore, ut tabula haec utilissima aeri incisa publicos in usus Augustae Vindelicorum prodeat.

XV.

Kalendaria s. Diaria historiae universalis.

Nec plane silentio praetereundi sunt scriptores, qui *Kalendaria* seu *Diaria historica* (*Geschichts-Kalender*) nobis dederunt *), licet utilitatem haud eximiam praebeant, ideoque hodie non magni aestimentur. Quae singulis diebus mensium notabilia acciderunt, ad ipsum dierum ordinem scriptores huius generis enarrant: talem vero ordinem minime historiae animam constituere posse, quis non intelligit? Abutuntur caeterum auctores hoc nomine, nam Kalendaria nostra sunt proprie indices dierum et temporum: sed ponunt hi scriptores *Kalendaria* pro *Fastis* Romanorum, qui non solum tempora indicabant, sed continebant etiam historias consulum. Habemus huiusmodi libros non modo historiae universalis et regnorum totorum, verum etiam singulorum Principatuum, praecipueque certarum in Germania familiarum illustrium, de quibus edendis olim fere certa-

*) Cf. Biblioth. hist. Struvio-Buderiana p. 1716 sq.

ertabatur, qui plerumque subitaneo labore fuerunt laborati, et a nobis ex parte suo ordine et loco indiabuntur. Hic solummodo praecipua historiae unierfalis Kalendaria breviter recensenda sunt.

Inter antiquiores plures hanc exponendi rationem Eber. lhibuerunt. Primus hoc egit PAULLUS EBERUS, uius *Kalendarium historicum* primum prodiit *Vitemb.* 550. 8. *ibid.* 1551. 8. *ibid.* 1573. 4. *ibid.* 1579. 4. ditio etiam prostat, *Vitemb.* anno MDV insignita, rrore scilicet typographi, qui forte MDCV ponere ebuisset. Eberi filii Kalendarium *Theotisce* reddides *Vitemb.* 1582. 4. — Per singulos menses atque ies vel natales illustrium dies, vel emortuales, proea, aliaque singularia, quovis die gesta, breviter exonuntur, relicto ad continuandum spatio.

Ad Eberi exemplum MICHAEL BEUTHERUS Beuther. *Ephemerides historicas* scripsit, cum libello de annoum mundi concinna dispositione. *Lutetiae* 1551. 8. t *Basileae* 1556. 8.

Secutus hoc PROCOPIUS LUPACIUS, qui ae- Lupacius. ue *Kalendarium historicum* adornavit. Liber I, connens Ianuarium, Februarium et Martium, editus est *Vorimbergae* 1578. 4. Ab auctore demum emendaus et auctus prodiit cum reliquis novem mensibus ac epigraphe: *Ephemeris sive Kalendarium historicum, x reconditis veterum annalium monumentis erutum. Pragae* 1584. 4. — Cf. *Bohuslai Balbini* Bohemia octa P. II. p. 66 sqq.

ABRAHAMI SAUR Diarium historicum, *d. i.* Saur et *esondere tägliche Haus - und Kirchen - Chronick* 1582. Goldw. dem, socio ANDREA GOLDWURM, composuit *Kandarium historicum. Francof.* 1594. fol. Scriptores eque ac eorum libri obscuri, memorati tamen a truvio l. c.

ELIAE REUSNERI Ephemeris s. Diarium histo- Reusner. icum fastorum et annalium. *Francof.* 1590. 4.

v. Ziegler und Klipphausen. E recentioribus in primis, olim certe, laudari solebat HENRICUS ANSHELMUS *von* ZIEGLER *und* KLIPHAUSEN, auctor fabulae Romanensis, quam maiores nostri in deliciis habuere, *Banisae Asiaticae.* Hic enim quoque compilavit duo huc pertinentia opera. Primum inscribitur: *Täglicher Schauplatz der Zeit*, Leipz. 1700. fol. editio altera auctior *ibid.* 1701. fol. „Locupletissimum est, ex Struvii „quidem sententia, inter omnia, quae prostant, hu„ius generis opus, non levibus rebus et historiis, sed „notatu dignis, adiectis etiam allegatis refertum, ita „ut non immerito sit utilissimum, illis praesertim, qui „oratoriam tractant, vel alias apparatu haud adeo „magno librorum sunt instructi, ob diversarum re„rum collectionem. Hoc, pergit Struvius, insecu„tum fuit aliud, quod sub titulo: *Historisches Laby„rinth der Zeit*, prodiit *Lipsiae* 1701. II Voll. f. cum „egregiis continuationibus. Hoc licet sub certis ti„tulis varios eventus historicos recenseat, singulares „regnorum atque illustrium familiarum pericopas, „genealogias, coronationes et similia, per indicem „tamen haec singula ad menses diesque diriguntur." Egregiae istae continuationes, quas innuit Struvius, exaratae fuerunt a PHIL. BALTHAS. SINOLD von SCHÜTZ, quippe qui duo illa volumina, quibus Zieglerus immortuus erat, inde a plagula octogesima continuavit et perfecit; et a CHRISTIANO STIEFF, hac quidem epigraphe: *Continuirter historischer Schauplatz und Labyrinth der Zeit.* Leipz. 1718. fol.

XVI.

Lexica historica universalia.

Lexica hist. univ. De his enim dicendi quoque hic commodissimus videtur locus *). Exserunt ista, ut in vulgus notum, usum

*) Cf. Bibl. hist. Struvio-Buderiana p. 1713 sqq. Bibl. hist. literar. Struvio-Iugleriana p. 1570 sqq.

usum suum iis, qui leviter saltem instrui cupiunt, si modo accurata sint. Iis vero, qui certiora subtilio-rave amant, non ita prosunt, nisi ut aliquos fontes scriptorum, si qui laudati, temporis parcendi causa, exinde hauriant..

ROBERTUS STEPHANUS huius rei initium fecit, qui *Dictionarium nominum propriorum virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium*, caeterorumque locorum, quae passim apud melioris notae auctores leguntur, dedit *Parisiis* 1541. 4. Recusum *Coloniae* 1576. 8. Rob. Stephanus.

Post hunc CAROLUS STEPHANUS, Roberti frater, edidit *Dictionarium historicum, geographicum et poëticum.* Coloniae Allobrogum 1608. 4. ibid. 1618. 4. ibid. 1652. 4. A NIC. LLOYDIO interpolatum auctumque insigniter, prodiit *Oxonii* 1671. fol. *Lugd. Bat.* 1675. 4. et pulcherrime *Londini* 1686. fol. *) Sed haec Stephanorum lexica plerumque saltem ad nomina propria explicanda, quae apud scriptores veteres occurrunt, faciunt. Car. Stephanus.

Subsecutum est IOH. IAC. HOFMANNI, Historici Helvetici, *Lexicon universale historicum, geographicum, philologicum, literarium, physicum* etc. etc. Opus ordine alphabetico compositum, in Geographicis maximam quidem partem eminet, multum tamen in historiis etiam et fabulis, virisque claris versatur. Primum illud *Basileae* 1667 tomis II in fol. excusum, *ibid.* 1674 recusum, ac deinde additi sunt continuationis alii tomi II *ibid.* 1683. Optima editio, ab auctore ipso curata, prodiit *Lugd. Bat.* 1698. IV tomis in fol. **) Ioh. Iac. Hofmann.

R 2 Maiore

*) Caeterum neque id silentio praetermitti debet, AMAR. RANCONETUM, Stephanianae officinae correctorem, auctorem huius lexici dici potius, quam ipsum Stephanum; qua de re v. *Patiniana* p. 115.

**) Cf. *Henr. de Rouviere* Voyage du Tour de la France (*à Paris* 1713. 8.) p. 61 sqq.

Moreri. Maiore plausu exceptum est LUDOVICI MO
RI *Grand Dictionnaire historique, ou le Melang*
rieux de l'histoire sacrée & profane. à Lyon 1
fol. — Morerius ipse, primae huius editionis le
tem perspiciens, novam alioque volumine au
omnino destinaverat editionem, quam tamen
expressam non vidit, anno demum 1681 *Parisii*
mis II in fol. absolutam, ipso paullo ante, n
praematura, literis erepto. Saepius deinde co
et recoctum est hoc lexicon, lucubrationibus e
cessionibus doctissimorum virorum emendatu
locupletatum. *Tertia* editio prodiit *Paris.* 168
tomis in fol. repetita quidem ex editione sec
Paucis tantum articulis auctae sunt editio *qu*
(*Lugd.* 1687) et *quinta* (*ibid.* 1688) II Voll. fol.
cessit postea supplementum sive Pars tertia *I*
1689. fol. *Sextam* editionem, auctiorem et eme
tiorem, paravit IOH. CLERICUS *Amsterd.* 1691
Voll. fol. *Septima* et *octava* (*ibid.* 1694 et 1698
Voll. fol.) repetitiones sextae sunt. *Nonam* cu
VAULTIER *Paris.* 1699. IV Voll. fol.*) *Deci*
Ioh. Clericus paullo emendatam auctamque exh
Amsterd. 1702. IV Voll. fol. quae continet comp
quidem, antea non inserta; sed quae desumta tan
fuere vel ex *Meursii* Bibliotheca Graeca, vel Pr
pographia Codicis Theodosiani, vel Actis Ma
rum aliisque eiusmodi collectaneis. *Undecima* V
tierii iterum curis novisque accessionibus lucem
sp

*) Quum Clericus in huius editionis censura, quam in
nardi *Nouvelles de la Republ. des Lettres* (*Fevr.* a. 1
art. 7.) legimus, quid inter Belgicas editiones et hanc
licam interesset, demonstrasset, mox Vaultierius evulg
Projet pour la correction du Dictionnaire historiqu
Moreri déja corrigé, revû et augmenté dans la dern
edition de Paris, quo schediasmate se excusat ob err
ipsi obiectos, scilicet quod recognitio operis iam ab
fuerit coepta, antequam ei demandaretur.

spexit *Paris.* 1704. IV Voll. fol. *) *Duodecima* iisdem curis *ibid.* 1712. IV Voll. fol. *Decima et tertia* ibid. eod. V Voll. fol. DUPINIUS hanc et proxime sequentes editiones Parisienses auxit atque emendavit. Parisiis post editionem decimam tertiam Supplementum vastum 1714 typis expressum est, quibus etiam accessiones huius editionis continentur, eorum in gratiam, qui priores editiones sibi comparaverant. Recusum auctumque est hocce supplementum a IAC. BERNARDO *Amsterd.* 1716. II Voll. fol. Editio *decima quarta*, supplemento hoc adiecto, sed locis suis haud inserto, prodiit *Amsterd.* 1717. VI Voll. fol. *Decima quinta Paris.* 1718. V Voll. fol. Cui editioni supplementum quidem Belgicum auctum riteque insertum est: multis tamen scatet erroribus vitiisque. Quam ob rem LAURENTIUS JOSSE LE CLERC, Clericus Lugdunensis, *Aureliae*, loco tamen non adiecto, emisit: *Remarques sur différens articles du premier Volume du Dictionnaire de Moreri;* addens annis 1720 et 1721: *Remarques sur le second & troisiéme Volume.* Quo etiam pertinet FRANCISCI MERRI, Benedictini ordinis socii, *Discussion critique & theologique de Remarques de M.... sur le Dictionnaire de Moreri de 1718 par M. Thomas, Docteur de Louvain;* hoc enim nomine Merrius latere voluit. (Orleans) 1720. 8. — Redeo ad Lexicon Morerianum, quod *decima sexta* vice exhibitum postea fuit *Amsterd.* 1724. IV Voll. fol. ac *decima septima Paris.* 1725. VI Voll. fol. quae Parisiensis editio in primis debetur FRANC. JOSEPHO *de la* BARRE *de* BEAUMARCHAIS, qui chronologiam et historiam veterem, ut et geographiam emendandam sibi sumserat. Genealogica curae habuit VAILLY, causarum patronus; additaeque sunt

*) Baelius in hanc editionem evulgavit: *Remarques critiques sur la nouvelle edition du Dictionnaire historique de Moreri donnée en* 1704. *à Paris* 1706. 12. ed. aucta *Rotterod.* 1706. 8.

obſervationes modo laudatae *Laur. Joſſi le Clerc.* Repetitum opus, haud ſpernenda dote ſpecioſius inſtructum, *Baſileae* 1731. VI Voll. fol. quae editio eſt *decima octava: nona* prodiit *Pariſ.* 1732. VI Voll. fol. Quae editio Pariſienſis, CLAUDII PETRI GOUJETI opera amplius bis mille locis correcta, maiora mox ornamenta accepit ab eodem: dedit quippe *ibid.* 1735 tomis II in fol. *Supplement au grand Dictionnaire de Moreri*, variorum ſymbolis ſublevatus. Sunt ii POCQUET *de* LIVONIERE, RATTIER *de la* GUITONIERE, *du* MABARET, laudatus *le* CLERC, PONCET, DESMOLETS et BAIZE. Pictores et ſculptores inſignes collegit MARIETTE, filius: quae vero ad genealogiam pertinent, HOUXIUS *de* LAVAU ſingulari ſtudio elaboravit. GALLYOTUS quoque, cenſor regius, complures ſuppeditavit obſervationes, iuſto loco inſertas. Multa tamen allata ſunt vel nullius, vel exigui certe momenti. Succeſſit *viceſima* operis Moreriani editio, *Amſtelod. Lugd. Bat. Hag. Com. et Ultraj.* 1740. VIII Voll. fol. aucta, ut indigitatur, 11000 articulis. Editio *viceſima prima Pariſ.* 1742 ſqq. VIII Voll. fol. ac Voll. XVI. 4. GOUJETUS, antea laudatus, ibidem exhibuit *Nouveau Supplement au Dictionnaire de Moreri* 1749. II Voll. fol. Denique editio *viceſima ſecunda*, eaque, quantum nobis conſtat, recentiſſima, aeque ac praeſtantiſſima, adornata eſt ſtudio DROUETI *Pariſ.* 1759. X Voll. fol. *Goujeti* ſupplementis multisque aliis dotibus haec editio amplificata eſt.

Translatum quoque hoc Lexicon Morerianum fuit ad ſextam editionem in linguam *Anglicam* cura potiſſimum *de la* CROSE, *Londini* 1694. fol. Multa tamen ex Gallico, leviora quae viſa, Anglisve haud neceſſaria, praetermiſſa, aliis eorum loco intermixtis, quae ad ſtatum in primis et Nobilitatem Britannicam ſpectant. Supplementum e Stephano, Hofmanno,

Baelio

Baelio aliisque sine iudicio compilatum exhibuit COLLIER, Anglus, *Lond.* 1702. fol.

Versio *Italica Romae* 1729 vel 1730 prodiisse dicitur.

Denique versio etiam *Hispana* parata est, interprete JOSEPHO *de* MIRAVEL *y* CASA DEVANTE. *Paris.* 1753. X Voll. fol.

Haec fere fata fuere Lexici Moreriani, tot aliorum lucubrationibus quidem ad maiorem semper perfectionis gradum producti, novis tamen etiam vitiis ac naevis, ut in operibus huius generis vastis fieri solet, semper commaculati. In genealogicis quidem comperiuntur complura bonae frugis, maxime si historiam Galliae spectaveris: sed aliorum populorum, praecipue Germanorum, res et genealogiae, vel sunt praetermissae vel non accurate et digne satis propositae.

Cf. NICERON (vers. Theot.) T. XXII. p. 97 sqq. VIGNEUL-MARVILLE *Melanges d'histoire et de Litterature* (*à Rotterd.* 1702. gr. 12.) T. I. p. 284.

Longe melius componere Lexicon universale constituerat SAM. CHAPPUZEAU, ob religionem exul ex Gallia, cuius propositi designationem dedit in libro, cui titulus: *Dessein d'un nouveau Dictionnaire historique, geographique, chronologique & philologique.* à Celle 1694. fol. Tres tomos maioris formae destinaverat labori, primumque se iam habere confectum, reliquis duobus materiam omnem paratam adesse, confirmabat. Pollicebatur subinde, operam se daturum, ut plurimos lapsus Morerianos ostenderet, multaque suppeditaret, quae vel ignorarit plane, vel studio partium abreptus neglexerit, vel minus recte memoraverit Morerius. At sextum tunc temporis et sexagesimum aetatis annum agens, praeter hunc prodromum nihil dedit vir solertissimus. Cf. de eius instituto *Act. Erud. Lat.* a. 1694. p. 287. Chappuzeau.

Bayle. Idem tentavit, at feliciore utique successu, PETRUS BAELIUS (*Bayle*). Praemiserat, nomine occultato, *Projet d'un Dictionnaire critique à Mr. de Rondel, Professeur aux belles lettres à Mastricht.* à Rotterd. 1692. 8. Addebantur aliqua fragmenta seu specimina, ex quibus operis ratio cognosci accuratius possit. Subiuncta postea fuit longa ad Rondelium praefatio, cum aliis quibusdam, tomo ultimo Lexici. Sperata vero conatus huius approbatio ab eruditis frustra exspectabatur; voluerat enim errores lexicorum historicorum, inprimis Moreriani, atque aliorum scriptorum, notare potissimum, ideoque mutavit susceptum consilium Baelius et latiores sibi fines terminosque statuit. Primum eiusdem *Dictionnaire historique & critique* prodiit *Roterodami* 1697. tomis II in fol. Schedae prelo iam anno 1693 subiectae, sed paullo tardius excusae. Vix tomus primus et aliqua secundi usque ad initium literae *P* fuerant, quum illa ipsa iterum typothetae operam requirerent: quibus libri exemplis vero nil praeter pauculas minutias mutatum, operarum erroribus potius sunt referta. De recudendo statim opere cogitabant Parisienses et Lugdunenses librarii: quod antequam fieret, a Boucheratio, Cancellario Franciae, examinandi eiusdem negotium datum *Eusebio Renaudoto*, qui varia ibi latere aestimavit, sacris Pontificiis, rei publicae bonisque moribus perniciosa. Causam haec praebuere regio edicto, quo sancitum fuerat, ne Baelianus liber in tota Gallia venderetur. Interea temporis acceperat PETRUS JURIEU, infestus maxime auctori, censuram Renaudoti, hac inscriptione ab eo ipso luci expositam: *Jugement du Public, & particulièrement de l'Abbé Renaudot, sur le Dictionnaire critique du Sieur Bayle*, à Rotterd. 1697. 4. Quem ad libellum, passim ineptum, respondit Baelius in *Reflexions sur un Imprimé, qui a pour titre: Jugement du Public &c.* ibid. eod. 4. — Successit *Roterodami* 1702. III tomis

in

ol. *altera* Lexici *editio*, ab auctore correcta et
ie dimidio locupletior reddita. Monitus auctor
onsistorio ecclesiae Wallonicae, quae Roteroda-
st, delevit antea licentius scripta, parcius tamen
cit, si ea excipias, quae sub vocabulo *David* lege-
ur, ad finem huius editionis nihilominus adiecta.
nus tertius varias habet appendices, Gallice iti-
elaboratas. Praeter ea nimirum, quae in prio-
cstant editione de libro Stephani Iunii Bruti, de
lis famosis, de Hippomane, ac de die, quatuor
opuscula, primum nunc evulgata, occurrunt, qui-
ostendere studuit, sine caussa offensos non pau-
uisse iis, quae dicta erant de bonis moribus quo-
lam Atheorum, de obiectionibus Manichaeorum
yrrhoniorum, nec non iis, quae relata fuerant
ione liberiore de obscoenis moribus amatoriisve.
nquam autem altera editio non una de causa
ferenda est priori, haec tamen non amisit pretium
n apud eruditos; quod facile credendum, si quis
lo dicta perpenderit. *Tertia* Baeliani Lexici *edi-*
iam a. 1714 coepta, demum a. 1720 *Roterodami*
is IV absoluta est, ex schedis auctoris († 28 Dec.
6) relictis, aliorumque virorum doctorum, prae-
ie PROSPERI MARCHAND, studio admodum
lificata. Optima et perfectissima haec editio ae-
iatur: alii tamen secundam, ab auctore ipso cura-
, praeferunt. *Quarta* eodem anno *Genevae* pro-
ta tomis III, sed praefixo anno 1715, locoque
erodami. Addita posterioris Roterodamensis edi-
iis supplementa fuere, hac epigraphe: *Supplement*
Dictionnaire historique & critique par Mr. Bayle,
r les editions de 1702 *& de* 1715. à Geneve 1722.

Quinta ad Roterodamensem tertiam adornata
t *Amsterd.* 1730. IV Voll. fol. In hac omnia
mmixta sunt, quae antea probe separata erant, ut
o nesciamus, quid Baelio, quid aliis sit tribuen-
n. *Sexta* editio non *Amstelodami*, ut mentitur ti-

 tulus,

tulus, sed *Trevoltii* in typographia Iesuitarum a. 1734 totidem tomis suscepta, parum habet elegantiae, nec satis est emendata per eos, qui mendorum tollendorum curam agere debebant. *Septimam* ad priorem anni 1730 librarii Amstelodamenses et alii quidam a. 1740, *octavam* autem, et, quantum scio, postremam editionem Basileenses a. 1748 tomis itidem IV divulgarunt.

Duae operis Baeliani prostant *versiones* Anglicae. Prima sic inscripta prodiit: *An historical and critical Dictionary by Mr.* Bayle, *translated into English, with many additions and corrections.* London 1710. IV Voll. fol. Sed minime haec est accurata; nonnunquam enim Baelii mentem plane non intellexerunt interpretes; nonnunquam omiserunt integra loca. Praestantior est altera versio, quam *Londini* ab a. 1734 usque ad a. 1741 Tomis X in fol. protulere doctissimi quidam Britanni, nimirum IOH. PETER. BERNARDUS, THOMAS BIRCH, IOH. LOKMANNUS, et alii, qui permulta nova supplementa, praecipue ad historiam Angliae civilem ac literariam spectantia, pararunt. GEORGIO SALE debentur, quae ex historia orientali inserta fuere. Accesserunt indices tres, iique copiosissimi.

Theotisca interpretatio Baeliani Lexici, opera et studio IO. CHRISTOPH. GOTTSCHEDII sociorumque, *Lipsiae* 1741 et 1742. IV Voll. in fol. prodiit, secundum postremam editionem Belgicam. Admodum oscitanter vero hi homines rem suam egere. Qua tamen ratione possint nonnulla elimari, ostendit IOH. SALOMO SEMLERUS in libello, qui inscribitur: *Probe von Verbesserung einiger Fehler in der teutschen Ausgabe des Baylischen Namenbuchs.* Halle 1748. 8.

:haufe- Operi Baeliano ipsi adiungi meretur continuatio seu supplementum hac inscriptione: *Nouveau Dictionnaire historique & critique, pour servir de supplement*

ou

u de continuation au Dictionnaire historique & criti-ue de Mr. Pierre Bayle. Par JAQUES GEORGE *de* HAUFEPIE. T. I et II. *Amsterd.* 1750. T. III. *ibid.* 753. T. IV isque ultimus *ibid.* 1756. fol. Funda-ienti loco doctissimus auctor usus fuit supplementis inglorum, quae in linguam Gallicam transtulit: at iulta etiam emendavit, multa nova congessit, quae peri plurimum gratiae conciliant. Abesse tamen va-a minus utilia rite poterant; ingenium Baelianum tiam ubique fere desiderabis.

E voluminibus Baelii, Chaufepiei ac Jolii, admix-s tamen aliis, extractum atque compilatum est hoc pus: *Dictionnaire historique & critique, ou Recher-ies sur la vie, le caractere, les mœurs, & les opinions de lusieurs hommes célèbres, tirées des Dictionnaires de MM. ayle & Chaufepié. Ouvrage dans lequel on a recueilli s morceaux les plus agréables & les plus utiles de ces eux auteurs; avec un grand nombre d'articles nouveaux des remarques d'Histoire, de Critique & de Littera-ure, pour servir de Supplément aux differens Diction-aires historiques. Par M. de* BONNEGARDE. à Lyon t à Paris 1771. IV Voll. in 8.

Nuper LUDOVICUS SUHL, Subrector Gymna-ii Lubecensis, consilium haud contemnendum cepit artimque executus est, Baelii Lexicon non solum e novo linguae patriae donandi, sed etiam eius arti-ulos in certas classes digerendi, notasque contextui pte inserendi. Qua ratione volumine primo (*Lu-ecae* 1779. 8 mai.) complexus est operis articulos, es religiosas spectantes: altero (*ibid.* 1780) illos, qui-us vitae ingeniaque poetarum Graecorum et Ro-ianorum illustrantur. Suhlius rem suam ita gessit, t reliquarum partium editio merito sit optanda.

Ex his dictis facile apparet, quanta cura elabora-int plures eruditorum, ut vel in maius eveheretur astigium perfectionis Baelianum lexicon, vel usus eius-

eiusdem ingenti hominum multitudini facilior et expeditior esset. Multos nactum est laudatores, multos aeque vituperatores. Sane *I. F. Buddeus* *) dubitat, num plus inde redundet damni, an emolumenti ad lectores incautos, rerumque, de quibus agitur, non satis peritos, vel ea solum, quae voluptatem afferre possunt, captantes. Praeter adversarios iam excitatos virgula censoria erga Baelii Lexicon usi sunt sequentes: IOH. IAC. REIMMANN in libello, qui inscribitur: *Versuch einer Critique über das Dictionnaire historique & critique de Mr. Bayle.* Halle 1711. 8. ubi partim de stilo auctoris, ordine, summaque dicendorum, partim de vita Ioh. Woweri sententiam suam exponit. — Habemus etiam *Observations critiques sur le Dictionnaire de Mr. Bayle* in *Biblioth. Françoise* T. XXIX. P. 2. p. 185. ac T. XXX. P. 1. p. 1. cui Anonymo alius opposuit: *Remarques sur les observations critiques*, ibid. T. XXX. P. 2. p. 327. — Praecipue tamen contra Baelii Lexicon surrexit Anonymus (LAUR. JOSSE LE CLERC) in *Lettre critique sur le Dictionnaire de Bayle*, à la Haye 1732. 12; pariterque PHILIPP. LUDOV. JOLY in *Remarques critiques sur le Dictionnaire de Bayle*, à Paris & Dijon 1752. fol. (X Alph.) Multa observavit auctor contra Baelium, ac, partium eundem studio in rebus historicis deditum fuisse, ostendere enisus est, qua occasione haud raro defensorem religionis suae agit, adeoque ipse partium studio laborat. Clerici epistola critica modo memorata aliisque contra Baelium scriptis ita usus est, ut his paene carere possis, si has Jolii observationes possederis. Nihilo tamen minus gratum, quid? quod gratissimum ac utilissimum est hoc ingenii Baeliani monimentum. Inest enim magna eruditionis vis, recteque a Fabricio vocatur *thesaurus, iucundissima copia rerum elegantissimarum*

*) Isag. in theol. univers. p. 1805.

marum refertus, quo non vitae tantum celebrium virorum, variorum descriptiones locorum aliaeque id genus res continentur: sed et notatu dignissima, minusque aliunde cognita, narrantur accuratissimeque expenduntur, in varias opiniones sententiasque disquiritur, observationes curiosae immiscentur, dissertationesque interdum integrae inseruntur. Iis inprimis opus commendandum, qui credulitate historica laborant; Baelius sane medicus huius mali probatissimus dici potest; cavendum adeo, ne eius usu Pyrrhonismi sectatores fiamus.

Magna post Baelii institutum animo conceperat VINCENT. CORONELLI, reipublicae Venetae Cosmographus, Ordinisque Min. Convent. S. Francisci Generalis; quippe qui a. 1703 sqq. Venetiis opus vastissimum in lucem edere coepit, hac epigraphe: *Bibliotheca universale sacro-profana, o sia gran Dizionario istorico-geografico.* Quadraginta, et quod excurrit, voluminibus omnem sapientiam divinam et humanam complecti voluit impudens promissor: sed de magnifico, si Diis placet, conatu octo tantum maioris formae tomi excusi dicuntur. Coronel

Pertinet huc etiam THOMAE CORNEILLE *Dictionnaire universel geographique & historique.* à Paris 1708. III Voll. fol. (XXVIII Alph.) Quanquam enim geographica praecipue auctori curae sunt, ut iis tamen satisfaceret, qui historiam civilem et literariam amant, Imperatores Romanos, Constantinopolitanos et Germanicos omnes concinno ordine recenset, quam rationem in reliquorum regnorum et principatuum descriptione pariter observat, subinde etiam urbium descriptionibus breves et Pontificum et Eruditorum, qui illinc orti sunt, vitas subnectit. Uti vero in recensendis superioris aetatis hominibus Morerium fere solum aut Perraultum sequitur, ita recentiores, quos hi nondum attigere, propria industria addidisse videtur. Errores tamen multos, praecipue in rebus Germa- Corneille

Germanorum, commisit. — Cf. *Acta Erud. Lat.* a. 1709. p. 150 sqq.

iddeus um sociis. Ne igitur hisce populis deesset eiusmodi Lexicon, nativo sermone conscriptum, *Thomas Fritschius* operam dedit, spectatissimus olim apud Lipsienses bibliopola. Invitavit ideo eruditos omnes ad symbolas conferendas. Moderatorem instituti elegit IOH. FRANC. BUDDEUM, eo tempore Halensis universitatis literariae philosophum, post, non longa interposita mora, theologum et philologum Ienensem multae famae, qui est ita versatus in hoc negotio, ut Lexicon Moreri fundamenti quasi loco poneretur, illudque non solum Germanice redderetur, ab infinitis repurgatum naevis, sed ex Baeliano etiam opere, aliisque plurimis auctoribus bis mille amplius novis articulis locupletaretur. Ante omnia inserenda curavit, quae ad historiam Germaniae civilem ac literariam faciunt, ex probatissimis scriptoribus hausta. Sub laboris huius initium Buddeus adiutorem nactus est strenuum FERD. LUD. BRESLERUM *ab* ASCHENBURG, nobilem Silesium, tunc domesticum ipsius et convictorem suavissimum, mox vero civitatis Vratislaviensis Senatorem. Postea se adiunxerunt IOH. ANDR. UHLIUS et BURCH. GOTTHELF STRUVIUS: cui quartam fere Lexici huius partem deberi, haud diffitetur Buddeus. Non pauca, praeter hos, tribuenda MART. SCHMEIZELIO et GOTTLIEB STOLLIO. Congestis hac ratione ordine alphabetico subsidiis, opus prodiit hoc titulo:

Allgemeines historisches Lexicon, worinnen in alphabetischer Ordnung beschrieben wird das Leben der Patriarchen, Päbste, Cardinäle, Gottesgelehrten, ingleichen der Kaiser, Könige, Fürsten, berühmten Helden, Scribenten, Künstler; nebst Nachricht von ansehnlichen Geschlechtern, Münchs- und Ritterorden, heydnischen Göttern, ingleichen Beschreibung derer Reiche, Länder, Städte, Klöster, Seen und Flüsse u. s. w. Leipz. 1709. fol. Tomi II, in Partes quatuor divisi, quibus *ibid.* a. 1714 acces-

accessit Tomus III, supplementa et emendationes varias continens.

Altera editio (ad quam adornandam viri docti ADAM FRID. GLAFEY, IOH. IAC. SCHMAUSSIUS, IOH. MATTHI. GESNERUS, MICH. CHRISTOPH. HANOVIUS aliique adhibiti sunt) *ibidem* producta est a. 1722, partibus totidem, eademque non aucta modo insigniter, verum emendata etiam innumeris in locis, sive argumenta ipsa, sive dicendi rationem spectaveris. Dolendum tamen, pereruditam Buddei praefationem fuisse omissam, ex qua totum institutum optime cognoscitur. — Hanc editionem, intermixtis multis, historiam Helveticam illustrantibus, repetiit *Basileae* a. 1729 Brandmüllerus, librarius, auxiliatrices praebente manus IAC. CHRISTOPH. ISELINO, qui et praefationem praemisit. — Statim autem furtivae huius editionis pretium imminutum ab haeredibus Fritschianis est nova, et ea quidem iterum studiose correcta, multisque accessionibus aucta. Lucem vidit Tomus I et II *Lipsiae* 1730. T. III. 1731. T. IV. 1732. f. Quibus absolutis accepimus *ibid.* 1740 Tomis II *Fortsetzung des allgemeinen historischen Lexici.* Sic ergo Tomos VI generatim Lexicon hocce Buddeanum implet.

Historica in primis quidem, verum etiam omnes alios humanae cognitionis loculos complecti in unum corpus annisi sunt auctores operis, a librario, editionem eius parante, *Zedlerianum* vulgo dictum, ex Lexicis adhuc commemoratis aliisque descriptum. Primordia illius incidunt in annum 1731, quo volumen primum hac est inscriptione emissum: Lexicon Zedlerianum.

Grosses vollständiges Universal-Lexicon aller Wissenschaften und Künste, welche bishero durch menschlichen Verstand und Witz erfunden und verbessert worden u. s. w. fol.

Praefixa

Praefixa est IOH. PETRI a LUDEWIG, Universitatis Halensis litterariae Cancellarii, praefatio, in qua multa de hoc instituto magnifice loquitur, de Buddei autem, sociorumque laboribus abiecte admodum sentit. Inter primos operis directores nominatur IAC. AUG. FRANCKENSTEIN; quo mox vivis erepto partes hasce suscepit PAUL. DAN. LONGOLIUS, tandem vero, a volumine XIX a. 1739 operis cura suprema transiit ad CAROL. GUNTH. LUDOVICI, Philosophiae Professorem Lipsiensem. Is per singulas litteras continuavit id ipsum eidemque cum volumine LXIV a. 1750 finem imposuit. Tum incepit idem: *Nöthige Supplemente zu dem großen Universal Lexicon*, quorum supplementorum Vol. I et II. a 1751. Vol. III. a. 1752. Vol. IV. a. 1753 prodiit. — Audiamus de huius operis pretio *I. M. Gesneri* iudicium *): „Vulgo quidem contemnitur hoc Lexicon, „sed nimirum descripserunt ab aliis, et non tam er„rores sui sunt, quam eorum, a quibus habent. Non „opus est unius, sed plurium. Sunt inter illos ho„mines imperiti, qui non semper ex optimis fontibus „hauserint. Sint errores ibi: hoc tamen possim af„firmare, esse ibi meliora, quam in libris eiusmodi „aliis. Ausim contendere, difficile esse, in uno vo„lumine toto invenire et ostendere errores tot, quot „in Lexico illo Gallorum Encyclopaedico sunt in una „pagina. Hoc tamen semper manet, mille quaestio„nes incidere, quae breviter et sufficienter ex illo „possint decidi. Et indicati sunt fontes, unde, si cu„ius intersit, peti possint plura. Ad hoc utilissimum „est in bibliotheca magna, ubi statim ad manus sunt „libri indicati, et ubi plures fontes invenias. Nemi„nem temere frustra dimittet, quidquid ibi quaeras; „et ubique relegat ad fontes, quos habuerint aucto„res.

*) v. eius praelectiones in Isag. in erud. univers. T. I. p. 515.

„res. Nempe illi materiam infinitam ex libris in-„numerabilibus redegerunt in ordinem. Est index „generalis omnium fere librorum.“

Belgica lingua in unum congessere corpus Belgae quidam, quicquid praecipui obvium esse crediderunt in Moreriano, Baeliano, Buddeano, et aliis Lexicis, variis quoque novis additis, iis potissimum, quae ad historiam patriae suae spectant. Absolutum hoc opus a. 1733 tomis VIII in fol. mai. quorum inscriptio est sequens: *Groot allgemeen historisch, geographisch, genealogisch en oordeelkundig Woordenboek* etc. Librarii quidam Amstelodamenses, Ultraiectini, et Hagae Comitum praefecerunt universo negotio DAVID VAN HOOGSTRAATEN, virum in historia eruditorum haud incognitum, pariter JAN. LODEWYK SCHUER. Sed Hoogstraatenius in medio laboris progressu morte fuit oppressus. Lexicon ui verf. Belg

Historica quoque, sed admodum negligenter tractata, occurrunt in opere isto celeberrimo, plurimisque in aliis eruditionis partibus ingeniose doctissimeque elaborato, quod inscribitur: *Encyclopédie ou Dictionnaire raisonné des Sciences, des Arts, des Métiers, par une Societé de Gens des Lettres; mis en ordre & publié par M.* DIDEROT — *& quant à la partie mathematique, par M.* DALEMBERT &c. *à Paris* 1751 sqq. XXV Voll. in fol. quorum XVII priores textum, reliqua figuras aeneas continent. Supplementorum volumina .... prodiere *Amsterd.* (seu potius *Paris.*) 1776.... Auctor partis historicae, certe in prioribus quatuor tomis, LENGLETUS *du* FRESNOY fuisse dicitur. Articulorum historicorum supplementi auctores sunt TURPIN, MONTIGNY, *de* SACY et CASTILLON. — Accurata Tomi primi censura exhibetur in *Relationibus de libris novis* Goettingensibus Fasc. II. p. 435 sqq. — Recusa est Editio Parisiensis cum Supplementis *Bernae* et *Lausannae* 1778 - 1781. XXXVI Voll. 8 mai. cum volumini- Encyclopaedia Paris. Ebroduner

bus III figurarum aeri incisarum *ibid.* 1779. Novam huius encyclopaediae editionem, seu potius novum opus condidit *de* FELICE, Professor Ebrodunensis, cum sociis, maximam partem doctissimis. En titulum: *Encyclopédie ou Dictionnaire universel raisonné des connoissances humaines, mis en ordre par M.* de Felice. à Yverdun 1770 - 1775. XLII Voll. Quibus successere Supplementorum volumina VI. *ibid.* 1776-1778. 4 mai. Praeterea volumina VI. *ibid.* (1775-1778) figuris aeneis referta ad opus hocce pertinent. Multum quidem praestat Parisiensi hoc Lexicon: attamen et articuli historici maximam partem e fontibus puris minime hausti sunt.

dvocat. *Dictionnaire historique portatif, contenant l'histoire des Patriarches, des Princes Hebreux, des Empereurs, des Rois & des grands Capitaines; des Dieux, des Heros de l'antiquité payenne; des Papes, des SS. Peres, des Evêques & des Cardinaux celebres; des Historiens, Poetes, Grammairiens, Orateurs, Theologiens, Jurisconsultes, Medecins, Philosophes & Mathematiciens &c. avec leurs principaux ouvrages & leurs meilleurs editions; des femmes savantes, des Peintres, Sculpteurs, Graveurs, des Inventeurs des Arts, & généralement de toutes les personnes illustres ou fameuses de tous les siècles & de toutes les nations du monde: dans lequel on indique ce qu'il y-a de plus curieux & de plus interessant dans l'histoire sacrée & profane. Ouvrage utile pour l'intelligence de l'histoire ancienne & moderne, & pour la connoissance des écrits & des actions des grands hommes & des personnes illustres. Par M. l'Abbé* LADVOCAT, *Docteur & Bibliothecaire de Sorbonne, & Professeur de la Chaire d'Orleans en Sorbonne. à Paris* 1752. II Voll. in 8 mai. *à la Haye* 1754. II Voll. in 8 mai. *à Paris* 1755. II Voll. *ibid.* 1760. II Voll. in 8 mai. — *Italice*, interprete Abbate PALAZZI. *Mediol.* 1758. 3 Voll. in 8. — *Theotisce*, multis novis accessionibus auctum, omissis plurimis minutiis, ab OTTONE CHRISTI. *de* LOHENSCHIOLD,

SCHIOLD, Prof. hist. et iur. Tubingensi. *Ulmae* 1760-1763. IV Voll. in 8 mai. — In tanta tamque varia rerum segete, quam operis inscriptio promittit, duobus saltem voluminibus inclusa, omnia brevissime levissimeque esse indicata, per se facile patet. Quae auctor, nimio religionis suae fervore abreptus, contra Protestantes evomuit, in editione Belgica, et in versione Theotisca, correcta sunt.

Dictionnaire historique, ou Mémoires critiques & littéraires, concernant la vie & les ouvrages de diverses personnes distinguées, particulierement dans la republique des lettres. à la Haye 1758. 1759. II Voll. in fol. Historiae litterariae in primis consecratum est hoc opus post auctoris obitum, studio amici eius ALLAMANDI, Philosophiae professoris in Academia Leidensi, cui tamen, dici non potest, quot molestiae propterea fuerint superandae, quoniam schedas suas inordinatas maxime atque incompositas reliquerat Marchandus. Utilitas quadraginta annorum operi non debet certe denegari. Est exemplo Baeliani conditum, at tristi dictione languidaque, non ea, quae illud commendat. Saepe iniurius est auctor in scriptores quosdam, in primis Pontificios; saepe nimium, in rebus minimis, operosus. — Cf. *Acta Erud. Lat.* 1758. p. 573; et *Götting. gel. Anzeigen* 1759. p. 90. Marchand.

Teutsche Encyclopädie, oder allgemeines Real-Wörterbuch aller Künste und Wissenschaften, von einer Gesellschaft Gelehrten. 1 Band. A — Ar. *Frankfurt am Mayn* 1778. *2 Band.* As — Bar. 1779. *3 Band.* Bas — Blais. 1780. *4 Band.* Blat — Cam. 1780. 4 mai. — Articulos historicos elaborat H. M. KOESTER, Prof. Giessensis; nonnullos etiam P. W. GERCKEN, Consiliarius iustitiae Soltquellensis. Nomina historica et geographica appellativa tantummodo, minime vero propria, explicantur. Teutsche Encyclop.

* * *

Nostris temporibus Francogalli certatim et ad nauseam usque omnes humanas res, artes ac disciplinas in Lexicorum formas, magno sane eruditioni liberalis damno, redigere studuerunt. Hinc et disciplinae historicae hanc sortem subire cogebantur. Quum autem libri huius generis incredibili fere negligentia consarcinati sint, historiaeque studium minime iuvent: titulos quorundam modo adscribamus.

Nouveau Dictionnaire historique-geographique universel, pour l'intelligence des affaires d'état, des nouvelles publiques & des conversations du tems, qui s'y rapportent. à Bâle 1766. IV Voll. in 4. Diligentius hoc Lexicon elaboratum est sequentibus, ea quidem ratione, qua Theotiscum illud saepius recusum: IOH. HÜBNERS *Reales Staats-Zeitungs-und Conversations-Lexicon etc.* Hamburg. 1713. 8 mai. Recentiores editiones, inter quas eminet, quae Lipsiae 1760 prodiit, curavit GOTTLIEB SCHUMANN, Philos. Magister Lipsiensis. Recentissimam vero LENZIUS, *Ratisbonae* et *Viennae* 1775. 8 mai.

Nouveau Dictionnaire historique portatif, ou Histoire abrégée de tous les hommes, qui se sont fait un nom par des talens, des vertus, des forfaits, des erreurs &c. dépuis le commencement du monde jusqu'à nos jours. Ouvrage dans lequel on expose sans flatterie & sans amertume ce que les écrivains les plus impartieux ont pensé sur le génie, le caractère & les mœurs des hommes célèbres dans tous les genres; avec des tables chronologiques pour réduire en corps d'histoire les articles repandus dans le Dictionnaire. Par une Société des Gens des Lettres. à Amsterdam 1766. IV Voll. in 8. SABBATHIERUS editor huius lexici dicitur. Recusum est, sine eius cura, *à Rouen* 1769. IV Voll. in 8. *à Lyon* 1770. IV Voll. in 8. *à Avignon* 1771. IV Voll. in 8. Novam Sabbathierus procuravit editionem *à Paris* 1771. VI Voll. in 8. Recusa *ibid.* 1779. VI Voll. in 8. Supplementa

nenta huius editionis separatim quoque typis impres-
a sunt, ac possessoribus editionum priorum, tan-
quam volumen quintum, venduntur.

Dictionnaire des portraits historiques, anecdotes & traits remarquables des hommes illustres. à Paris 1768. II Voll. in 12 mai.

Dictionnaire portatif des faits & dits memorables. T. I. *Histoire ancienne.* T. II. *Histoire moderne.* à Paris 1768. 12 mai.

Dictionnaire historique & portatif des femmes célèbres. à Paris 1769. III Voll. in 8. Ex hoc, ex Anglico huius generis lexico (*Biographium faemineum, the female Worthies: or Memoirs of the most illustrious Ladies of all Ages and Nations*) atque ex aliis libris Anonymus quidam composuit: *Geschichte berühmter Frauenzimmer nach alphabetischer Ordnung etc. Leipz.* 1772-1775. 8. Non ad finem tamen opus est productum. Definit enim cum litera *L.*

Dictionnaire historique des sièges & batailles mémorables de l'histoire ancienne & moderne, ou Anecdotes militaires de tous les peuples du monde. à Paris 1771. III Voll. in 8.

* * *

A new historical, biographical and classical Dictionary, containing a concise and alphabetical Account of the most remarkable Events recorded in ancient history; extracted from the most celebrated classical writers &c. London 1771. 12. Lexicon nimis contractum!

CAPUT III.

DE HISTORIAE UNIVERSALIS MISCELLANEIS, COLLECTIONIBUS ETC.

Inscriptio huius capitis lectores monet, de operibus miscellis et collectionibus *historiae universalis*, tantummodo hic esse sermonem, quae scilicet ex universo, quacunque patet, historiarum ambitu, vel e quibusdam saltem illius regionibus, flores, observationes, dissertationes, aliaque huius generis, decerpta continent percipiendaque praebent: minime vero de illis, quae ex unius tantum populi seu terrae historia composita sunt, quippe quae iis capitibus, quibus de populi seu terrae istius historia agetur, enumerabuntur.

I.

Miscellanea.

Aelianus. CLAUDIUS AELIANUS, civis Romanus, Praeneste oriundus, circa annum p. C. n. CCXXII florens, ab orationis suavitate μελίγλωσσος vel μελίφθογγος cognominatus, composuit ποικίλης ἱστορίας f. *variae historiae libros* XIV, quibus, ut titulus ipse indicat, indistincte atque promiscue ex diversis auctoribus, et e Graeca in primis historia, annotata et congesta sunt, apophthegmata, facetiae, exempla virtutum vitiorumque. Cum aliis Aeliani operibus variam historiam edidit CONR. GESNERUS *Tigur* 1556. fol. Separatim vero illa, et quidem primum prodiit *Romae* 1545. 4. Editio rara a CAMILLO PERUSCO curata. Tum cum notis IO. SCHAEFFERI *Argent.* 1662. 8; IAC. PERIZONII elegantissimis utilissimisque *Lugd. Bat.* 1701. 8; IOH. HENR. LEDERLINI *Argent.* 1713. 8; et ABR. GRONOVII

qu

qui et omnium priorum editorum commentarios adiecit, *Lugd. Bat.* 1731. 4. denique cura CHRISTOPH. KRETZSCHMARI, *Dresd.* et *Lipſ.* 1746. 8. Sine notis, Graece et Latine, ex verſione optimorum interpretum (qua ex recenſione haud declaratur), *Baſil.* 1774. 8. — In *Gallicum* ſermonem variam Aeliani hiſtoriam convertit FORMEIUS, cum obſervationibus, *Berol.* 1764. 8. (Cf. *Klotzii* Act. litt. Vol. II. p. 167 ſqq.) Praeſtare hac verſione Formeiana dicitur ea, quam DACIERUS paravit atque obſervationibus ornavit *Pariſ.* 1772. 8. *Theotiſce* a IOH. HENR. FRID. MEINECKE, cum animadverſionibus, *Quedlinb.* 1775. 8.

VALERIUS MAXIMUS, civis quoque Romanus, poſt A. C. XXXI florens, ſcripſit *dictorum factorumque memorabilium* libros IX, cum ex Romana, tum ex aliorum populorum hiſtoria. Exempla virtutum vitiorumve in certas claſſes redacta acuminaque ſententiarum non raro tam apte adſperſa, ut nihil videatur amoenius: interdum tamen ineptit et adulatorem agit. Praeter alios animadverſionibus ſuis hunc ſcriptorem ediderunt: CHRISTOPH. COLERUS *Hanoviae* 1614. 8. (auctior ed. *Francof. ad Moen.* 1627. 8.) IOH. VORSTIUS *Berol.* 1672. 8. ABR. TORRENIUS cum notis variorum *Leidae* 1726. 4. Meliorem editionem dabit IOH. KAPPIUS, Prof. Baruthinus. — *Theotiſce* Valerium reddidit G. C. E. WESTPHAL *Lemgov.* 1780. 8. Valer.

Cf. DAN. GUIL. MOLLERI D. de Valerio Maximo. *Altorf.* 1684. 4.

CONSTANTINI VII *Porphyrogenneti* Imperatoris Conſtantinopolitani († 959) iuſſu, multis ex hiſtoriis compilata ſunt *Collectanea et Excerpta hiſtorico-politica et moralia*, LIII capitibus, ex quibus viceſimum ſeptimum de legationibus, et quinquageſimum de virtutibus et vitiis, eaque haud integra, ſolum ſuperſunt. Conſtant. Porphyr.

persunt. Vulgo tamen λόγους τῶν ἐν βίῳ διαπρεψάντων, libris de caerimoniis aulae Byzantinae adiectos, partem esse istorum excerptorum, creditur. Excerpta de legationibus primum in lucem edita sunt ex bibliotheca et cum notis *Fulvii Ursini* Antverp. 1582. 4. cura DAV. HOESCHELII, *Aug. Vind.* 1603. fol. et cum notis et animadversionibus HENRICI VALESII aliorumque, *Paris.* 1648. fol. *) Idem Valesius caput de virtutibus et vitiis, sub titulo *Excerptorum Peirescianorum*, primum in lucem edidit *Paris.* 1634. 4.

randi :faria. LUITPRANDO (de quo supra p. 67) tribuuntur vulgo, sed falso, *Adversaria*, edita primum, cum genuinis eius scriptis ab *Hier. de la Higuera* et *Laur. Ramirez de Prado.* Antverp. 1640. fol. — Sunt Collectanea historica, sine ullo ordine et iudicio corrasa, nec tamen plane inutilia.

rcha. Valerii Maximi exemplo incitatus FRANC. PETRARCHA scripsit *Rerum memorandarum libros* IV, quaerendos in eius operibus (*Basil.* 1581. fol.) T. I. p. 392 sqq.

ofius. BAPT. FULGOSII s. CAMPO-FULGOSI (Dux Genuensis, † post a. 1483) de gestis et dictis memorabilibus Pontificum, Imperatorum, Ducum, Principum, Episcoporum, aliorumque Collectanea libris IX; interprete *Camillo Ghilini*, *Mediolani* 1509. fol. (Autographum Italum quando prodierit, nescio). Editio perrara, saepe postea recusa, v. c. *Basil.* 1541. fol. *ibid.* 1565. 8. *ibid.* 1567. 8. Locupletata haec collectanea a IUSTO GAILLARDO, *Campano*, in Parisiensi Senatu Advocato; praefixa eiusdem praefatio de utilitate et ordine historiarum. *Colon. Agripp.* 1604. 8. Ad levandam mitigandamque animi ob exilium

*) Quae editio etiam una cum PHIL. LABBEI Protreptico de Byzant. hist. scriptor. edendis s. in Vol. I. Corporis hist. Byzant. prodiit *Paris.* 1648. fol.

xilium aegritudinem, teste Paullo Iovio, et ad Pe-
:i filii mores formandos, hoc opus composuit Ful-
osius, imitatus Valerium Maximum, ut merito al-
:r Valerius Maximus, cum ob eloquentiam nati-
am, tum ob varietatem rerum, quas ubique interse-
t, dici possit, tantum ex Valerio titulos rerumque
ıpita mutuatus, exempla, resque veriores gestas,
ıas vel Valerius omisisset, vel quae post mortem
us accidissent, describens.

MARC. ANTON. COCCII SABELLICI Exem- Sabellicus.
orum Ethnicorum et Christianorum per omnes
entes factis dictisque insignium libri X. *Argent.* 1509.
id. 1518. fol. (Editiones rarae; posterior adeo
laittairio fuit incognita *) *Basil.* 1533. 8. *ibid.* 1563.
. *ibid.* 1541. 8. et in eius *Opp.* (*Basil.* 1538. fol.)
'. II. in fine. Imitator Valerii Maximi. Idem saxum
olvit:

LODOV. DOMENICHI duobus libris, quorum Domenichi
rior inscribitur: *Istoria di detti e fatti degni di memo-
ia di diversi Principi & huomini privati antichi e mo-
erni.* Vineggia 1557. 4. Posterior: *Historia varia,
ella quale si contengono molte cose argute nobili e degne
i memoria, di diversi Principi & huomini illustri, divisa
ı XIV Libri.* In Vineggia 1563. 8. ibid. 1594. 8.

RAPH. MAFFAEI, *Volaterrani*, Commentario- Raph. Maffaeus.
um urbanorum Libri XXXVIII. *Paris.* 1510. f.
id. 1515. f. *Basil.* 1530. f. *Francof. ad Moen.* 1603.
Basil. 1644. f. Maffaeus († 1521) commentarios
osce *urbanos* appellavit, quia illos in *Urbe* (scil. Ro-
ıa) elaboravit. Libri, ex quibus constant, XXXVIII
ibus continentur partibus, quarum prima *Geogra-
hia*, secunda *Anthropologia*, tertia *Philologia* est in-
ripta. Prima, duodecim capita comprehendens,
ɔn solum urbes aliaque regnorum loca, sed et res
:stas regum potiores describit; secunda, undecim

S 5 capi-

*) Cf. FREYTAGII Apparat. T. II. p. 1060.

capitibus composita, viros illustres varii generis, simul etiam omnes Pontifices Romanos atque Imperatores recenset; tertia aliis disciplinis, v. c. Ethicae, Politicae, destinata est. Rectissime PAULLUS IOVIUS (in Elogiis p. m. 131) de Maffaeo eiusque opere iudicat, dicens: *Vir infinitae prope lectionis, quippe qui disciplinas omnes in acervum coniecit, utili potius in aliena desidia, quam ad explicatae doctrinae decus nobili opere: non multo enim cum sale et fine ornamento latinae orationis cuncta adstricto ordine ita digessit, ut alibi quaerenda legentibus indicare videatur. Integritatis vitae vir optimus.*

Cf. *Hamburg. Bibl. hist.* Cent. IV. p. 33 sqq.

Thomaeus. NICOL. LEONICI THOMAEI (Professoris Patavini † 1533) de varia historia Libri III. *Basil.* 1531. 4. *Lugd.* 1555. 12.

Mexia. PETRUS MEXIA s. MESSIA (Chronographus Caroli V Imp. † 1552) ex omni historiarum ambitu collegit hunc librum: *Silva de varia Lecion* — — 1542. 1570. 1585 (quae editiones maximo in pretio habentur, propter historiam seu potius fabulam Iohannae Papissae, quae Cap. IX legitur, quae vero in quibusdam editionibus et versionibus abest). — *Agora ultimamente emendanda, y de la quarta parte annadaida.* En Amberes 1593. 8. ibid. 1603. 8. — Varias etiam in linguas translatus est: in *Italicam* a *Franc. Sansovino* Venet. 1592. 8, et a MAMBRINO ROSEO, qui et partem quintam adiecit *Venet.* 1611. 8. *ibid.* 1616. 8. In *Gallicam* ab ANTONIO DU VERDIER *de* VAUPRIVAS, qui simul opus variis accessionibus auxit, *Tournon* 1616. 8. Idem egit LUD. GUYON, *Lyon* 1610-1617. III Voll. in 8. Aliam versionem Gallicam elaboravit CLAUD. GRUGET, *Rouen* 1643. 8. *Belgicam*, Anonymus *Antverp.* 1588. 8. *Theotiscam* denique, LUCAS ZOLECKHOFER hoc titulo: *Vielfältige Beschreibung mancherley Histo-*

Historien, und philosophischer Dinge Auslegung. Basil. 1564. V Partes in fol. Aliam versionem theotiscam edit IOH. ANDR. MATTH, hac quidem epigraphe: *Historischer Geschicht-Natur-und Wunderwald.* Nomb. 1669. 4.

COSIMO BARTOLI *Discorsi historici universali.* Bartoli. Venet. 1549. 4.

CONR. LYCOSTHENIS (f. *Wolffhart*, Prof. Basil. † 1561) Prodigiorum et ostentorum Chronicon. Lycosthenes. *Basil.* 1557. fol. cum figg. ligno incisis. Iulii Obsequentis, qui prodigia ex Romana historia tantum narravit, quemque Lycosthenes supplevit, continuatio. *Theotisce* per *Ioh. Heroldum* ibid. eod. fol.

PETRI SAINT-FLEUR Historiarum illustriorum memorabilium libellus. *Lugd.* 1564. 12. Saint-F

THEOD. ZVINGERI (*D. et Prof. Med. Basil.* † 1588) Theatrum vitae humanae. *Basil.* 1565. fol. Zvinger. IX libris prima haec editio distincta. *Conradus Lycosthenes* primus manum huic operi admoverat. Editio secunda (*ibid.* 1571) plus myriade exemplorum est aucta, in XX libros distributa, et elencho triplici, methodi scilicet, titulorum et exemplorum, instructa; tomos III in fol. implet. Tertia editio prodiit, IX libris locupletata, interpretata et renovata, tomosque V constituit, *ibid.* 1586. fol. Quarta *ibid.* 1596. IV Voll. in fol. Quinta *ibid.* 1604. IV Voll. in fol. Ultimam hanc editionem auctoris filius, IAC. ZVINGERUS, recognovit et auxit. Nec hodie plane negligendum est ditissimum hocce promtuarium historicum.

GILBERTI COGNATI (*Nozereti in Burgundia nati, Des. Erasmi Roterodami discipuli et amanuensis, canonici postea in patria sua,* † 1567) Narrationum libri III, quorum primus Aesopicas, secundus Poeticas, tertius Tragicas continet; illis adiectus est quartus Collectaneorum, res cognitu necessarias ex probatis auctoribus complectens. *Basil.* 1547. 16. *Lugd.* 1548. C

1548. 16. Auctior editio ita inscripta est: Sylva narrationum libris VI, quarum primus Aesopica, secundus Poetica, tertius aliquot scriptorum Eulogia, quartus rerum inventores, quintus antiquas res cognitu necessarias, sextus tragica et prodigiosa continet. *Genevae* 1552. 16. Ultima autem editio, eaque iterum magis locupletata, prodiit hac ratione: Narrationum sylva, qua magna rerum, partim a casu fortunaque, partim a divina humanaque mente evenientium, scitu iucundarum et utilium varietas continetur, libri VIII etc. *Basil.* 1567. 8.

Cf. (GEORG. CHRISTOPH. SCHWARZII) Commentationes de vita et scriptis Gilberti Cognati Nozereni. (*Altorfii* 1775. 4.) p. 31.

reacchi. TOMASO PORCACCHI († 1585) *Paralleli o Essempi simili, cavati dagl' Historici.* In Vineggia 1567. 4.

ndorff. ANDR. HONDORFFII (*verbi divini Ministri Droyssigae in Thuringia*, † ante a. 1573) Theatrum exemplorum, in X classes distinctum secundum X Mosaicae legis praecepta; Latine per PHIL. LONICERUM. *Vitemb.* 1575. fol. Editio altera hac inscriptione: Theatrum historicum s. Promtuarium illustrium exemplorum, ad honeste, pie beateque vivendum, ex antiquis et recentioribus historicorum monumentis collectum. Ex Germanico idiomate in Latinum traductum et auctum a *Phil. Lonicero*, *ibid.* 1604. 4. *Lips.* 1610. fol. *Francof.* 1616. fol. — Autographi Theotisci editio altera auctior prodiit cura WENCESL. STURMII. *Islebiae* 1597. 4.

Dolce. LUD. DOLCE *Giornale delle Historie del mondo, delle cose degne di memoria, occorse dal principio del mondo, sino a' suoi tempi.* Venez. 1572. 8.

Dinoth. RICHARDI DINOTHI (*Francogalli Reformati, Basileae degentis circa a.* 1580) Loci communes historici de factis memorabilibus. *Basil.* 1580. 8.

Eiusd.

Eiusd. Adversaria historica. *ibid.* 1581. 4. Utrum
i libri re vera, an titulo solum differant, nobis non
onstat.

MICH. BEUTHERI (*Prof. Hist. Argentinensis* † Beuther.
587) Animadversionum s. Disceptationum tam hi-
oricarum quam chronographicarum liber singula-
s; nunc primum studio IOH. MICH. BEUTHERI
ost parentis auctoris obitum editus. *Argent.* 1593. 8.

SAM. MEIGERII s. MEIERI (Antistitis ecclesiae Meige
agro Rendesburgensi Nottorpianae † post 1611)
Iucleus historiarum, oder *Auserlesene, liebliche, denk-*
ürdige und wahrhaftige Historien, aus den glaubwür-
igsten alten und neuen Geschichtschreibern in gewisse
laßen und Locos communes zusammengezogen. Hamb.
599. ibid. 1608. Magdeb. 1614. III Voll. in fol.
Tertia editio a *Matthaeo Dressero*, Hist. Prof. Lipsien-
, est emendata, tribusque instructa indicibus. In
uarta, *Ulmae* 1649. 4. impressa, et a *Mart. Zeilero*
cis — ut titulus iactat — innumeris emendata, non-
ullis autem aucta, totum opus, commodioris usus
ratia, in tomum unicum est redacta, tresque indi-
es Dresseriani in unum itidem contracti. Editiones
eliquae, Lipsiensis scil. anni 1599 et Hamburgensis
. 1600 fictae a bibliographis videntur *Ioh. Mollero*
n *Cimbria literata* T. I. p. 404), et prae caeteris qui-
em Lipsiensis 1696 in fol. excusa, cum epistola de-
icatoria 1598 demum ab auctore sit conscripta. *)

PHIL. CAMERARII (*Procancellarii primi univers.* Phil. C
ltorf. † 1624) Operae horarum subcisivarum, sive rarius.
meditationes historicae. Prima centuria iam *Francof.*
599, altera vero 1601 prima vice prodierunt. Ter-
am addidit 1618. Prima recusa est 1624, secunda
ero citius distracta 1620. Quartam etiam filius au-
toris PHILIPPUS sollicitavit, sed novem capita tan-
tum

*) *Catalogus* tamen *Bibl. Bünav.* accuratissimus *Lipsiensem*
anni 1599 laudat T. II. p. 228.

tum absolvit: quae fragmenta asservantur Norimbergae in Bibl. Ebneriana. Tres istae centuriae coniunctim prodiere *Francof.* 1644. 4. *ibid.* 1658. 4. — *Gallice* per *S. G. S. (Simon Goulard de Senlis)* Lyon 1603. 1610. 4.

Cf. IOH. GE. SCHELHORNII Commentarius de vita, fatis et meritis Phil. Camerarii. *Norimb.* 1740. 4.

I. Wolf. IOHANNIS WOLFII, IC. Diversorum S. R. I. Principum et Marchionum Consiliarii, nec non legati ad S. Caes. Maiest. et Regem Galliae, Reginam Angliae et Regem Poloniae († 1600), *Lectionum memorabilium* et *reconditarum* Centenarii XVI. *Lauingae* 1600. II Voll. in fol. *Francof. ad Moen.* 1671. II Voll. in fol. Prima editio admodum difficulter comparari potest, cum propriis auctoris sumtibus prodierit. Copiosus *Linsii* index in multis exemplis deest. Mirabilis rerum plane diversarum congeries inest, nec tamen inutilis. „Habet hic lector, teste titulo, doctorum ecclesiae, vatum, politicorum, philosophorum, historicorum aliorumque sapientum et eruditorum pia, gravia, mira, arcana et stupenda, iucunda simul et utilia, dicta, scripta atque facta, vaticinia item, vota, omina, mysteria, hieroglyphica, miracula, visiones, antiquitates, monumenta, testimonia, exempla virtutum, vitiorum, abusuum, typos insuper, picturas atque imagines; sed et ipsius coeli ac naturae horrenda signa, ostenta, monstra atque portenta; his interiuncti sunt quoque omnes sacri profanique ordines."

Beyer. VALENTINI BEYERS Diarium historicum, *oder Historisch Haußbuch*, *mit* Ioh. Coleri *Vorrede.* Wittenb. 1603. 4.

Lipsius. IUSTI LIPSII Monita et Exempla politica Libri II, qui virtutes et vitia principum spectant (scripta a. 1605) in eius Opp. T. IV. p. 169. edit. *Antverp.* 1637. fol.

IOH. DICKINSONI Speculum tragicum regum, rincipum et magnatum superioris saeculi celebriorum, ruinas, exitusque calamitosos breviter complectens. Editio quarta, cum aliis, tum et Baronis Monnii historiola auctior. Accessit memorabilium humilioris fortunae, calamitatum decas et parallela tragica. *Lugd. Bat.* 1605. 8. *Delph. Bat.* 1661. 8. Dickinson

IOH. SCHRAMM Politica historica, d. i. *Historien und Beschreibungen, darinnen, was in allen Ständen einem jeden zu wissen vonnöthen, durch Exempel alter Kayser, Könige, Fürsten und Herrn uud anderer Personen, aus welscher und lateinischer Sprache, zusammengezogen.* Eisleben 1606. fol. Schramm.

IOH. PETR. CAMUS f. CANAYE (Episcopus Bellovacensis † Lutetiae Parif. 1652) *Diversitez.* à Paris 1609-1614. 8. X Voll. (XXXV libros continentia) 1 8. Camus.

SIM. GOULART (Antistitis ecclesiae Genevensis 1628) *Trésor d'histoires admirables de notre tems, recueillies de plusieurs autheurs, mémoires & avis de divers endroits.* T. I et II. f. l. 1610. T. III et IV. *à Cologne* 1614. Voll. II. in 8. — *Belgice* Delphis 1614. . . . Goulart.

MICH. PICCARTI (*Prof. Altorf.* † 1620) Observationum historico-politicarum decades sex, cum episodio Decadis unius narrationum ridicularum. *Amberg.* 1613. *Norimb.* 1621 et 1651. 8. *Eiusd.* Observationum historico-politicarum Decades sex posteriores. *Amberg.* 1616. 8. Obss. — Decades postumae. *Norimb.* 1621. 8. Piccart.

AEGID. ALBERTINI (Electori Bavarico Maximiliano I ab epistolis † 16 . .) *der Welt Thurnierplatz, darinn erstlich die geistlichen Manns-und Weibspersonen in ihren Zierden und Eigenschaften, folgends die weltlichen — aufziehen.* München 1615. 4. Albertinus.

BOITEL *Tableau des merveilles du monde.* à Paris 1616. 8. Boitel.

MART.

Zeiller. MART. ZEILLERS (e Styria oriundi, post varia itinera Inspectoris primarii Gymnasii scholarumque civitatis Ulmensis † 1661) *Handbuch von allerley nützlichen Erfindungen, Exempeln — Natur- und Kunst-Sachen.* Ulm 1625. II Voll. 8. ibid. 1655. 8. — Huc etiam referri possunt *Eiusd.* Dialogi (*oder hundert Gespräch von unterschiedlichen Sachen, aus berühmter Leute Schriften zusammengetragen.* Ulm 1653. 8.) et Epistolae (*Epistolische Schatzkammer, bestehend von 706 Sendschreiben, von neuem übersehen, die Lateinische, sowohl in gebundner als ungebundner und andern Sprachen, Sprüche, in das Teutsche übersetzt, und mit Beyfügung einiger alter und neuer Scribenten, vermehrt und herausgegeben von* Zach. Hermann. *Ulm* 1700. fol.)

Erythraeus. IANI NICII ERYTHRAEI s. IOH. VICTORIS ROSSI († Romae 1647) Exempla virtutum et vitiorum, *Romae* .... *Genev.* 1643. 12. Iuxta exemplar *Coloniae Ubiorum* 1645 et 1676. 8.

Morisot. CLAUD. BARTH. MORISOTI (*Senatoris Divionensis* † 1661) Orbis maritimus, sive rerum in mari et littoribus gestarum generalis historia. *Divione* 1643. fol. (Alph. VIII). Centum capitibus auctor omnia fere memorabilia rei maritimae, praecipue bella maritima, complexus est. Capita quinquaginta priora tempora ante Constantinum M. spectant: posteriora, tempora post hunc Imperatorem usque ad annum 1630. Varia quidem in hoc opere culpari possent: sed primus fuit Marisotus in hoc argumento versatus.

Cf. *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. V. p. 284 sqq.

Hoyer. MICH. HOYERI historiae tragicae sacrae et profanae decades duae. Editio altera correctior et emendatior. Iuxta exemplar impressum *Bruxell.* 1652. 12.

Bernegger. MATTH. BERNEGGERI (*Prof. Argent.* † 1640) Observationes historico-politicae. *Tubing.* 1656. 12. Observationes miscellae, ex autographis *eius* editae (a filiis *Ioh. Casp.* et *Tob. Berneggero*). Argent. 1669. 8.

IOH.

L. BISSELII (*Ieſuitae, Dilingae, Ingolſtadii et ae docentis* † 1677) illuſtrium ab orbe condito m Decades IV. *Ambergae et Dilingae* 1656- .V Voll. 8. *Dilingae* 1679. IV Voll. 8. Biſſel.

:IST. MINSICHT *Schauplatz nachdenklicher* Minſicht. *:riger Geſchichte. Nürnb.* 1663. 8. ERASMUS ISCI ſub hoc nomine latet.

RENTII BEYERLINCK (cf. ſupra p. 106) Beyerlinck 1 theatrum vitae humanae. *Lugd.* 1666. T. :ol. Imitatio et continuatio Theatri Zvinge- te memorati.

:eil hiſtorique contenant diverſes pièces curieuſes Recueil hiſ r. Cologne 1666. 12. — Continentur: *1. Pro- l'entrepriſe d'Alger; 2. Relation des voyages 'unis par le Sieur de Bricard; 3. Relation de 1articularités de l'expedition de Gigery, de l an Relation de la campagne d'Hongrie & des Com- [ermain & St. Godart entre les troupes Alle- 's Françoiſes & l'armée des Turcs; 5. des mo- néantir la Monarchie des Ottomans; 6. d'un de Naples par M. le Duc de Guiſe; 7. Diſcours : & politique ſur les cauſes de la guerre d'Hon- Diſcours politique ſur le traité de paix fait en- 1ld I, Empereur des Romains, & Mahomet, Em- 's Turcs.* Auctor collectionis ignoratur.

:res de la MOTHE *de* VAYER, *Conſeiller d'E-* de la Moth *'iſtoriographe de la France* († 1672). à Paris de Vayer. .V Voll. in 12. ibid. 1684 (novo tantum ti- Dresde 1756 - 1759. VII Tomes in gr. 8. l diſciplinam hiſtoricam ſpectantia inſunt, v. s ſupra p. 8 laudatus de hiſtoriae ſtudio; dia- iſſertationes in hiſtoriam ſaeculi XVI etc.

L COLOMIE'S, ſ. *Colomeſii* (Rupellae nati, † Colomiès. 1692) *Melanges hiſtoriques.* à Orange 1675. n opuſculum poſtea ſub titulo Colomeſiano-

rum ediderunt: *Des Maizeaux* libro, qui inscribitur: *Melange curieux des meilleurs pieces attribuées à Mr. de St. Evremont* 1706. 12; et *Ioh. Alb. Fabricius* in Colomesii Operibus. *Hamb.* 1709. 4.

Histoire des plus illustres Favoris, anciens & modernes. Recueillie par Mr. P. D. P. Nouv. edition, revuë & augmentée de plusieurs Pieces. Par le Sieur LOUVET, *Doct. en Médécine & Historiographe.* à Lyon 1677. III Voll. in 12. — Quo etiam pertinet: *Histoire des Favorites, par Mad.* de la ROCHEGUILHEN. à Amsterd. 1703. II Voll. in 12.

Rocoles. IOH. BAPT. *de* ROCOLES, ex ordine Benedictinorum, bis ad castra Protestantium fugiens, Historiographus Gallicus et Brandenburgensis, tandem vero in Gallia Canonicus, mortuus 1696, scripsit: *La fortune marâtre de plusieurs Princes & Grands Seigneurs de toutes Nations.* à Leyde 1683. 12. Qui liber alii celebriori ansam dedisse videtur, qui inscribitur: *Les imposteurs insignes, ou Histoire de plusieurs hommes de néant de toutes nations, qui ont usurpé la qualité d'Empereurs, Rois & Princes, des guerres, qu'ils ont causé, accompagnées de plusieurs curieuses circonstances.* à Amsterd. 1683. 12. Eadem editio, novo tantum titulo instructa, ibid. 1696. Ed. altera, descriptionibus quibusdam ab Anonymo aucta, *Bruxelles* 1728. II Voll. 8. . . . . . *Anglice* Lond. 1683. 8. *Theotisce* a *Mag. Agricola;* cui versioni IOH. FRIED. IOACHIM, Prof. iuris et hist. olim Halensis, praefationem, animadversiones, supplementa ac numorum delineationes addidit, *Halae Sax.* 1760 - 1761. II Voll. in 8. Eodem tempore Ioachimi collega, CAROL. FRID. PAULI, aliam, a *Ioh. Lud. Schulzio* elaboratam versionem notulis ac praefatione instructam edidit. Halae 1760. 8. Liber caeterum, minime viris doctis scriptus, cuius auctor fontes rerum gestarum vel plane ignoravit, vel sinistre plerumque iis usus est.

Mélan-

Mélanges d'Histoire & de Litterature. Recueillis ɪr *M. de* VIGNEUL - MARVILLE. *à Rouen* 1699. 700. II Voll. in 8. Utrumque volumen, Baelii in- inctu, recusum *Rotterod.* 1700. 8. *Rothomagi* ɭouen) 1701. 8. *Rotterod.* 1702. III Voll. 8. Volu- ıen tertium, huic editioni additum, ab alio, qui in ·aefatione literis *L. T.* indigitatur, confectum est. ·uartam editionem accepimus *Lutet. Paris.* 1725. ·omis III in 8. ab Anonymo, quem ANTON. BA- IERIUM, Abbatem, dicunt. Multa tamen in ea nt mutata; quaedam enim deleta penitus, quaedam : tomo tertio, quae cum prioribus cohaerere debe- ınt, iusto loco inserta, quaedam nova quoque ad- ncta, ne tomus ille postremus nimia brevitate labo- ret. *Vigneul- Marville* autem est fictum nomen, b quo non latet Garanceus vel Garencius, ut qui- ım suspicati sunt olim (quippe qui modo auctoris ıtographum librario tradidit): sed NOËL f. NATA- ɪS D'ARGONNE, causarum apud Parisienses pa- onus, qui postea Ordini Cartusianorum sese addi- t, nomenque accepit BONAVENTURAE. Caete- ım eius Miscellanea plerisque huius generis mul- ım praestant, cum varietate, iucunditate ac novita- : rerum, iudiciorumque subtilitate, tum amoenitate ili. Ad historiam tamen literariam in primis, atque hilologiam haec sylloge spectat. Nonnulla, parum ccurate exposita, emendavit partim tomi tertii ar- hitectus, in dissertatione, eidem quondam subiuncta). 199-261 ed. Roterod. 1702); partim recentissi- ıus operis editor Banierius. Vigneul- Marville.

Cf. Bibl. hist. litt. Struvio-Iuglerianae T. II. p. 1499 sqq.

Pièces fugitives d'histoire & de litterature, ancien- es & modernes, avec les nouvelles historiques de Fran- ɾ & des pays étrangers sur les ouvrages du tems & les ouvelles decouvertes dans les arts & les sciences, pour Pie ti

servir à l'histoire anecdote des gens de lettres. à Paris 1704. 1705. IV Part. f. II Voll. in 12.

Nouveau Recueil de Piéces fugitives d'histoire, de litterature &c. Par M. l'Abbé ARCHIMBAUD. à Paris 1717. IV Voll. in 12. Duae priores partes describuntur in ephemeridibus elegantibus, quibus titulus: *l'Europe savante* T. I. P. I. p. 254 sqq.

ecueil des aits d'hist. *Recueil choisi des plus beaux traits d'histoire, pris des anciens & des modernes, & redigez par ordre alphabetique.* à Liège 1707. 8.

xtelmüller. STANISL. REINH. AXTELMÜLLERS *Schaubühne der Rebellionen und Aufrühre.* Augsb. 1706. 12.

Centuriae selectarum historiarum ex variis auctoribus Latinis, Gallis, Italis, Germanis, collecta. 1707. 8.

artene et ind. *Voyage litteraire de deux religieux Benedictins de la Congregation de St. Maur* (D. EDM. MARTENE et D. URSIN DURAND), *où l'on trouvera I. Quantité de piéces, d'inscriptions & d'epitaphes servant à eclaircir l'histoire & les généalogies des anciennes familles. II. Plusieurs usages des Eglises cathedrales & des monasteres, touchant la discipline & l'histoire des Eglises des Gaules. III. Les fondations des monasteres, & une infinité de recherches curieuses & interessantes, qu'ils ont faites dans près de cent Eveches & huit cens Abbayes, qu'ils ont parcouru. Ouvrage enrichi des figures.* à Paris 1717. 4. Aliud deinde iter Benedictini isti doctissimi suscepere, ac thesauros hac occasione collectos sequenti opere communicarunt: *Voyage litteraire— où l'on trouvera* (praeter observationes, quales prioris itineris descriptio habet): *Le Voyage des Nicolas de Bosc, Evêque de Bayeux, pour négocier la paix entre les Couronnes de France & d'Angleterre en* 1381. Iter Indicum Balthasaris Spinger. Descriptio apparatus bellici regis Franciae Caroli intrantis civitates Italiae, Florentiam, ac deinde Romam, pro recuperando regno Siciliae sive Neapolitano. *ibid.* 1724. 4.

IAC. *de* RICHEBOURCQ ultima verba factaque et ultimae voluntates morientium philosophorum, virorumque et foeminarum illustrium, nec non Imperatorum, Regum et Principum, item summorum Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, Sanctorum etc. plurimis e scriptoribus descripta, compilata, collecta, et variis e linguis in Latinam translata. T. I. II. *Amstelod. et Antverp.* 1721. II Voll. in fol. — E sexcentis, et quod excurrit, auctoribus diversarum linguarum opus, ordine alphabetico, congestum est. Omnia Latino sermone narrata sunt. Pars prior ultimas virorum doctorum, posterior regum principumque res gestas continet. de Richebourcq.

NICOL. AMELOT DE LA HOUSSAYE (Historici ac Politici ex aliis operibus clarioris, Legato Gallico apud Venetos per aliquod tempus ab epistolis, † Paris. 1706) *Mémoires historiques, politiques, critiques & litteraires.* à Amsterd. 1722. II Voll. in 12. — Ad modum librorum, quos *ana* appellant, cum ex aliis scriptis, tum ex ipsius auctoris observationibus et experientia conflatum opus, varia, in primis ad historiam et genealogiam Gallicam facientia, comprehendens, multisque aliis huius generis compilationibus praeferendum. Ordine alphabetico editor ignotus usus est; priores vero sex alphabeti literae tantum his voluminibus duobus apparent. Amelot.

Cf. *Act. Erud.* 1723. Iul.

Recherches historiques, curieuses & remarquables tirées d'un grand nombre d'Historiens. à Paris 1723. 12. Sunt bona mixta malis, sine ordine et testibus. Recherches hist.

De LAVAU *Recueil de diverses histoires, melées, politiques & morales.* à Paris 1723. II Voll. in 8. de Lavau.

GOTTFR. RUD. POMMERS al. Bugenhagen (D. Iur. Lipsiensis † 1749) *Sammlungen historischer und geographischer Merkwürdigkeiten.* Altenburg 1726. 8. Pommer.

Poſtea auctor collectionem ita mutavit et auxit, ut nova paene videretur; atque ſic inſtructa poſt eius mortem edita eſt ab *Abr. Gotthelf Kaeſtner.* Altenburg. 1756. 8. Memorabiles, leves etiam obſervationes, quae omnes tamen vel prodeſſe vel delectare poſſint, continet, ex hiſtoria et geographia in primis regni Germanici.

Chriſt. IOH. FRID. CHRISTII (*Prof. Lipſienſis* † 1756) Noctes academicae, obſervationibus ad rem litterariam miſcellis et coniecturis expoſitae. Specimen I. *Halae Magdeb.* (1727) Spec. II. *ib. eod.* Spec. III. *ib.* 1728. Spec. IV. *ib.* 1729. 8. Specimina quatuor unum conſtituunt volumen. Hiſtorica quaedam inſunt, praecipue ſpecimini tertio et quarto, v. c. Annales Francorum Pithoeani emendati et illuſtrati; de torque Hattonis, qua inſidiatus eſſe fertur Henrico Aucupi, Saxoniae tum duci; I. H. Hofmanni rerum Walkenriedenſium libri nondum editi; de Arnulfo, rege Francorum.

le Bret. IOH. FRID. LE BRET (nunc Cancellarii novae Universitatis litterarum militaris Stuttgardiensis) *Magazin zum Gebrauch der Staaten- und Kirchengeschichte, vornehmlich des Staatsrechts katholischer Regenten in Ansehung ihrer Geistlichkeit.* 1 Theil. *Ulm* 1771. 2 Th. *Frankf. und Leipz.* (i. e. Ulmae) 1772. 3 Th. *ib.* 1773. 4 Th. *ibid.* 1774. 5 Th. *ibid.* 1776. 6 Th. *ibid.* 1777. 7 Th. *ibid.* 1780. VII Voll. in 8 mai. — Titulus Collectionis praestantissimae satis indicat, quae potissimum historiarum regiones illius ope illustrentur; Italicae prae caeteris eminent.

Museum Casimir. Museum Casimirianum, *Particula prima* dissertationes historicas complexa. Instruxit et praefatus est ERHARD ANDR. FROMMANN. *Coburgi* 1771. 8. — Dissertationes atque programmata decem, a Doctoribus Gymnasii academici Coburgensis, Casimirianum vulgo dicti, conscripta, maximam partem exquisiti argumenti, prima haec particula comprehendit. Continuationem omnes litterarum fautores nobiscum optant.

Cf. (MEUSELS) *Betr. über die neu. histor. Schr.* T. IV. p. 378.

JOH. JAC. RAMBACHS, *des fürstlichen Gymnasii zu Quedlinburg Rectors* (nunc verbi divini ministri Hamburgensis), *Vermischte Abhandlungen aus der Geschichte und Litteratur.* Halle 1771. 8. — Auctor ingenio iucundissimus octo argumenta historica et litteraria haud vulgaria docte et acute pertractavit. Rambac

Cf. *Betr. üb. d. neu. hist. Schr.* T. III. p. 349.

Versuche über einige erhebliche Gegenstände, welche auf den Dienst des Staats Einfluß haben. Frankf. am Mayn und Leipz. 1772. 8 mai. de Steck

IOH. CHRIST. WILH. *de* STECK (*Regi Boruss. a consiliis intimis*) Observationum subsecivarum specimen. *ibid.* 1779. 8 mai.

(Eiusd.) *Essais sur divers sujets de politique & de jurisprudence.* (Halle) 1779. 8. — Tres hae observationum gravissimarum collectiones multum quoque historiae culturam iuvare possunt.

Anecdota litteraria e Msceptis codicibus eruta. *Romae*, ap. *Gregor. Settarium* 1773-1774. III Voll. in 8. — Non solum historica, sed etiam alia inedita scripta in hac collectione, a IOH. CHRISTOPH. AMADUZZIO potissimum, orbi litterario liberaliter offeruntur. Continuationem enixe optamus. Anecd. lit

Cf. *Götting. gel. Anz.* 1776. p. 1284.

AUG. FRIEDR. SCHOTT (D. et Prof. iur. Lips.) *Juristisches Wochenblatt. IV Jahrgänge.* Leipz. 1772-1775. IV Voll. in 8. Quartum volumen hocce quoque titulo insignitum: *Magazin für Rechtsgelehrte und Geschichtforscher. I Band.* Qua inscriptione collectionem Schottus amplius continuare volebat, utilissimam, ex diversis ephemeridibus haustam historicaque varii argumenti complexam: sed emtorum paucitas voluntati eius haud respondisse videtur. Schott.

Zur Geschichte und Litteratur aus den Schätzen der Herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel. Erster Bey- Lessing.

trag, von GOTTHOLD EPHRAIM LESSING (B-bliothecae illius Praefectus, † 1781). *Braunschwe* 1773. — Zweyter Beytrag. *ibid.* 1773. — Dritt Beytrag. *ibid.* 1774. — Vierter Beytrag. *ibid.* 177 8 mai. — Rarae eruditionis ac sagacitatis monimen viri, cuius obitum praematurum omnes lugent Mu-sae. Minor tantum disquisitionum pars ad historia ipsam spectat.

tscher kur. *Der teutsche Merkur.* Weimar 1773-1782. 8.- Singulis mensibus particula, sex plagularum, in l-cem prodire solet, cura CHRISTOPHORI MAR WIELANDI, Consiliarii aulici Saxo-Vinariensis, d-coris et ornamenti reipublicae litterariae universa Floribus etiam e campo historico decerptis lector cum ipse tum per amicos, delectare studet.

aug. *Gelehrte Ergötzlichkeiten und Nachrichten.* Stu-gard und Tübingen 1774. XII Particulae f. II Vo in 8. Continuata est collectio menstrua hac e-graphe:

Schwäbisches Magazin von gelehrten Sachen a das Jahr 1775. Stuttgard in 8. — *auf das J.* 177 *auf das J.* 1777. — *auf das J.* 1778. — *auf das* 1779. — *auf das J.* 1780. VI Voll. quorum singu duodecim particulis absolvuntur. Secuta est con-nuatio hoc titulo:

Zustand der Wissenschaften und Künste in Schwab Augsburg 1781. II Partes in 8. — Collector et Ed-tor harum ephemeridum, variis quoque dissertatio-bus historicis instructarum, est BALTHASAR HAU Professor Gymnasii Stuttgardiensis, cui litteraru bonarum cultura maxime curae cordique est.

berlin. FRANZ DOMINICUS HAEBERLINS (Consili-rii iustitiae intimi Brunovicensis, Prof. histor. et iu publ. Helmstadiensis) *kleine Schriften vermischten In-halts aus der Geschichte und dem teutschen Staatsrec* Helmstädt 1774-1778. IV Partes f. II Voll. in 8.- Plura scripta Haeberliniana hic collecta sigillatim va

riisqu

riisque ephemeridibus ante iam prodierant. Maxima quidem pars ad historiam patriae, nonnulla tamen etiam ad exteram, spectant.

IOH. PETRI ANCHERSEN (*Prof. olim Hafniensis* ....) Opuscula minora, collecta et cum indicibus locupletissimis rerum et verborum edita a GERHARDO OELRICHS. *Bremae* 1775. 4. — Regnorum Europae septentrionalium historia et iura his opusculis praecipue illustrantur. Anchers.

AUG. LUD. SCHLOEZERS (Prof. Gottingensis) *Briefwechsel, meist statistischen Innhalts; gesammlet und zum Versuch herausgegeben.* Göttingen 1775. XIV plagulae in 8 mai. quae sigillatim typis expressae erant. Secuta est amplior uberiorque collectio hoc titulo: Schloez.

Briefwechsel, meist historischen und statistischen Innhalts. I Theil, Heft I-VI, 1776. *Göttingen* 1777. II Theil, Heft VII-XII, 1777. *ibid.* 1777. III Theil, Heft XIII-XVIII, 1778. *ibid.* 1778. IV Theil, Heft XIX-XXIV, 1779. *ibid.* 1779. V Theil, Heft XXV-XXX, 1779, b. *ibid.* 1779. VI Theil, Heft XXXI-XXXVI, 1780. *ibid.* 1780. VII Theil, Heft XXXVII-XLII. *ibid.* 1780. b. VIII Theil, Heft XLIII-XLVIII. 1781. *ibid.* 1781. IX Theil, Heft XLIX-LIV. 1781, b. *ibid.* 1781. 8 mai. — Omnes Germani, quibus litterarum historicarum studium curae cordique est, summo ardore legunt, quid? quod devorant lautitias, commercio hocce litterario excitatas et propositas, permultum etiam conferentes ad liberaliorem ingeniorum culturam et ad politicorum peccatorum atque naevorum plurium correctionem.

Antologia Romana. Tom. I. *in Roma* 1775. T. II. 1776. T. III. 1777. T. IV. 1778. T. V. 1779. 4. — Ephemerides sunt Italice scriptae singulis hebdomadibus in publicam prodeuntes lucem, plura antiquitatis atque historiae monimenta capitaque complectentes, auctoribus iisdem, qui librorum novorum Antol.R

 recensum

recensum agunt in ephemeridibus aliis, quae inscribuntur: *Effemeridi di Roma.*

Abhandl. einer Privatgesellsf. *Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen, zur Aufnahme der Mathematik, der vaterländischen Geschichte und der Naturgeschichte. Zum Druck befördert von* IGNATZ EDELN VON BORN, *Herrn zu Alt-Zedlitsch, Jechau etc.* I Band. *Prag* 1775. II Band 1776. III Band 1777. IV Band 1779. 8 mai. — Non modo historiae Bohemicae, verum etiam Slavicae in universum, multum lucis accenditur his dissertationibus, quarum Auctores ADAUCTUS VOIGT, FRANC. MART. PELZEL, GELASIUS DOBNER, appellantur.

Meusel. *Der Geschichtforscher. Herausgegeben von* JOH. GE. MEUSEL. I Theil. *Halle* 1775. II Theil 1776. III Theil 1776. IV Theil 1777. V Theil 1777. VI Theil 1778. VII Theil 1779. 8 mai. — Meuselii precibus atque cohortationibus permoti plures viri docti observationes suas, quibus multis historiarum capitibus lux affunditur, contulerunt, atque, ut illius studio publici iuris fierent, permiserunt. Pars ultima indice in omnes septem partes copiose instructa est. Continuabatur statim collectio hoc titulo:

Historische Untersuchungen, gesammlet und herausgegeben von J. G. MEUSEL. Ersten Bandes erstes Stück. *Nürnberg* 1779. I B. II Stück. *ibid.* 1779. I B. III Stück. *ibid.* 1780. 8 mai. Qua cum collectione, nondum plane finita, alia coniungenda, eadem ratione instituta atque sic inscripta:

Beyträge zur Erweiterung der Geschichtkunde. Herausgegeben von J. G. MEUSEL. I Theil. *Augsburg* 1780. II Theil. *ibid.* 1782. 8 mai. — Ecce nomina virorum doctorum, qui symbola his collectionibus adornandis contulere, eo ordine, quo ad institutum perficiendum accesserunt: PHIL. ----ST SPIES, IOH.

IOH. CONR. PAESI, IOH. CHRISTOPH. ERICUS SPRINGER, IOH. GOTTL. SAM. SCHWABE, IAC. PAUL. LANGE, AUG. LUD. SCHLOEZER, CHRISTOPH. SCHMIDT *dictus* PHISELDECK, PAUL. DAN. LONGOLIUS, FRID. CAR. FULDA, BERNH. FRID. RUD. LAUHN, IOH. PETR. MOELLER, LUD. TIMOTH. SPITTLER, IOH. FRID. FRITZE, IOH. LUDOLPH. QUENTIN, CAR. GOTTLOB ANTON, LUD. ALB. GEBHARDI, IOH. GOTTFR. EICHHORN, MICH. STEIN, FRID. RUD. SALTZMANN, GODOFR. STIEBER, PAUL. *de* STETTEN *iun.* IOH. CAR. CONR. OELRICHS, GEORG. GUIL. ZAPF, IOH. GOTTLOB BOEHME, IOS. HELWIG, CHRISTI. CAR. AM ENDE, FRID. EKKARD.

Gothaische Magazin der Künste und Wissenschaften. Goth. I I Bandes I Stück. *Gotha* 1776. I B. II St. *ib. eod.* I B. III und IV St. *ibid.* 1777. II Bandes I. II St. *ib. eod.* II B. III St. *ibid.* 1778. II B. IV St. *ibid.* 1779. 8. — Historica pauca, at bona insunt. Instituti moderator est SCHACK HERMANN EWALD.

Teutsches Museum. Leipz. 1776-1782. 8 mai. — Teutsch Museum Et huic collectioni, singulis mensibus per omne illud tempus continuatae, historica, quae in primis notitiam regnorum politicam iuvent, inseruntur. Editores usque ad annum 1779 erant HENR. CHRISTI. BOIE et CHRISTI. CONR. GUIL. DOHM: ex eo vero anno prior solus editionis curam in se suscepit, licet posterior, commentationibus et observationibus historicis ac politicis egregiis collectionem gratissimam ornare, haud desierit.

JAC. MAUVILLONS, *Professors der Kriegsbaukunst am Carolino zu Cassel* (nunc Centurionis ibidem), Mauvill *Sammlung von Aufsätzen über Gegenstände aus der Staatskunst, Staatswirthschaft und neuesten Staatengeschichte.* Leipzig 1776. 1777. II Partes in 8. — Nonnulla etiam historica ab auctore sagacissimo exhibentur.

Dohm. CHRISTI. WILH. DOHMS (Regi Borussiae a consiliis militaribus, Archivarii et Secretarii Cancellariae regiae Berolini) *Materialien für die Statistik und neuere Staatengeschichte.* I Lieferung. *Lemgo* 1777. II Lieferung. 1779. III Lieferung. 1781. Anhang zu der III Lief. (1781) 8. — Inter optimas huius generis collectiones haec Dohmiana utique est referenda, partim antehac iam editis, sed per volumina maiora dispersis, partim ineditis referta.

Anton. (CARL GOTTL. ANTON, D. iur. Gorlicensis), *Diplomatische Beyträge zu den Geschichten und zu den teutschen Rechten.* Leipz. 1777. 8 mai. — Et hac collectione varia historiae cum patriae tum exterae capita bene illustrantur.

Litterar. Museum. *Litterarisches Museum.* Altdorf 1777-1780. VIII Partes s. II Voll. in 8. — Viri litteratissimi, IOH. CHRISTOPH. DOEDERLEIN, GEORG. CHRISTOPH. SCHWARZ, WOLFG. IAEGER, Professores Altdorfini, GEORG. THEOD. STROBEL, Antistes sacrorum Woehrda-Norimbergensis, aliique nobis ignoti, exquisitas dissertationes et observationes, quae ex parte etiam historiae exterae prosint, hac collectione, continuatione utique digna, liberaliter obtulere.

Mém. de l'Acad. de Bruxelles. *Mémoires de l'Academie imperiale & royale des sciences & belles lettres de Bruxelles.* Tome I. *à Bruxelles* 1777. — Tome II. *ibid.* 1780. 4. — Dissertationum historicarum, summa cum *ἀκϱιβείᾳ* elaboratarum, auctores sunt: DES ROCHES, Academiae a secretis, MANN (*Abbé*), DE NELIS, Canonicus Dornacensis.

Raccolta di Opuscoli &c. *Raccolta di Opuscoli scientifici e letterarj di Ch. Autori Italiani.* In Ferrara 1779. 1780. VI Voll. in 4. — Historica rara nantia in gurgite vasto, nec magnam adeo exspectationem excitantia!

Maioris paullo momenti sunt:

Miscel.

Miscellanies by the hounorable DAINES BARRINGTON. London 1781. 4. Barrington

Provinzialblätter. I und II Stück. *Dessau* 1781. 8. — Insolenti hocce titulo variae pereruditae beneque compositae, rem quoque historicam iuvantes dissertationes exhibentur, auctoribus praecipue C. G. ANTON, IOH. HORTZSCHANSKY, KLOS etc. Provinzialblaetter.

CAPVT IV.

SCRIPTORES DE ORIGINIBUS ET MIGRATIONIBUS GENTIUM. *)

Ex hoc historicorum genere universales tantummodo, qui non unius solum, sed omnium, saltem plurimarum gentium origines et migrationes scrutari ac delineare studuerunt; et quidem sequentes huc pertinere videntur:

Peutinger. CONRADUS PEUTINGERUS duarum vix pagellarum epitomen scripsit *de inclinatione Romani imperii et exterarum gentium, praecipue Germanorum, commigrationibus*, cum *Beati Rhenani* Procopio alias editam. *Basileae* 1531. fol. postea saepius repetitam cum eiusdem Peutingeri Sermonibus convivalibus de mirandis Germaniae antiquitatibus, et recentissime quidem a GE. GUIL. ZAPFIO. *Aug. Vind.* 1781. 8.

Machiavellus. NICOL. MACHIAVELLUS in *Historias* suae *Florentinae*, Italice scriptae, ac primum 1546 in lucem editae, libro primo, tanquam prooemia egit *de migrationibus populorum septentrionalium post devictos a Mario Cimbros et de ruina imperii Romani.* Latine reddidit librum istum, reliqua historiae parte neglecta ipsoque titulo immutato, separatimque edidit HIERONYMUS TURLERUS, I. U. D. et Consul oppidi Schoenburgo-Leisnigensis, *Francof. ad Moen.* 1564. 8. *Hanoviae* 1601. 8. De versione Latina totius historiae Florentinae Machiavellianae infra in capite de scriptoribus historiae Italicae agetur. Caeterum Machiavellus vulgaria tantum de argumento isto narrat.

Melanchthon. PHIL. MELANCHTHON in oratione quadam (T. V Orationum historicarum *Vitemb.* 1565. 8.) docte disseruit de origine et migratione gentium, quae Germaniam tenuerunt.

GUIL.

*) Cf. *Bibl. hist. sel. Struvio-Buderiana.*

GUIL. POSTELLUS, Francogallus eruditissimus, sed opinionum singularium commentorumque pravorum, qualia etiam sequenti libro exseruit, genitor et sectator pertinax († 1581), scripsit: *De originibus*, seu de varia et potissimum orbi Latino ad hunc diem incognita aut inconsiderata historia, cum totius Orientis, tum maxime Tartarorum, Persarum, Turcarum, et omnium Abrahami et Noachi alumnorum origines, et mysteria Brachmanum retegente, quod ad gentium litterarumque, quibus utuntur, rationes attinet. Ex libris Noachi et Hanochi totiusque avitae traditionis a Mosis alumnis ad nostra tempora servatae et Chaldaicis literis conscriptae, GUIL. POSTELLUS posteritati eruit, exposuit et proposuit. *Basil.* per Io. Oporinum 1553. 8. Liber rarus, ut omnia fere Postelliana, ineptiarumque plenus, vel titulo teste. Postell.

Cf. *Litterar. Wochenblatt* T. II. p. 6.

Nouveaux Eclaircissemens sur la Vie & les Ouvrages de Guillaume Postel; par le P. DES BILLONS. *à Liège & à Paris* 1773. 12.

WOLFGANG LAZII de gentium aliquot migrationibus, sedibus fixis, reliquiis, linguarumque initiis, et immutationibus, ac dialectis Libri XII, in quibus praeter caeteros populos Francorum, Alemannorum, Suevorum, Marcomannorum, Boiorum, Carnorum, Tauriscorum, Celtarumque atque Gallograecorum tribus, primordia et posteritas singulorum, quaeque ex his insigniores Principum Comitumque ac Nobilitatis totius paene Germaniae, Latiique et Galliae stirpes processerunt, diligenti examine historiae, denique auctorum annaliumque cum lectione, tum collatione traduntur atque explicantur. *Basil.* per Io. Oporinum 1557. fol. *ibid.* 1564. fol. *ibid.* 1572. fol. *Francof.* ap. Andr. Wechelii hered. 1600. fol. (In huius editionis titulo haec leguntur Laz.

verba: *A mendis quam plurimis hac editione secu purgati.* Quarta potius editio appellanda fuisse Laudantur etiam a quibusdam bibliographis editi nes, *Basileensis* a. 1605 et *Francofurtensis* a. 1698: de earum praesentia non satis constat. Lazius, ennensis Austriacus, Regis Ferdinandi I Medic Consiliarius et Historiographus († 1565), plus in striae quam iudicii in opere hoc amplo elaborai exhibuit. In rebus Germanicis, iudice Schurzl schio, saepe est nugatus, in Romanis non affect antiquitates reconditas, et in Graecis nihil i ausus.

Cf. FRANZ. CONST. FLORIAN. *von* KHAU *Versuch einer Geschichte der Oesterreichischen Gel ten* (Frankf. und Leipz. 1755. 8 mai.) p. 169.

ias Mon- ius. BENED. ARIAE MONTANI (*Hispani doctiss D. Theol. regisque Hisp. Capellani*, † 1598) Pha sive de gentium sedibus primis orbisque terrarum tu. Constituit hoc opusculum librum primum e dem Ariae Antiquit. Iudaicar. *Antverp.* 1568. 4. *Lugd. Bat.* 1593. 4. *ibid.* 1603. 4. Exstat quoque VIII Bibliorum Polyglott. Antverp. 1572. fol.

oropius canus. IOH. GOROPII — oriundi e pago Brabant Hilvarenbeek s. Beek, indeque cognominati — CANI (Medici et Philologi Antverpiensis, † 15 Origines Antverpianae (*seu potius Gentium*) i Cimmeriorum Beccesellana novem libros compl Atuatica, Gigantomachia, Niloscopium, Cronia, doscythica, Saxonica, Gotodanica, Amazonica, netica et Hyperborea. *Antverp.* ex officina Plan 1569. fol. — Nugae et otiosi ingenii commenta giter hoc opere proposita, v. c. linguam Belgic quam Goropius Cimbricam vocat, esse omnium mam, Hebraeam ipsam antiquitate et praestantia perare, Adamumque non alia locutum. Alio vc

mi

mine, post mortem viri a LEVINO TORRENTIO, Lovaniensi, prelo subiecto, prodiere:

Opera IOAN. GOROPII BECANI hactenus in lucem non edita, nempe *Hermathena*, *Hieroglyphica*, *Vertumnus*, *Gallica*, *Francica*, *Hispanica*. Antverp. excudebat *Christoph. Plantinus*, Architypographus regius 1580. fol. Quibus origines gentium longe aliter, quam a quoquam scriptae fuerunt, explicare, totamque historiam ad Mosen et Orpheum revocare voluit: sed merae sunt allusiones eaedemque saepissime tam absurdae, ut nec ingenium, nec iudicium sapiant. Eius originationes, Lipsio iudice *) risum, non oppositionem, merentur, et saepe sine indignatiuncula vel risu legi non possunt. *Vossius* tamen **): Ovidius ait, non omnia fingere Cretenses, ita Becanum dixeris non semper nugari, virum iudicii quidem mediocris duntaxat, sed magni ingenii, nec minoris doctrinae. Et *Miraeus* ***): Atque ut non omnes his in rebus habeat adstipulatores, his tamen lucubrationibus suis altissimarum disciplinarum arcana plurima e tenebris in lucem eruit, atque ad eadem accuratius cognoscenda doctorum ingenia mirifice exacuit. — Raro obvia esse opera Goropiana, plures testantur bibliographi, v. c. SCHWINDEL in Thes. bibliothecali T. II. p. 258.

Cf. BAUMGARTENS *Nachr. von merkwürd. Büchern* T. III. p. 488.

ERICI FABRICII (*Stockholmiensis*, *flor. circa* a. 1617) Introductio historica, ostendens, quomodo Europa, Asia et Africa a filiis et posteritate Noë successione temporis fuerint occupatae et possessae. *Holmiae* 1615. 8. Fabricius

SAM.

*) Epist. ad Belgas Cent. III. ep. 44.

**) In Theol. gentil. L. I. cap. 18.

***) In Elogiis Belgicis p. 104.

Bochart. SAM. BOCHARTI (*Antistitis sacri reformatorum, Cadomi in Francogallia*, † 1667) Geographia sacra in duas partes divisa, quarum I *Phaleg* inscripta seu de dispersione gentium; II *Canaan*, seu de coloniis et sermone Phoenicium. *Cadomi* 1646. fol. — Editio tertia, prioribus correctior et splendidior, procurata a PETRO de VILLEMANDY. *Lugd. Bat.* 1692. fol. cum caeteris Bocharti operibus, III Voll. constituentibus. — Maiore eruditionis copia, sagaciore etiam iudicio, quam scriptores hucusque a nobis nominati, Bochartus origines populorum antiquissimorum perscrutatus est; multa certe rectius veriusve disputavit, quam antea factum; pluraque, credo, sic disputasset, nisi opibus litterariis variis atque adiumentis, non sua, sed saeculi infelicitate ac socordia, caruisset. Sunt igitur et sui Bocharto naevi, tempori, quo vivebat, quo critices sanae usus nondum invaluerat, quo varia Arabicae, ac Syriacae inprimis, historiae ac geographiae monimenta ignota erant, non homini eruditissimo imputandi. In quibus primus, quod nimis etymologiis nominum propriorum, et vero ex lingua Hebraica petitis, indulgebat, quaestiones geographicas, quae totae sunt historicae, in etymologicas mutans. Deinde testium aliquando non eam habet rationem, quam haberi in quaestione historici generis fas erat. Iam enim testes nec diligenter satis, nec omnes audit, etymologiis intentus; iam singulos nihil absurdi dicentes, nullo argumento allato, una voce repudiat; iam et plurium consensui etymologicas suas coniecturas praefert. Tertium nihil fere ignorare Bochartus didicerat, nimis fidenter de obscurissimis nominibus, sine teste, sine nominum concentu, iam asseverare, iam coniicere solitus. Denique et hoc displicet, quod nonnunquam sententiam sine ulla causa arripit, semelque in patrocinium susceptam, omni ornat, quae in ipso maxima erat, doctrinae varietate, argumentorumque, in quibus non

vis

is probandi, sed numerus spectabatur, multitudine onfirmare annititur. Multa igitur cum in opere Bohartiano castiganda et emendanda essent, gratiae tique agendae immortales *Michaeli*, summo aetatis ostrae literarum atque historiae Orientis arbitro, uod, recto critices sanioris eruditionis exquisitae, lirorumque praestantissimorum usu, verosimiliora de entium antiquissimarum originibus et migrationius docuit opere sic inscripto:

IOANNIS DAVIDIS MICHAELIS Spicilegium ieographiae Hebraeorum exterae post Bochartum. ars I. *Goettingae* 1769. Pars II. *ibid.* 1780. 4. — iceres potius, commentarium esse copiosissimum in iput decimum primi libri Mosis (quod scilicet pria historiae populorum antiquissimorum semina ontinet) seu potius, criticam historiam ac geograiiam orbis antiqui, e vetustissimis annalibus hauam; licet negari nequeat, et hunc virum doctissium aliquando nimium indulgere ingenio fertilissio. Tertius operis tomus vehementer exspectatur. Michaelis.

Cf. *Götting. Anzeigen* a. 1770. p. 65. a. 1781. *Zugabe* p. 193.
Allgem. teutsche Bibl. T. XX. p. 387.
BÜSCHINGS *wöchentliche Nachrichten* a. 1780. p. 377. 385. 409.
MEUSELS *hist. Litteratur für das Jahr* 1781. P. XII. p. 534.

Primae huius spicilegii partis capita nonnulla egreie illustrantur libello sequente, a Michaele ipso prelo ommisso: IO. REINOLDI FORSTERI Epistolae ad o. Dav. Michaelis; huius spicilegium Geographiae Iebr. exterae iam confirmantes, iam castigantes. *Goettingae* 1772. 4. Forster.

Cf. *Allg. teut. Bibl.* l. c. p. 394.

NIC. ABRAMI (*e societate Iesu, in universitate Mussiponti sacrarum literarum interpretis*, † 1658) Abram.
Pharus

Pharus veteris testamenti sive sacrarum quaestio libri XV. *Paris.* 1648. fol. Tertius et quintus l huc pertinent; ille quidem sic inscriptus: *Eulo* sive de benedictionibus Noë (p. 69-96), hic: *A lius*, sive de prima regnorum institutione (p. 1 143). Libri huius rari auctoris eruditio, diligent iudicium laudantur a CLEMENTE in *Bibl. curieus* I. p. 15. et in BAUMGARTENII *Nachr. von* *Hall. Bibl.* T. VI. p. 480.

Milius. ABRAH. MILII (s. *van der* MYLIUS, *Belgae*, *XV viventis*) de diluvii universitate dissertatio pr soria; item de origine animalium et migratione pulorum. (*Genevae*) 1667. 12. Theotisce a *Ioh.* *stoph. Bitterkraut.* Salzb. 1670. 12. — Multa, co cturae certe ingeniosae, in hoc libello occurr quas alibi frustra quaesiveris.

Rudbeck. OLF RUDBECKS *Atland eller Manheim, d Japhetz afkomme, de fornämste Keyserlige och Kun ge Schlechter ut till hela werlden, henne at styra utg ne åro, så och desse efter föliande Folk utogade, nen gen Skyttar, Barbarn, Asar, Jettar, Giotar, P ger, Trojaner, Amaizor, Traser, Lyber, Ma Tussar, Kaller, Kiempar, Kimrar, Saxer, Ger Swear, Longobarder, Wandaler, Herular, Gepar, T sker, Anglar, Paitkar, Danar, Siökampar, och j de somi werket wisas skola.* OLAVI RUDBECKII lantica, sive Manheim, vera Japheti posterorum des ac patria, ex qua non tantum Monarchae et ges ad totum fere orbem reliquum regendum ac mandum, stirpesque suas in eas condendas, sed et Scythae, Barbari, Asae, Gigantes, Gothi, Ph ges, Troiani, Amazones, Thraces, Libyes, Ma Tusci, Galli, Cimbri, Cimmerii, Saxones, Germ Suevi, Langobardi, Vandali, Heruli, Gepidae, T tones, Angli, Pictones, Dani, Sicambri, aliique tute clari et celebres populi olim exierunt. *Upsa* Excudit Henr. Curio, S. R. M. et Academiae Up

Bib.

Bibliopola. A. 1675. fol. item mutato ſaltem titulo 1679 *); iterumque 1684. Prima pars latine tantum etiam exſtat, hoc in titulo additamento: *In Romana antea et Scythica, nunc vero Latina tantum lingua priore caſtigatior edita.* — OLF RUDBECKS *Atlands eller Manheim Andra Deel etc.* (Titulos huius et ſequentis partis Suecicos brevitatis ſtudio corripere liceat) Ol. Rudbeckii Atlanticae ſive Manheimii *Pars ſecunda*, in qua ſolis, lunae ac terrae cultus deſcribitur, omnisque adeo ſuperſtitionis huiusce origo parti Sueoniae ſeptentrionali, terrae puta Cimmeriorum, vindicatur, ex qua deinceps in orbem reliquum divulgata eſt: idque ſcriptorum non tantum domeſticorum, ſed etiam exterorum, maxime vero veterum atque doctiſſimarum fabularum fide, quarum explicatio genuina nusquam ante hanc noſtram in lucem prodiit. Accedunt demonſtrationes certiſſimae, quae Septentrionales noſtros in maxime genuinum ſolis ac lunae motum, indeque pendentem accuratiſſimam temporum rationem multo et prius et felicius, quam gentem aliam ullam olim penetraſſe, ac etiam alia multa ad hunc usque diem incognita declarant. *Upſalae.* — Anno 1689. — OLF RUDBECKS *Atlands eller Manheims Tridie Deel etc.* Ol. Rudbeckii Altanticae ſeu Manheimii *Pars tertia;* in qua vetuſtiſſima maiorum noſtrorum Altantidum lapidibus, fago atque cortici Runas ſuas incidendi ratio, una cum tempore, quo illam primum coeperit, exponitur. Deinde aurei numeri ſingulis annis tributi et ſignorum coeleſtium, quae hinc ad Graecos et Latinos ſunt translata, vera origo ac ſignificatio traditur. Tum ſex illae a diluvio Noachi proximae aetates, atque in illis prima Atlantidum noſtrorum reipublicae forma, deſcribuntur: quae migrationes et bella ſub Boreo

*) Alii novam plane editionem hoc anno prodiiſſe affirmant. Nobis certe non liquet.

Boreo ſeu Saturno eiusque filio Thoro ſeu Jov
ſta ſunt, recenſentur: et denique Scytharum, I
nicum et Amazonum his ducibus in Indo-Scyt
et Phoeniciam ſeu Palaeſtinam e Sueonia expe
nes enarrantur. Quibus omnibus mythologiae
plures, quarum ſenſus in hunc usque diem inc
tus hic demum detectus prodit, iucundae ſane et
quam utiles, adiunguntur. *Upſalae*, typis et im
ſis auctoris. 1698. fol. Accedit Volumen figur
et tabularum aeri inciſarum, ad illuſtrandam
aevi hiſtoriam, in forma maxima. — Rudbec
Aroſienſis Suecus, Doctor et Profeſſor, perpe
que Curator Univerſitatis Upſalenſis († 1702),
rum in hoc opere teſtatus fuit ingenium, cum
ſolum ſingularum fere gentium origines ex G
ducat, ſed etiam horum ſacra, linguas, leges, litt
aliaque, ita ut Sueciam vaginam gentium vere
demonſtraret. Quidquid de Altantica praedican
teres, quidquid de cultu atque theologia gentili,
gula apud Suecos quaerit. Immo nihil fere pra
ri geſtum eſt, quod non patriae ſuae tribuat. I
autem ut eo melius praeſtet, loca veterum ſcr
rum in ſenſus alienos detorquet, coniecturis nin
indulget, in etymis ludit et multa libertate ali
gentium praerogativis derogat, haud ſemel de
viris doctis notatus, *Baelio* *) potiſſimum atque
zelio **). *Ioh.* vero *Mollerus* ***) ita de opere I
beckiano ſentit: „Vel ſtupidus omnino ſit, in
vel malitioſe impudens, oportet, quisquis, ex o
hoc praeclaro, et doctrinae omnigenae atque rar
pleniſſimo, Autoris non agnoſcit ingenium pe
caciſſim

*) *Nouvelles de la Rep. des Lettres* 1685. *Janv. &*

**) *Monatl. Unterredungen* 1690. *Febr. März, und Jul.*

***) Hypomnemat. ad Ioh. Schefferi Sueciam literatam 417.

cacissimum, eruditionem variam pariter atque solidam, lectionem multam, ac per omne scriptorum genus diffusam, et diligentiam tandem pertinacissimam, plurimis iam elogiis ab orbis literati proceribus merito decoratas. Unum hunc in corpore pulcherrimo naevum observes, quod Autor nimium patriae indulgens amori, hanc supra regiones orbis universi reliquas ubique, εὐκαίρως ἀκαίρως, evehere allaboret, et, ut suae genti, quicquid aevo prisco praeclari est gestum, asserat, in exteras plerasque ac illarum praerogativas non raro sit iniurius, argumentisque adversus istas depugnet, prima quidem interdum fronte speciosis, sed minus tamen solidis et iusto robore destitutis." — Quales lites et molestiae, fere ridiculae, huic Mollero ob iudicium de opere Rudbeckiano, antea in eiusdem Isagoge ad Hist. Chersonesi Cimbricae latum, excitatae fuerint, quaque ratione easdem dispulerit, ipse loco laudato refert. — Olai Rudbeckii filium, eiusdem nominis, Tomum operis quartum praelo habuisse paratum, docent *Acta literaria Sueciae* Anni 1720. p. 57. Alii adeo affirmant, maximam tomi quarti partem typis iam excusam, sed incendio quodam deletam fuisse; eodem quoque Rudbeckii typographiam omniaque fere tomi tertii exempla periisse. — Hinc tomus iste tertius inter summas raritates bibliographicas referri solet, nec tomi duo priores in Germania vulgares sunt.

Cf. Bibl. hist. sel. Struv. Buder. T. II. p. 1602.
- BAUMGARTENS *Nachr. von merkw. Büchern* T. II. p. 318-356.
DENIS *Merkwürdigkeiten der Garell. Bibl.* p. 603.

CHRISTOPH. PHIL. *de* WALDENFELS (*Antiquarii Helvetici flor. circa a.* 1662) Selectae antiquitatis libri XII. *Norimb.* 1677. 4. — Auctor a. 1662 in 12. libellum hoc titulo: Monumentum historicum 1) de maioribus nostris, 2) deque Voitlandis Nariscis, de Waldfels.

 edide-

ediderat, quod Christiano Ernesto, Marchioni Bran denburgico, sacrum esse iussit, cuius etiam in gra tiam succincta Domus Brandenburgicae illustrati adiecta est. Hunc libellum postea auxit et emenda vit, novo titulo praefixo, illustratione tamen domu Brandenburgicae, nec non tribus tabulis aeneis nu lius momenti, omissis. Attigit, haud penetravit a gumentum de origine gentium nationumque migra tionibus, atque praecipuis Germanicarum maxim dilocationibus.

Kircher. ATHANASII KIRCHERI (*Iesuitae, e territor Fuldensi oriundi, Prof. lingu. orient. theol. et math Herbipolitani, postea Avenionensis, denique Romae* † 1680) Turris Babel, sive Archontologia, qua *pr mo*, priscorum post diluvium hominum vita, mor rerumque gestarum magnitudo, *secundo*, turris fa brica, civitatumque exstructio, confusio linguarum et inde gentium transmigrationes, cum principaliu inde enatorum idiomatum historia describuntur e explicantur. *Amstelod.* 1679. fol. cum figg. aen. — Plenus quidem liber iconibus, sed in quo parum in venias, quod ad rem ipsam pertinet; somnia potissi mum, frivolas coniecturas atque commenta ventol Kircherus, nimia quasi eruditione laborans, lectori bus obtrudere solet.

Ludewig. IOAN. PETRI LUDEWIG Historia sine parente De causis fabularum circa gentium origines. *(Diss acad.) Halae Magdeb.* 1693. 4. recus. *ibid.* 1739. 4 et in eiusd. *Opusc. miscell.* T. II. p. 475. — Principi sana de historia scrutanda antiquissima et de gentiu primordiis in hac dissertatione regnant, quae rectiu historiarum studium saeculo nostro haud parum pro movisse videntur.

Gürtler. NICOLAI GÜRTLERI *(D. et Prof. Theol. Hanc viensis, Bremensis, Daventriensis, Franequerensis,* † 1711 Origines mundi, et in eo regnorum, rerum publica rum, populorum, horumque duces, migrationes, di

religic

religio, mores, instituta, res gestae civiles, sacrae, bellicae. Referuntur omnia ad loca et tempora sua, et ex ipsis fontibus, fereque propriis historicorum verbis ad modum historiae universalis, cum maxime ecclesiasticae, repraesentantur, cum indicibus necessariis iisque locupletissimis. *Amstelod.* 1708. 4. — Duobus libris hoc opus absolvitur, ubi, facto ab ipsa mundi creatione initio, primus XXII capitibus usque ad exitum Israelitarum ex Aegypto, alter XXXV capitibus usque ad Saulis tempora perducitur. Librum primum auctor partitur rursus, secundum ea, quae ante et post diluvium fuerunt facta. Cumque post diluvium solennis illa in totius orbis regiones dispersio fieret, ab hoc tempore, secundum regna diversa, historiae suae telam pertexit, ita ut ex Asia in Africam, et hinc denique in Europam transeat, singulorumque, quos narrat, populorum tum originem, tum instituta, divina pariter ac humana, ea ratione, quam operis inscriptio pollicetur, investiget. Collectanea igitur hic habes egregie ordinata, adspersis auctoris sententiis, quibus haud raro a Bocharto, Kirchero, Marshamo, aliisque dissentit: saepe tamen et ipse fallitur, ut in his rebus, ubi monimenta coaeva deficiunt, fieri solet.

Cf. *Hamburg. Bibl. hist.* Cent. III. p. 309.

GOTTFR. GUIL. LEIBNITII Meditatio de originibus gentium, ductis potissimum ex iudicio linguarum; in *Miscellaneis Berolinensibus* (1710. 4.) p. 1 sqq. Viam hac dissertatione vir immortalis recentioribus viris doctis monstravit, qua felicius populorum origines investigare potuerint, reque vera investigare studuerunt. Cum enim remotae gentium origines historiam transcendant, linguae veterum monimentorum vicem praestare possunt. Earum vetustissima vestigia superesse in nominibus fluviorum atque sylvarum, urbium item, villarum, aliorumque locorum, immo et hominum, Leibnitius monuit. Leibnitz

 RICHARD

Cumberland. RICHARD CUMBERLAND (*Epiſcopi Petro genſis in Anglia*, † 1719) Origines gentium antic ſimae, *or Attempts for diſcovering the times of the planting of Nations, in ſeveral Tracts, publiſh'd his Lordſhip's manuſcript by* SAM. PAYNE. O hocce primum conſtituerat partem ſecundam ve nis Anglicae fragmentorum Sanchuniathicorum, eodem Cumberlando elaboratae et a Paynio, Ca lano eius domeſtico, poſt auctoris mortem *L* 1720. 8. in lucem editae. Deinde ſeparatim pr *ibid.* 1724. 8. Theotiſce a IOH. PHIL. CASS Prof. Bremenſi, *Magdeb.* 1754. 8. — Et Cumber dus, propter diligens monimentorum examen, haud raro titubet, audiendus, ſi de gentium orig bus diſputatur.

Mascov. IOH. IAC. MASCOVIUS in fine tomi ſecundi ris immortalis, quod inſcribitur: *Geſchichte der T ſchen bis zu Abgang der Merovingiſchen Könige* (L 1737. 4.), variorum populorum hiſtoriam antiq rem obſervationibus egregiis novisque illuſtravit, cto critices uſu inſtructus.

Freret. *Vues générales ſur l'origine & le mélange des anc nes Nations, & ſur la maniére d'en étudier l'hiſto par Mr.* FRERET; *dans l'hiſt. de l'Acad. des Inſcri* T. XVIII. p. 49.

Burigny. *Diſſertation ſur les origines fabuleuſes des nati par Mr.* BURIGNY; ibid. T. XXIX. p. 35.

Peyſſonnel. *Obſervations hiſtoriques & géographiques ſur ſieurs peuples, qui ont habité ſur les bords du Danub du Pont Euxin. Par M. de* PEYSSONNEL (*Conſ Smyrne*). à Paris 1765. 4 mai. cum figg. aen. — I ab Argonautis auctor doctiſſimus migrationes va populorum ſeptentrionalium et, ut vulgo audiu Scythicorum deſcribere ac definire ſtudet. Coniec rae et hypotheſes, quas profert, omnes fere erudit nem haud vulgarem et ingenium ſubactum ſpira Scriptoribus hiſtoriae Byzantinae diligenter uſus

Cf. *Götting. Anz.* a. 1765. p. 1226.

Multo diligentius autem maioreque eruditionis apparatu rem egit IOH. THÜNMANN, natione Suecus, Prof. eloquentiae et philologiae Halensis († 1778), libro, qui inscribitur: *Untersuchungen über die Geschichte der östlichen Europäischen Völker. I Theil.* Leipzig 1774. 8. Non ad finem has disquisitiones auctor perduxit, sed in his fragmentis multa attulit nova, quae ulteriori scrutationi ansam praebere possint. Thu[nmann]

Origine des premiéres Sociétés des peuples, des sciences, des arts, & des idiomes anciens & modernes. à Paris 1769. 8. — Mera exhibet aegri ingenii somnia auctor LUD. POINSINET DE SIVRY. Terrarum orbem minime ab oriente versus occidentem, ut omnes inter se conveniunt viri docti, sed ab occidente orientem versus cultum, adeoque omnes orientis populos colonias Celtarum fuisse, qui Hispaniam, Galliam et Germaniam, tanquam aborigines, tenuerint, eosdemque Celtas post multa fata sat infelicia artium disciplinarumque inventores evasisse. Penitus qui portenta auctoris mirabilia cognoscere cupit, adeat *Götting. Anz.* a. 1770. p. 1217. et *Philologische Bibl.* (Goetting. 1770) T. I. p. 68. Poinsinet Sivry.

Remains of Japhet being historical Enquiries into the affinity and origin of the European Languages by JAMES PARSONS. London 1769. 8. — Eruditionis et diligentiae multum, sed iudicii parum, Anglus prodit: cognitione quoque linguarum orientis necessaria destituitur. Magogi posteros e regionibus septentrionalibus descensos Hiberniam primos inhabitasse: Gomeritas vero e terris meridianis deventos Britanniam occupasse; et quae sunt huius farinae reliqua. Cf. *Betracht. über die neuest. hist. Schr.* T. II. p. 15. Parsons.

PETR. FRIEDR. *de* SUHM (regi Daniae a consiliis principalibus, *Conferenzrath*, eiusque cubicularius nobilis primi ordinis) *Forsög til et Udkast over Fol-* de Suhm

kernes Oprindelse i Almindelighet, som en Inledning til de Nordiske Folkes i Särdeleshed. Kiöbenhavn 1769. 4. — Omni scriptorum et eruditionis apparatu instructus auctor, reipublicae litterariae carissimus, gravissimum argumenti de gentium originibus examen aggressus est. Dum scilicet animo conceperat opus amplissimum de patriae suae historia, de qua infra dicetur, origines reliquarum Septentrionis nationum investigandae erant: ut vero hoc negotium recte procederet, aliorum quoque populorum initia exploranda veniebant. Minime autem temere sequitur Suhmius alios, sed eorum opiniones acriter perpendet, fontesque errorum investigat. Quaestiones vel maxime impeditas, felici perspicuitatis dono adiutus, sine molestis ambagibus explicare valet. Dubia his in rebus obscuris semper manebunt. Principia etiam auctoris nonnulla plausum haud tulere, v. c. si, capite X Geneseos singulos Noachi filios, nepotes etc. enumerari, contendit. Sex capitibus opus absolvitur. Primo regulae, quibus historia de gentium originibus nititur, explicantur; secundo regulae, quibus populorum cognationes et dispersiones secundum eorum linguas inveniendae; tertio agitur de posteris Semi; quarto et quinto de posteris Chami et Japeti (et de his quidem copiosissime); sexto de posteris Gomeri.

Cf. *Götting. Anz.* a. 1769. p. 896.

Anville. *Etats formés en Europe après la chûte de l'Empire Romain en Occident. Par M.* D'ANVILLE, *de l'Académie Royale des Inscriptions & Belles Lettres, & de celle des Sciences de Petersbourg, Sécrétaire de S. A. S. M. le Duc d'Orleans* († 1782). à Paris 1771. 4 mai. cum mappa geographica. — Opus eruditionis bene subactae et exquisitae plenum, et Francogallis perutile; non item Germanis, quippe qui iam dudum historiam regnorum, ex interitu imperii Romani occidentalis enatorum, variis libris diligenter coluerunt et explicarunt.

carunt. Poſt ſtrictam cauſarum, quibus imperium iſtud corruit, enumerationem auctor quinque ſectionibus de Germania, Gallia, Italia, Hiſpania et Britannia agit, qualiaque regna inde a magna populorum migratione usque ad ſaeculum p. C. n. XII in iis orta fuerint, luculenter oſtendit. Appendicis loco typis repetita eſt auctoris diſſertatio de populis, Daciam Traiani hodie inhabitantibus, e voluminibus Academiae inſcriptionum Pariſinae.

Cf. GATTERERS *hiſt. Journal* T. I. p. 152.

Eodem fere tempore idem argumentum de gentium migrationibus, ſaeculo p. C. n. primo ortis perque plura ſaecula in Aſia et Europa continuatis, eximie pertractavit novisque obſervationibus illuſtravit IOH. CHRISTOPH. GATTERER in libro ſupra p. 224. a nobis iam laudato: *Einleitung in die ſynchroniſtiſche Univerſalhiſtorie* p. 629-1000. Nemo ſane, qui nunc eandem viam inire cupit, hoc adminiculo praeſtantiſſimo carere poteſt, aut negligere illud debet. Gatterer

Hiſtoire ancienne des Peuples de l'Europe, par M. le Comte DE BUAT, *Miniſtre Plenipotentiaire du Roy* (de France) *près de l'Electeur de Saxe, Auteur des Origines, ou ancien Gouvernement de la France, de l'Allemagne, & de l'Italie.* à Paris 1772. XII Voll. in 12 mai. — Auctor, aliis quoque ingenii et eruditionis monimentis clarus, duas potiſſimum operis ſui epochas ſive partes conſtituit. Prima continet hiſtoriam gentium Europaearum antiquiſſimam, eo quidem tempore, quo Graeci et Romani maxime floruere, usque ad Daciae expugnationem, ultimam Romanorum a barbaris ſic dictis populis reportatam victoriam: altera exponit hiſtoriam imminutionis et interitus imperii Romanorum, usque ad eius inſtaurationem per Carolum M. et, quod ad res Orientis pertinet, usque ad expugnationem Conſtantinopoleos a Turcis peractam. Comes Buat.

int. *A new System or an Analysis of ancient Mythology etc.* By JACOB BRYANT. *London* 1773. 1774. II Voll. in 4 mai. — Auctor, Duci Cunetiano f. Marlinsburgensi a secretis, opere hoc veterum fabulas historiae accommodare sive traditiones a fabulis secernere, historiamque populorum antiquiorum, v. c. Chaldaeorum, Babyloniorum, Aegyptiorum, Canaanitarum, Helladum, Ionum, Pelasgorum, Scytharum, Indoscytharum, Aethiopum, Phoeniciorum etc. condere, eorumque migrationes variasque sedes describere studuit; id quod permagna quidem raraque eruditionis copia ac modestia singulari, verum etiam, more Rudbeckiano, etymologiis nimium intentus atque hypothesium amore ductus, sic perfecit, ut eius ingenium divinum literarumque peritiam singularem admirari, simul vero eorundem abusum vehementer dolere debeamus.

Cf. *Götting. Anz.* a. 1774. p. 73. a. 1775. p. 476.

illy. *Lettres sur l'origine des sciences & sur celle des Peuples de l'Asie, addressées à Mr. de Voltaire par Mr.* BAILLY, *& précédées de quelques lettres de Mr. de Voltaire à l'Auteur. à Londres & à Paris* 1777. 8. Theotisce *Lips.* 1778. 8. — Splendida ingenii vi, minime vero historia adiutrice, auctor probare conatur, omnes disciplinas humanas haud quaquam a gentibus Asiae meridionalis, sed a boreali quodam populo, longe antiquiore, historiis ac traditionibus ignoto, inventas, cultas, perfectas, Asiamque non a meridie versus septentrionem, sed inversa potius ratione, hominibus coloniisque frequentatam fuisse.

Cf. MEUSELS *Neueste Litter. der Geschichtkunde* P. III. p. 21.

hrer: IOH. KEHRERI de caussis et effectibus migrationum a populis septentrionalibus in provincias imperii Romani susceptarum Commentatio; in *Actis Societatis*

ietatis Iablonovianae (Lipſ. 1781. 4 mai.) T. V. p. 58 - 200. Recentiſſimae huius ſcriptionis cognitio- iem aſſequi nondum potuimus.

* * *

STRITTERI *Memorias populorum*, huc quoque ertinentes, infra, ubi de Scriptoribus Byzantinis ermo erit, laudare, aliaque ſimilis argumenti ſcripta ptioribus locis commemorare liceat.

ANALECTA QUAEDAM OPERA RUMQUE ERRORES.

P. 8. lin. 14. addatur: *Parif.* 1669. XV Voll. i 12. *ibid.* 1684 (novo tantum titulo). *à Dresde* 1756 1759. VII Tomi in 8.

Ibid. l. 40 addatur: Verfio *Itala* prodiit *Nea* 1749. II Voll. in 8.

P. 17. l. 32 addatur: Recenfetur in (GROSCHU FII) nova librorum collectione *Fafc.* II. p. 354.

P. 18. poft lin. 6 addatur: IOH. MICH. HERBART Progr. *Beweis, daß die Unparteylichkeit eines Gefchicht fchreibers eine fchwere Sache fey.* Oldenburg 1748. 4

P. 19. poft lin. 13 ponatur: IOH. BALTH. STAI CKII Progr. de nexu feu vinculo fororio, quod inte ftudium hiftoricum et philofophicum, maxime ver politicam, intercedit. *Norimb.* 1746. 4.

Ibid. l. 40 l. KRANEWITTER.

P. 20. poft lin. 25 addatur: *Letters to a youn Nobleman.* Lond. 1762. 8. Octo funt epiftolae differtationes, quarum priores quatuor de hiftoria utilitate agunt.

Ibid. poft lin. 37: JOH. GEORG WIGGER *Moral der Clio, ein Verfuch über den Einfluß der hifto rifchen Lectüre in die Befferung des Herzens.* Leipzi 1782 (potius 1781). 8.

P. 22. poft l. 25: M. CHRISTI. GOTTHOLI WILISCH *Abhandlung von den Bemühungen der Poë ten, die Gefchichte alter und neuer Zeiten, unter allerle Völkern, und mancherley Ländern zu befchreiben; neb einigen kleinen hieher gehörigen völlig eingedruckten Ge dichten, und etlichen aus den Gelehrten-fowohl als auc Weltge*

Weltgeschichten beygefügten Anmerkungen. Leipzig 1761. 4.

P. 32. l. 40. Bibliotheca ibi laudata Lemgoviensis volumine XX (1781) clausa est.

P. 39. post lin. 3 addatur: *Theoph. Siegfried. Bayeri* vita in *Bibliotheque Germanique* T. L. p. 199. CHAUFEPIE' Dictionnaire; et ex hoc Theotisce in collectione, quae inscribitur: *Sammlung von merkwürdigen Lebensbeschreibungen, größtentheils aus der Britannischen Biographie.* (Halle 1759. 8 mai.) T. V. p. 832. et in KLOTZII Praefatione ad Bayeri Opuscula a se edita. *Halae* 1770. 8 mai.

Vie de Mr. Bossuet, *Evêque de Meaux. Par M.* DE BURIGNY. *à Paris* 1762. 12.

Ibid. l. 40 adde: *Beyträge zur Erweiterung der Geschichtkunde, herausgeg. von* Meusel. (*Augsb.* 1782. 8 mai.) T. II. p. 283.

P. 42. ad lin. 1. *Holbergium* iam ante a. 1749 vitam suam scripsisse credibile; nam *Gabr. Christi. Rothe* illam a. 1745 Hafniae e Latino in Theotiscum sermonem transtulit.

P. 43. post lin. 4 addatur: *Mémoires pour servir à l'histoire de la Vie & des Ouvrages de M. l'Abbé* LENGLET DU FRESNOY. à Paris 1761. 12.

P. 46. post lin. 8 ponatur: *The Life of the Rev.* HUMPHRY PRIDEAUX. Lond. 1748. 8.

Ibid. post lin. 17: FRANC. DOMIN. HAEBERLINI Progr. I. de REINERI REINECCII, Steinhemii, primi historici Helmstadiensis, meritis in omnem historiam, ut et academiam Iuliam. *Helmst.* 1746. 4.

P. 57. l. 19 addatur: Cf. CASP. SAGITTARII Exercitationes IV in Iustini historiam. *Helmst. et Ien.* 1665-1685. 4.

P. 65. post lin. 32 addatur: PAULUS WINFRIED s. WARNEFRIDUS s. potius WARNEFRIDI scil. filius, FOROIULIENSIS, LANGOBARDUS, DIACONUS, DIACONUS AQUILEGIENSIS, MONACHUS

CASSI-

CASSINENSIS, PAULUS CANCELLARIUS (†circa a. 799), scripsit *Historiam Miscellam*, cuius libri XI priores *Eutropii* breviarium historiae Romanae, tamen sine ulla huius scriptoris mentione, adspersis passim interpolationibus, comprehendunt. Libro XII usque ad XVI narrata est historia inde a Iuliano Imp. usque ad Iustinianum I. Addidit postea LANDULPHUS quidam SAGAX (ab aliis PANDULPHUS s. RANDULPHUS DE COLUMNA dictus, Francogallus, florens circa finem saeculi XIII) VIII libros, quibus historia deducta usque ad a. 813. Integrum ergo opus libris XXIV absolvitur, saepiusque typis expressum est, v. c. libri XI priores sub *Eutropii* nomine prodierunt cum Ter. Varrone de L. L. *Romae* 1471. fol. Deinde cum Suetonio et reliquis historiae Aug. Scriptt. *Mediol.* 1475. fol. Libri XVI separatim *Basil.* in off. Froben. 1532. fol. Iidem libri cum additamento Landulphi Sagacis *Paris.* 1531. 8. Per *P. Pithoeum*, *Basil.* 1569. 8. Cura *Henr. Canisii* cum variantibus lectionibus *Ingolstad.* 1603. 8. Inter Scriptt. hist. Augustae Latinos cum summariis capitum et emendationibus ex codd. bibliothecae Palatinae, et notis *Iani Gruteri*. *Hanoviae* 1611. fol. Exacta haec historia miscella et castigata ad MSS. codd. Ambrosianae bibliothecae, additis notis et variis lect. H. Canisii, in T. I. P. I. p. 1. Scriptt. rer. Ital. *Muratorii.*

Cf. MOLLERI D. de Paulo Diacono. *Altorfi* 1686. 4.
Hamburg. Bibl. hist. Cent. II. p. 63.
HAMBERGERS *Zuverläss. Nachr.* T. III. p. 535.

P. 73. post lin. 8 addatur: *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. IX. p. 42.

P. 77. l. 12. leg. Saeculo *decimo tertio.*

P. 80. l. 5. leg. *Bibliographia.*

P. 112. inter lin. 31 et 32 asterisci ponendi sive linea ducenda.

P. 126. post lin. 6 ponatur: T. XVI. P. IV. — 1781. Historia Sueciae ab a. 1521 usque ad a. 1632.

P. 128. l. 28 ante vocabulum *Hispanica* ponatur: *Polonica*, auctore IOSEPHO ALEXANDRO, Principe IABLONOVIO. *Lublin.* 1747.

P. 129. l. 32 legatur: curam inde a T. XXII. huius paginae 390 primae a *le Beau* adhuc elaborate, in se suscepit AMEILHON, Bibliothecarius civitatis Parisinae.

P. 131. l. 14 addatur: *Italice* a SELVAGIO CANTURANO. *Venet.* 174.. 4. *Theotisce* Aug. Vind. 1776 sqq. Nondum absoluta haec versio, cuius auctor anonymus multa a Calmeto minus accurate dicta mutavit atque emendavit.

P. 135. l. 12. MICH. HISSMANN, Doctor philosophiae Goettingensis, versionem operis Francogallici Theotiscam coepit, eique animadversiones adiecit, hac quidem inscriptione: *Neue Welt - und Menschengeschichte; aus dem Französischen, mit Zusätzen und Anmerkungen von* Mich. Hissmann. *Alte Geschichte. I Band, mit Landkarten. — Neue Geschichte. I Band. Münster und Osnabrück* 1781. 8 mai.

P. 145. ad lin. ult. addatur: *avec des Remarques sur le texte de cet Auteur, & sur la traduction qu'on a publié de son ouvrage en* 1734.

P. 171. ad calcem notetur: *Istoria d'Europa, che comincia da negoziati della Pace de Riswich del 1697 fino al due Trattati di Belgrado del 1739 conchiusi fra Imperatore, la Moscovia e la Pòrta. Scritta di* GIUSEPPE DI ROSA. Napoli 1745. VIII Voll. in 4.

P. 180. l. 35. l. *Geisthirt.*

P. 213. post lin. 8. SIGBERT HAVERCAMP'S *Allgemeen Historie van Europa, Asia en Africa, med duizenden Histori-Penningen opgeheldert.* Haag 1736-1739. III Partes in fol. Historia universalis numismatica, seu potius dissertationes in numos antiquiores, usque ad regulos Asiaticos, Romanorum imperio subiectos. Auctor continuare voluit opus usque ad Carolum M. titulus libri certe hoc prodere videtur: sed

ſed labori eruditiſſimo immortuus eſt. Numi plurimis tabulis aeneis inciſi conſpiciuntur.

P. 214. poſt lin. 29 addatur: FRIED. SAM. BOCKS *Einleitung in die Kenntniß der Reiche und Staaten der Welt, nach der ältern, mittlern und neuern Zeit.* Königsberg 1745. 8. ibid. 1750. 8.

P. 223. l. 34 deleantur verba: *et ordo.*

P. 231. l. 27 lege *primas.*

P. 255. l. 11 leg. AUG. LUD. SCHLOEZER.

P. 277. l. 17 ante numerum 8 ponendum: III *Voll.* — Ibid. l. 18 lege: *Definit.*

P. 281. l. 24 inſerenda editio Venetiana 1565. 8.

P. 304. l. 7 lege *Secundus.*

P. 322. l. 35 poſt verbum prodiit inſeratur: Epitomen huius editionis elaboravit IAC. PHILIBERT ROUSSELOT DE SURGY, hoc indice: *Mémoires géographiques, phyſiques & hiſtoriques, ſur l'Aſie, l'Afrique & l'Amérique, tirés de Lettres édifiantes.* à Paris 1767. IV Voll. in 12 mai.

BIBLIOTHECA
HISTORICA

INSTRUCTA

A

B. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis I Pars II.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

MDCCLXXXXIV.

VIRO

ILLUSTRISSIMO GENEROSISSIMO
EXCELLENTISSIMO

CAROLO FRIDERICO REINHARDO L. B. DE GEMMINGEN

SERENISSIMO PRINCIPI MARGGRAVIO BRANDENBURGICO UTRIUSQUE PRINCIPATUS A CONSILIIS INTIMIS CONCILII AULICI REGIMINIS ET IUSTITIAE PRAESIDI REFERENDARIO INTIMO EQUITI ORDINIBUS BRANDENBURGICO AQUILAE RUBRAE AC BADENSI ADSCRIPTO

QUEM
MUSAE BRANDENBURGICAE
VELUT NUMEN TUTELARE
LITTERATI
TANQUAM MAECENATEM
INDULGENTISSIMUM
BONI OMNES
UT SIDUS BENIGNISSIMUM
EXTOLLUNT ET VENERANTUR
HAEC BIBLIOTHECAE HISTORICAE
PARS
SACRA ESTO.

INDEX
CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

Sectio I.

Sectio II.

Sectio III.

Sectio IV.

C. I

Sectio

ſed labori eruditiſſimo immortuus eſt. Numi pluri-mis tabulis aeneis inciſi conſpiciuntur.

P. 214. poſt lin. 29 addatur: FRIED. SAM. BOCKS *Einleitung in die Kenntniß der Reiche und Staaten der Welt, nach der ältern, mittlern und neuern Zeit.* Königsberg 1745. 8. ibid. 1750. 8.

P. 223. l. 34 deleantur verba: *et ordo.*

P. 231. l. 27 lege *primas.*

P. 255. l. 11 leg. AUG. LUD. SCHLOEZER.

P. 277. l. 17 ante numerum 8 ponendum: III *Voll.* — Ibid. l. 18 lege: *Definit.*

P. 281. l. 24 inſerenda editio Venetiana 1565. 8.

P. 304. l. 7 lege *Secundus.*

P. 322. l. 35 poſt verbum prodiit inſeratur: Epitomen huius editionis elaboravit IAC. PHILIBERT ROUSSELOT DE SURGY, hoc indice: *Mémoires géographiques, phyſiques & hiſtoriques, ſur l'Aſie, l'Afrique & l'Amérique, tirés de Lettres édifiantes.* à Paris 1767. IV Voll. in 12 mai.

BIBLIOTHECA
HISTORICA

INSTRUCTA

A

BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis I Pars II.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

M DCC LXXXIV.

VIRO

ILLUSTRISSIMO GENEROSISSIMO

EXCELLENTISSIMO

CAROLO FRIDERICO REINHARDO L. B. DE GEMMINGEN

SERENISSIMO PRINCIPI MARGGRAVIO BRANDENBURGICO UTRIUSQUE PRINCIPATUS A CONSILIIS INTIMIS CONCILII AULICI REGIMINIS ET IUSTITIAE PRAESIDI REFERENDARIO INTIMO EQUITI ORDINIBUS BRANDENBURGICO AQUILAE RUBRAE AC BADENSI ADSCRIPTO

QUEM
MUSAE BRANDENBURGICAE
VELUT NUMEN TUTELARE
LITTERATI
TANQUAM MAECENATEM
INDULGENTISSIMUM
BONI OMNES
UT SIDUS BENIGNISSIMUM
EXTOLLUNT ET VENERANTUR
HAEC BIBLIOTHECAE HISTORICAE
PARS
SACRA ESTO.

INDEX
CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

Sectio I.

Sectio II.

Sectio III.

Sectio IV.

C. De

Sectio

Sectio III.

Scriptores de historia Hebraeorum sive Iudaeorum

BIBL

BIBLIOTHECA HISTORICA.

CAPVT I.

SCRIPTORES DE HISTORIA CREATIONIS TELLVRIS GENERISQVE HVMANI.

Moſeh, eiusque interpretes et commentatores.

Ex antiquitate remotiſſima unus MOSEH ſupereſt; qui prima rerum conditarum initia bona ac ſimplici fide perſcripſit, a quo, ceu fonte ac ſcaturigine, rerum initia reliqui deſumſere omnes. Cuius oraculi divinitatem et gravitas argumenti et rerum pondera loquuntur. *) Is vero cum, vel monimentorum antediluvianorum copia deſtitutus, vel ſtudio brevitatem ſectatus, ſumma tantum rerum capita tractet; homines, qui hariolari uberiora in eo voluerunt, innumeris litibus coniecturis ſuis ac divinationibus cauſam dederunt. Gravi ſane cum verioris hiſtoriae damno. Quis enim Praeadamitarum veſtigia apud Moſen vel in ſomnio quaereret? cum primi parentis hiſtoria perſpicua ac ſufficiens ſit: quod huius tamen erroris auctor

*) Cf. IOACH. ERN. STEIN Progr. de auctoritate et fide Moſis hiſtorica profanis ſcriptoribus quibuscunque anteferenda. *Helmſt.* 1723. 4.

praeias. ctor fecit ISAACVS PEYRERIVS, Francogallus, libris, quos inscripsit:

Praeadamitae s. Exercitatio super versibus 12, 13, 14 Cap. V. Epist. Paul. ad Romanos, quibus inducuntur primi homines ante Adamum conditi. 1655. 4. 8 et 12. Omnes tres editiones sine loci auctorisve nominis mentione in lucem prodierunt *Belgice* 1667. 8. Editioni in forma octava accessit eiusdem Peyrerii Systema theologicum ex Praeadamitarum hypothesi, ante iam eodem anno in 4 sine loci mentione typis impressum.

Cf. FREYTAGII Anal. p. 671 sq.

CAR. BENI. LENGNICHS *Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde* (Danzig 1780. 8.) P. I. p. 112 sqq.

Auctor cum in Flandria viveret, iussu regis Hispaniarum 1656 captus et in custodiam datus sententiam de Praeadamitis eieravit. *) Liber ipse Parisiis a carnifice flammis crematus, tali supplicio sane indignus. Contra quem sequentes calamos strinxere:

— *Episcopus Namurcensis, edita censura libri de Praeadamitis* 1655. Videantur quoque scripta sequentia:

IOH. CONR. DANNHAUERI *Praeadamita utis s. fabula priorum hominum ante Adamum conditorum explosa. Argent.* 1656. 8.

IOH. HILPERTI *Disquisitio de Praeadamitis. Amst.* 1656. 8.

IOH. MICRAELII *monstrosa Praeadamitarum opinio. Stetini* 1658. 8.

HENR. URSINI *novus Prometheus Praeadamitarum plastes ad Caucasum relegatus et religatus. Francof.* 1656. 8.

SAM. MARESII *refutatio fabulae Praeadamiticae* etc. *Groning.* 1656. 12.

EUSE-

*) IS. PEYRERII Epistola ad Philotimum una cum deprecatione ad Alexandrum VII de Praeadamitis. *Romae* 1657. 4. *Francof.* 1658. 12. Francogallice *à Paris* 1658. 8.

EUSEBII ROMANI (s. potius PHILIPPI LE PRIEUR) *Animadversiones in libros Praeadamitarum, seu Anti-Exercitatio super versibus 12, 13, 14 Cap. V. Epist. S. Pauli ad Rom.* Paris. 1656. et iterum, cum *Epist. gratul. ad Is. Peyrerium de eius conversione ad Romanam fidem. ib.* 1658. 8 mai.

ANT. HULSII *Non - ens Praeadamiticum. Lugd. Bat.* 1656.

Responsio exetastica ad Tractatum incerto auctore nuper editum, cui titulus Praeadamitae. *Autore* I. PYTHIO, *Ministro Iesu Christi in Swartewael. Lugd. Bat.* 1656.

Cf. BAYLE s. v. *Peyrere.*

Permultorum sane ingenia quaestio de creatione telluris exercuit. Omnia vero, quae de hoc argumento aut sciunt homines, aut suspicantur, *vel* ducta sunt ex opinionibus antiquissimorum populorum et scriptorum, quas *traditiones* appellant, *vel* nituntur, aut niti putantur, auctoritate Mosis, *vel* denique repetita sunt ex ipsa telluris facie et partium eius structura. *) Hic tantum potiores cuiuscunque generis scriptores breviter enumerare liceat.

ANDREAE LIBAVII de universitate et originibus rerum conditarum contemplatio singularis theologica et philosophica, iuxta historiam hexaëmeri Mosaici in Genesi propositam. *Francof. ad M.* 1610. 8. Libav

I. H. HOTTINGERI κτίσις-ἑξαήμερος i. e. historiae creationis examen. *Heidelb.* 1659. 4. Hotting

THOM. BURNETI telluris theoria sacra, originem et mutationes generales orbis nostri, quas aut iam subiit, aut olim subiturus est, complectens. *Londini* 1681. 4. Opus saepius recusum, e. g. *Amst.* 1699. 4, Burnet

A 2 cui

*) Multum otii in hoc argumento pertractando nobis fecit cl. CHRISTI. DAN. BECK, Prof. Lips. doctissimus, commentatione de fontibus, vnde sententiae et coniecturae de creatione et prima facie orbis terrarum ducuntur. *Lips.* 1782. 4.

cui editioni adiecta est Archaeologia philosophica siue doctrina antiqua de rerum originibus. — Theotisce a *Ioh. Iac. Zimmermann* 1698. 4. 1703. 4. — Burneto sequentes praecipue repugnarunt:

HERBERT in sequenti libro: *Some animadversions upon a book entituled: the Theory of the Earth.* Lond. 1685. 8.

ERASMUS WARREN in Geologia *or a Discourse concerning the Earth before the deluge.* Lond. 1690. 4. Respondit Warrenio Burnetus in *an answer to the late objections made by Mr. E. Warren against the Theory of the Earth.* Lond. 1690. fol.

ll. KEILIUS in Examine theoriae telluris a Burneto editae, cum animadversionibus in theoriam novam Whistoni. *Oxon.* 1698. 8.

* * *

Le monde naissant, ou la creation du monde démontrée par des principes très simples et très conformes à l'histoire de Moyse. à Utrecht 1685. 12.

ton. *A new theory of the earth by* WILL. WHISTON. Lond. 1696. 8. Cambridge 1703. 8. editio quinta. *ibid.* 1736. 4. Theotisce *Francof. ad Moen.* 1713. 4. Opposuit illi *Keilius* examen modo laudatum et IO. WITTY *an essay towards a vindication of the Mosaic history of the creation of the World, in several letters.* Lond. 1705. 8. Respondit quidem Whiston: sed properandum ad alios.

I. I. Discours philosophique sur la creation et arrangement du monde. à Amst. 1700. 8.

rer. Geologia siue philosophemata de genesi ac structura globi terreni, *oder natürliche Wissenschaft von Erschaffung und Bereitung der Erdkugel, wie nemlich nach Mosis und der ältesten Philosophen Bericht aus dem Chao durch mechanische Gesetze der Bewegungen die Erde sey herfür gebracht worden, da insonderheit die neueste Theorie und Lehre, betreffend die Vereinigung der H.*

Schrift

Schrift mit der Vernunft, die Erschaffung der Welt in Zeit von 6 Jahren, der Aufgang der Sonnen im Westen, die Erregung der Sündfluth, wie auch Verbrennung der Erden durch einen Cometen, nebenst vielen andern Paradoxis und ungemeinen Sachen aus den besten Englischen Autoren fürgestellt und zur ferneren Censur und Nachforschung der Wahrheit denen curiosis aufgegeben wird von DETHLEVO CLUVERO, *Mitglied der königl. Societät in London.* Hamburg 1700. 4. *Zach. Grapius* in peculiari dissertatione refutavit Cluverum Rostoch....

Cosmologia sacra, *or a discourse of the Universe, by* NEHEMIAS GREW. Lond. 1701. fol. Grew

An Essay towards a natural history of the earth and terrestrial bodies, by IOHN WOODWARD. Lond. 1702. 8. ib. 1733. 8. Vertit Latine *Scheuchzer* Tiguri 1704. 8. Germanice Anonymus *Erfurt* 1746. 8. Wo

Augustiana de rerum creatione sententia, ex pluribus disceptationibus habitis in Archigymnasio Patavino anno 1713 a Fr. HYACINTHO TONTI, Anconitano, Ord. Erem. S. Aug. publico sacr. script. interprete, depromta. *Patavii* 1714. 4.

IOH. GOTTLOB KRÜGER *Geschichte der Erde in den allerältesten Zeiten. Halle* 1746. 8. K

GODOFR. GUIL. LEIBNITII Protogaea, sive de prima facie telluris et antiquissimae historiae vestigiis in ipsis naturae monumentis dissertatio. Ex schedis MS. viri illustris in lucem edita a *Christi. Lud. Scheid.* Goetting. 1749. 4 mai. c. figg. aen. — Theotisce satis sinistre, *Lips.* et *Curiae.* 1749. 8. sine figg. aen. Leib

Histoire des revolutions de globe terrestre (par CELLIUS). *à Amst.* 1752. Cellius.

GEORG CHRISTOPH SILBERSCHLAGS *Neue Theorie der Erde, oder ausführliche Untersuchung der ursprünglichen Bildung der Erde.* Berlin 1764. 8. G. C. S berschl

Entwurf zu der ältesten Erd- und Menschengeschichte, nebst einem Versuch, den Ursprung der Sprache zu finden. Frankf. u. Leipz. 1773. 8. Auctor libri ingenio- Füchsel

fiſſimi, ſtatim poſt eius editionem mortuus, erat GEORG. CHRISTI. FÜCHSEL, Med. D. Rudolſtadienſis.

Cf. *Fortgeſetzte Betracht. über die neueſten hiſtor. Schriften* I. 2. 24.

Wallerius. IOH. GOTTSCHALK WALLERII Meditationes phyſico-chemicae de origine mundi, inprimis Geocoſmi, eiusdemque metamorphoſi. *Upſal.* 1779. 8. Antea (1776) Suecice hae meditationes ab auctore editae erant, Gallice verſae ab I. B. D.* (*Dubois*) Varſov. et Pariſ. 1780. 8. Theotiſce a *Chriſti. Frid. Keller*, qui et notulas adſperſit, *Erford.* 1782. 8 mai.

I. E. Silberschlag. IOH. ESAI. SILBERSCHLAGS *Geogenie, oder Erklärung der moſaiſchen Erderſchaffung nach phyſikaliſchen und mathematiſchen Gründen.* Berlin 1780. II Tomi in 4. — Cf. *Allgem. teutſche Bibl.* T. XLIV. p. 26 ſqq. T. LI. p. 361 ſqq. Adde: *Philoſophiſch-phyſikaliſche Fragmente über die Geogonie, worinn die vornehmſten Meynungen des Herrn — Silberſchlags freymüthig geprüft, und mit den beſten und neueſten Beobachtungen verglichen werden — 1 Theil. Breslau* 1783. 4.

* * *

Scripta potiora, quorum auctores ſententiam, Moſen ex antiquiſſimis maiorum monumentis ſua accepiſſe, aſſerere ſtuduerunt, hi ſunt:

Libavii liber ante laudatus. Cf. *Ioh. Andr. Sixti* de origine hiſtoriae creationis, quam Moſes dedit, obſervationes ſelectae. *Altorf.* 1782. 4.

Astruc. *Conjectures ſur les Mémoires originaux, dont il paroit que Moyſe s'eſt ſervi pour compoſer le livre de la Geneſe, avec des remarques qui appuyent ou qui eclairciſſent ces conjectures.* à Bruxelles 1753. 8. Theotiſce *Francof. ad Moen.* 1783. 8. — ASTRUC, medicus doctiſſimus, huius libri auctor erat, cuius hypotheſin plures exornarunt viri ingenioſi doctique, v. c.

IOH.

IOH. FRIEDR. GUIL. IERUSALEM in *über die Mosaische Religion und Philosophie.* Ed. *Braunschweig* 1773. 8; latiusque in *Betrach über die Wahrheit der christlichen Religion.* ibid. 1768. 8 mai.

IOH. GODOFR. EICHHORN sine nominis mentione in libello, qui inscribitur: *Urgeschichte, Versuch;* in collectione, a se curata, utilissima: *Repertorium für bibl. und morgenl. Litteratur.* P. IV. (Lips. 1779. 8.) Cf. EIUSDEM *Einleitung ins alte Testament.* P. II. (Lips. 1781. 8.) p. 294 sqq. Repugnare studuerunt sententiae Eichhornianae: IOH. GUIL. RAU in Prolus. de fictione Mosaica falso asserta, *Erlangae* 1779. 4, et GEORG CHSTPH. PISANSKI in disquisitione: an Moses priora Geneseos capita ex antiquis canticis compilaverit? *Regiomont.* 1779. 8 mai.

GUIL. FRIED. HEZEL *über die Quellen der Mosaischen Urgeschichte.* Lemgo 1780. 8 mai.

GODOFR. LESS in dissertatione de stilo historico antiquitatis remotioris; in Eiusdem *vermischten Schriften* P. I. (Gotting. 1782. 8 mai.) p. 81-107.

IOH. ANDR. CRAMERS *Untersuchung, ob die Erzählung Mosis von der Schöpfung der Menschen, von ihrem ursprünglichen Zustande und von ihrem Falle für ein Lehrgedicht oder für eine würkliche Geschichte zu halten sey? 1stes Stück;* in eiusdem *Nebenarbeiten zur theol. Litter. und Religion gehörig* (Dessau u. Leipz. 1782. 8).

Nec silentio praetermittendum est opus, opinionum novarum, maximamque partem ingeniosarum, plenum, quo Mosis narratio de creatione orbis terrarum fuse, sed ex criticorum biblicorum sententia parum probabiliter illustratur. En operis epigraphen: *Aelteste Urkunde des Menschengeschlechts;* erster Theil, *eine nach Jahrhunderten enthüllte heilige Schrift;* zweyter Theil, *Schlüssel zu den heiligen Wissenschaften der*

Aegypter; dritter Theil, *Trümmer der ältesten Geschichte des niedern Asiens.* Riga 1774. — Zweyter Band, *welcher den* vierten Theil *enthält.* ibid. 1776. 4. Auctor IOH. GEORG. HERDER, Germaniae nostrae scriptor nobilissimus, perhibetur. — Dissensere, praeter alios, auctores *Bibliothecae Germ. univers. Berol.* T. XXV. P. I. p. 23 sqq. Tom. XXX. P. I. p. 53 sqq. IOH. GEORG. ROSENMÜLLER, olim Professor theologiae Erlangensis, nunc Gissensis, libello doctissimo singulari: *De antiquissima telluris historia* Pars I. *Erlangae* 1775. 4. Editio nova, cum continuatione brevi. *Ulmae* 1776. 8. Theotisce, cum *Rosenmülleri* praefatione, a *Christ. Frid. Kessler von Sprengseysen*, appendice adiecta, *Norimb.* 1782. 8.

CAPVT

CAPVT II.

SCRIPTORES DE ASIA IN GENERE.

Historiam *Orientis*, ex quo in reliquas telluris plagas homines dissipati fuerunt, adgredimur. *Introductionem* succinctam, passim tamen valde vitiosam, in notitiam regnorum statuumque *Orientis* praebet liber, ad modum Pufendorfianae Introductionis *Anglicae* scriptus: Hist. in gener.

An Introduction to the History of the Kingdoms and States of Asia, Africa, and America. London 1705. 8.

Eadem in Germanicum idioma translata et Pufendorfio addita *Francof.* 1707. 8. *ibid.* 1709. 8. *)

Permultum ad historiam et geographiam plurimarum Asiae regionum facit itinerarium MARCI PAULI POLI, *Veneti*, qui ab anno 1272 usque ad 1293, comitibus patre et avunculo, magnam Asiae partem, Mungalorum principi Kublai sive Hu-pi-lai serviens, peragravit, fideque singulari et candore, quae vidit audivitque, retulit. Partem in primis orientalem Asiae accuratius, quam antea, Europaei e Pauli itinerario cognoverunt. Insunt quidem et fabulae ideoque olim opus, quasi fictionibus rebusque anilibus scatens, contemnebatur: at salva est eius praestantia atque integritas. Multa etiam oscitantiae librariorum sunt tribuenda. Codices enim mirum in modum inter se discrepant. Non autem, ut olim credebatur, Latina lingua usus est Paulus in itinere describendo, sed Italica, sive ut tunc appellabatur, vulgari. **) Maxima vero codicum pars versiones continet latinas. Bis enim, forte etiam saepius ex idiomate Veneto in Latinum translatum est Pauli itinerarium. Altera versio Latina mox post autographi publicationem elaborata est a *Francisco Pipino*, Mona- Marci Poli.

A 5 cho

*) Cf. huius Bibl. hist. Vol. I. P. I. p. 197.

**) v. *Apostolo Zeno* ad Bibl. Fontanini T. II. p. 270.

cho ordinis Dominicani: altera ab anonymo f
re. Recentiore quoque Italico sermone Pauli i
rium expressum, atque sic primum typis exsc
Venetiis 1496. 8, hoc quidem titulo: MARCO
Delle maraviglie del mondo da lui vedute, o Viagg
tera vice *ibid.* 1508. fol. (quae editiones sunt
mae) et in collectione itinerariorum (*Naviga*
Viaggi) *Ioh. Bapt. Ramusii* Tomo II. p. 50 sqq
net. 1553) *Latine* Pauli nostri opus primum, qu
scio, prodiit sine loco et anno, saeculo forte c
quarto, in forma quarta. Deinde in collection
-*naei*, cui titulus: *Novus orbis* etc. Basil. 1537. 8.
ro in *Reineri Reineccii* Chronico Hierosolymita
II. *Helmstad.* 1584. 4. Eandem versionem La
collata tamen cum alia ista Franc. Pipini, in
edidit *Andreas Müller* hac inscriptione: MARCI 1
de regionibus orientalibus Libri III; accedit H
Armeni historia orientalis, itemque Andr. Mülleri,
senhagii, de Chataja disquisitio. Coloniae Brandenb
4. Qui liber inter rariores referri solet. Rarita
ro ipsa rarior est versio Hispana, hoc ornata
MARCO POLO *Livro de las cosas maravillosas q*
en las Partes orientales, conviene saber en las
Armenia, Arabia, Persia, e Tartaria, e del po
Gran Can, y otras Reys; con otro Tradato de
Poggio Florentino etrata de las mesmas tierras y
Sevilla 1520. fol. Interpretationem *Theotiscam* q
habemus ab Antonio Sorg typis expressam,
Vind. 1481. fol. Eadem forte versio reperitur i
lectione, a *Michaele Herr* curata atque sic insc
Die new Welt, der Landschaften und Insulen, so
allen Altweltbeschrybern unbekannt — Strasburg
fol. Aliam versionem Theotiscam edidit *Hieron*
giserus Lipf. 1611. 8. Versionem Francogallicam
de memorabilem, nondum typis expressam, i
1307 elaboratam secundum autographum, ab
Marco Paulo Theobaldo cuidam traditum, in b

theca publica Bernensi asservari, docet *Sinnerus* variaque excerpta ex eadem proponit in catalogo Codd. Msc. biblioth. Bernensis (1770. 8.) T. II. p. 419-456. — Versio Francogallica recentior prodiit collectione ista, quam *Petrus Bergeron* curavit (*à la Haye* 1735. 4.) T. II. et in collectione *Prevostiana*..... Editio nova, eaque critica, huius itinerarii enixe petenda est a viris harum rerum peritis.

Cf. LESSINGII *Beyträge zur Geschichte und Litt.* T. II. p. 1 sqq. cf. *Götting. gelehrt. Anzeig.* 1773. p. 1186 sqq.
DOHM ad *Kämpfers Geschichte von Japan* T. I. p. 227.
IAGEMANN (s. potius TIRABOSCHI) *Geschichte der freyen Künste und Wissenschaften in Italien* T. III. P. I. p. 297 sqq.
TOALDO *Saggi di Studj Veneti* etc. (*in Venezia* 1782. 8.) p....

Aliorum Venetorum nobilium, saeculis XV et XVI varias Asiae regiones peragrantium, itinera descripta invenies sequenti collectione: *Viaggi fatti da Venetia alla Tana, in Persia, in India et in Constantinopoli; cioè Viaggio di* JOSAPHAT BARBARO,*) *Ambasciadore di Venetia alla Tana. Viaggio dell' istesso in Persia. Viaggio di* AMBROSIO CONTARENI,**) *Ambasciadore di Venetia, ad Ussuncassam, Rè di Persia. Viaggio di M.* ALUVIGI *di Giovanni in India et in Calicut. Viaggio in Constantinopoli. Viaggio et impresa di Soliman Bassa del 1538 contro Portoghesi.* Venetia 1543. 8. Viaggi fatti da V. etc.

Magni, olim certe, aestimatum opus IOH. BAPTISTAE GRAMMAYE, Antverpiensis, Protonotarii Pontificii, Praepositi Arnhemiensis, Historiographi Belgici, Professoris eloquentiae et iuris Lovaniensis, qui Grammaye.

*) Hoc itinerarium etiam exstat in *Ramusii* collectione et Latine inter scriptores rerum Persicarum *Francof.* 1601. fol.
**) *Iac. Geuderi* versio Latina inter scriptt. rer. Pers. Versio Francogallica, in *Petri van der Aa* Recueil de divers voyages curieux.

qui et ipſe multos vidit homines vrbesque († Lul
cae 1635). Ita vero inſcribitur:

> Aſia, ſeu hiſtoria vniverſalis Aſiaticarum gentium et re
> domi foriſque geſtarum. *Coloniae* 1591. 4. *Antverp.* 1(
> 4. *Francof.* 1640. 4.

Nec contemnenda ſunt opera ſequentia:

ſtaldi. IACOBI GASTALDI (*Itali Saec.* XVI.) Aſiae
ſcriptio. *Venet.* 1561. fol. Opus tribus partibus c
ſtans, cum nominibus locorum antiquis et novis.

nteno. *Hiſtoria de coſas del Oriente, que contiene una*
ſcripcion general de los regnos de Aſia; la hiſtoria de
Tartaros; las coſas del regno del Egipto. Por AMA
CENTENO. Cordova 1595. 4.

urnier. (GEORGII FOURNIER Ieſuitae † 1652) Aſ
nova deſcriptio, in qua, praeter provinciarum ſitu
populorum mores, mira deteguntur et hactenus i
dita. *Lutet. Pariſ.* 1656. fol.

huſius. BARTHOLDI NIHUSII (*Wolpa Brunſuica*
qui a caſtris Proteſtantium ad Romano-Cathol
tranſiens, Epiſcopus Myſienſis et Sigillifer AEpiſc. Mog
tini Erfordiae obiit 1657) Tractatus chorographic
de nonnullis Aſiae provinciis ad Tigrim, Euphrate
et Mediterraneum ac Rubrum maria. *Colon.* 1658.
Deſcribuntur Aſſyria, Meſopotamia, Babylonia, S
ria, Palaeſtina, Arabia, Troglodytica.

pper. OLPHER ſ. OLIVER DAPPERS (Medici Amſ
lodamenſis † 1690) *Aſia of Beſcryving van het R*
des grooten Mogols en eene groote Gedulte van Ind
etc. Amſt. 1672. fol. cum figg. aen. — Theotiſc
Ioh. Chſtph. Beer Norimb. 1681-1688. 3 Voll. in f
c. figg. aen. — Opus ex aliis, vt omnia Dapperia
corraſum!

oen. Neſcio, an huc referri poſſit: *Hiſtoire des ancie*
Empires de l'Aſie, juſqu'à la mort de Cyrus, precedée
l'hiſtoire du monde depuis la création juſqu'à la diſperſi
des peuples, ſervant d'introduction. Par Mr. PL
MYOE

YOEN (Canonicus et Decanus ecclesiae Iprensis) Ypern 1745. 8.

Historia regnorum Asiaticorum, a Marsaeo et Richerio voluminibus XXIV compilata (1754-1773.) supra iam commemorata Vol. I. P. I. p. 130. Marsy et Richer.

Eiusdem fere moduli est opus, ex itinerariis nouissimis conflatum, cuius magna pars in enarrandis Asiae memorabilibus versatur: Mélanges intéressans et curieux, ou Abrégé d'histoire naturelle, morale, civile et politique. à Paris 1763. sqq. XIV Voll. in 12 mai. Auctor est Iac. Philibert ROUSSELOT de SURGY. de Surgy

In eandem classem trahenda Histoire générale de l'Asie, de l'Afrique et de l'Amerique, contenant des discours sur l'histoire ancienne des peuples de ces contrées, leur histoire moderne et la description des lieux, avec des remarques sur leur histoire naturelle, et des observations sur les religions, les gouvernemens, les sciences etc. des nations, par M. l'Abbé ROUBAUD. à Paris 1770-1772. IV Voll. in 4. f. XII Voll. in 12 mai. Roubaud

LUD. ADOLPH BAUMANNS Abriss der Staatsverfassung der vornehmsten Reiche und Länder in Asien. nebst einem Anhange, der die kurzgefasste Geschichte der europäischen ostindischen Handlungscompagnien enthält. Brandenburg 1775. 8. Liber, iuvenum in gratiam ex operibus maioris molis, haud tamen semper optimae notae, satis apte excerptus. Baumann

Charakteristik der merkwürdigsten Asiatischen Nationen. Concentrirt und historisch richtig dargestellt. 1 Theil. Breslau 1776. 2 Th. ibid. 1778. 8. Auctor, IOH. ERD. POPPE, Berolinensis, lectionem vtilem aeque ac iucundam praebet iis, qui vasta volumina Chardini, Du Haldii, De Guignesii fastidiunt. Poppe.

* * *

Nullus forte in hac bibliotheca historica locus aptior commemorationi operis sequentis: L'Euphrate et le Tigre, par M. D'ANVILLE, premier Géographe du Roi (de d'Anville

(de France) *des Academies royales des Inscript. et lett. et des sciences et de celle des Sc. de Petersbourg cretaire* de *S. A. S. M. le Duc d'Orleans* († 178 Paris 1781. 4 mai. Historia ac geographia no lum Euphratis et Tigris, sed etiam regionum vrb que illis adiacentium. — Palmyrae adeo — miro ditionis apparatu, singulari Orientis linguarum c tione, iudicioque haud vulgari describuntur. — *Götting. gel. Anz.* 1782. *Zugabe* VI. p. 81-92.

✣ ✣ ✣

Modius. FRANCISCI MODII Historia rerum in Or gestarum ab orbe condito ad an. 1587. *Franc Moen.* 1587. fol. — Titulus quidem historiam O tis pollicetur, ideoque opus a Struvio et Budero p in hunc censum relatum fuit: at bibliopolae fraus Hieron. Wolfius scilicet Zonarae annales Latine versos primum a. 1556. edidit, quibus postea a. 1 Gregoras, Nicetas Choniates et Laonicus Chal dylas ex versione eiusdem Wolfii, Latine tamen tum, accesserunt, addito cuivis separato indice. auctoribus anno tandem 1587. generalem tit praefixit: Feierabend vero, bibliopola, cuius s bus praecedentes editiones omnes impressae e hanc praesentem, appendice quidem et indice ge li instructam, ope Franc. Modii adornavit, eru vero praefationes Wolfii negligenter omissae sun

✣ ✣ ✣

Walther. IOAN. GEORG. WALTHERI de regionum sionibus publicis et privatis, de Asiae varia notione Asia superiore et inferiore animadversiones ad C Cellarii orbem antiq. et quid. L. III. cap. 1. p. 1, *eiusd. Animadverss. hist. et crit.* p. 143-215.

CAP

CAPVT III.

CRIPTORES DE REBVS ASSYRIACIS, BABYLONICIS, CHALDAICIS, MEDICIS AC PERSICIS.*)

SECT. I.

Scriptores de Assyriorum, Babyloniorum et Chaldaeorum historia antiquiores.

Antiquissimi horum aliorumque Asiae populorum historici sunt BEROSVS, CTESIAS, MEGASTHENES. Quorum tamen non nisi fragmenta et ripta suppositia supersunt:

BEROSUS quidem, Sacerdos Babylonius, Alexandri M. tempore, certe non multo post, natus, bus libris ex annalibus vetustissimis, templo Beli servatis, *Babylonica* condidit sive *Chaldaica*, quibus iam Assyriorum atque Medorum res complexus est: d non nisi fragmenta supersunt, quae servarunt IOSEPHUS *libro I. contra Apionem cap. XVI*, et *libro I. Antiquitatum Iudaicarum cap. V.* atque EUSEBIUS *Praep. Evang.* IX. 14-17. 27. 40-42. *Ioseph. Iust. Scaliger*, ad calcem operis de emendatione temporum, um notis edidit BEROSI fragmenta genuina ex Iosepho et Eusebio collecta (graece): *Ioh. Alb. Fabricius* utem plura ex variis scriptoribus collecta, Graece et atine, in Bibl. Gr. T. XIV. p. 175-211. Quarum aliquiarum ipsarum fidem esse lubricam, nonnulli atuerunt, recentissime quidem *Christoph. Meiners* in istoria doctrinae de vero Deo, (Lemgo 1780. 8.) . 76 sqq. Berosus.

Berosi opus integrum cum aliis scriptis vetustissimis deperditis ex ingenio restituere conatus est IOH. ANNIUS Annius.

*) Cf. Bibl. hist. sel. Struvio-Buder. p. 17 sqq.

ANNIVS s. NANNIVS (verum enim nomen Ital
Nanni erat) VITERBIENSIS, ordinis Praedicato
a. 1432 natus, a. 1502 mortuus, vir linguae Lat
Graecae, Chaldaicae, Arabicae eruditus, et ant
tatis studiosissimus. Annii quidem coaevi tanto
su opus extulere, ut in omni fere historia fidem r
retur apud plerosque; Hispanicarum certe rerum
ptores Berosi et Annii fidem saepissime fuerunt s
Ubi vero a nugis sapere coeperunt eruditi, h
Annii esse figmenta probe agnoverunt. Non d
tamen, qui modestius de hoc scripto eiusque au
esse censendum existiment, et aliquid tamen in illo
sibi deprehendere videantur. Acerrima inde sa
superiore inter eruditos viros super hoc argum
excitata contentio est; de qua referemus, si
varias Berosi Anniani editiones consignaveri
Omnium prima videtur *Romana* a. 1498 *) cui,
reliquis editionibus, alia figmenta Anniana ac
sunt, hoc quidem titulo: *Antiquitatum variarum*
mina XVII, cum commentariis Fr. Ioannis Annii V
biensis fol. Eodem anno eademque forma haec
typis repetita *Venetiis* a *Bernardino de Vitali.* S
est editio Parisina hoc titulo ornata: *Berosus B*
nicus de his, quae praecesserunt inundationem terr
item Myrsilus de origine Turrhenorum; Cato in frag
tis; Archilocus in Epitheto de temporibus; Metas
de iudicio temporum; Philo in breviario temporum,
nophon de equivocis temporum; Sempronius de div
Italiae; Q. Fabius Pictor de aureo saeculo et origi
bis Rhomae; Fragmentum Itinerarii Antonini Pii
tercatio Adriani Augusti et Epicteti; Cornelii Ta
origine et situ Germanorum opusculum; C. C. (Celt
situ et moribus Germanorum. 1511. 4. Brevis prae
s. dedicatio subscripta: *Parrhisii apud collegium Pl*

*) Laudatur quidem editio antiquior a. 1481, merito
suspecta.

cum VI. Non. Maias MCCCCCX. *) — Commemoratur porro editio *Parisina* a. 1512, forte illa ipsa, quam modo indicavimus. Hanc excepit, quam AEL. ANTONIUS NEBRISSENSIS curavit *Burgis* in officina Alemanni 1512. 4. (Cf. Specimen bibl. Hispano-Maiansianae p. 25.) Tum Parisina alia a. 1515. fol. *Basileensis* 1530. 4; et *Antverpienses*, in aedibus Ioan. Stelsii 1545. 8. et 1552. 8; a prioribus editionibus in eo differunt hae Antverpienses, quod contineant Lib. I. Marii Aretii, Patricii Syracusani, de situ insulae Siciliae, eiusdemque dialogum, in quo Hispania describitur. Omnes has editiones raras partim, partim rarissimas appellant bibliographi. Parabiliores sunt: *Heidelbergensis* ex bibliopolio Commeliniano 1599. 8, et *Vitembergensis* 1612. 8, qua continentur: *Berosi Antiquitatum totius orbis libri V; Manethonis supplementorum ad Berosum liber I; Xenophontis aequivoca; Fabii Pictoris de aureo saeculo et origine urbis Romae libri II; Myrsili Lesbii de bello Pelasgico liber; M. Catonis fragmenta de originibus; Antonii Pii itinerarium; C. Sempronius de divisione Italiae; Archilochus de temporibus; Megasthenes de iudiciis temporum et annalium Persarum; Philonis Iudaei breviarium de temporibus; Ioh. Annii de Etrusca simul et Italica chronologia liber I; Cl. Marius Aretius de situ insulae Siciliae liber I; Eiusdem Dialogus Calipho, in quo Hispania describitur; Ioh. Annii de temporibus primis, et de quatuor ac viginti regibus Hispaniae et eius antiquitate liber I.*

Duas etiam Italicas versiones huius operis habemus: 1. *L'antichità di Beroso Caldeo, con gli altri finti scrittori messi fuori per Annio da Viterbo, cioe, Mirsilo Lesbio, Archiloco, Manetone etc. Tradotto da* PIETRO LAURO. In Venet. 1550. 4. 2. *L'antichità di Beroso — Tradotto da* FRANCESCO SANSOVINO, *accresciute,*

*) Cf. T. C. HARLESII Introd. in notit. litter. Rom. T. I. p. 74. T. II. p. 477.

sciute, dichiarate e con diversi annotazioni illustrate. ibid. 1583. 4.

Primi, quantum scimus, qui de operis Anniani fide dubitarunt, Itali fuere, scil. M. ANT. COCCEIUS SABELLICUS Ennead. VIII. Lib. 5. PETR. CRINITUS de honesta disciplina, L. XXIV. cap. 12. et RAPH. MAFFEUS VOLATERRANVS Comment. urb. L. XXXVIII. Assensum praebuerunt: LUD. VIVES de tradendis disciplinis L. V. p. 507. IOAN. GOROPIUS BECANUS Libro IV. Origin. Antverp. p. 540. GERH. IOH. VOSSIUS de historicis Graecis L. I. c. 22. et de historicis Latinis L. III. c. 8. SETHUS CALVISIUS, IOH. IUST. SCALIGER, GILB. GENEBRARDUS, PETR. DAN. HUETIUS, aliique. Censor vero Annii acerbissimus exstitit CASPAR VARRERIUS s. BARRERIUS (BARREIROS) Lusitanus, qui a. 1557 sermone Lusitano censuram in eosdem Historicos Annianos conscripsit; cuius versio Latina prodiit *Romae* 1565. 4. hoc titulo: *Censurae in quendam auctorem, qui sub falsa inscriptione Berosi Chaldaei circumfertur.* Adiecta quoque editioni horum scriptorum Commelinianae. Epitomen opusculi reperies in (*Groschuffii*) Nova libror. rar. conlectione p. 65-88. Aliam versionem Latinam dedit ANDREAS SCHOTTVS in Bibliotheca sua Hispanica (*Francof.* 1608. 4.) p. 386 sqq.

Plures tamen etiam defensores nactus est Annius, qui eum certe a falsi suspicione excusare et, illum ipsum ab aliis deceptum fuisse, probare studuerunt. Egerunt hanc rem MUNSTERUS Cosmograph. L. V. c. 8; DAV. CHYTRAEUS libro de lect. hist.; LEANDER ALBERTI in Descriptione Italiae p. 115; CASP. BARTHIUS in Animadverss. ad Gallum p. 62. CAR. SIGONIUS de antiquo iure Italiae L. I. c. 25. p. 54; DION. GODOFREDUS in Praef. ad Hi[illegible] cos antiq. Rom. a se editos. Acerrimus autem ult[illegible] ex Annii ossibus surrexit THOMAS MAZZA, ex eo[illegible]m Dominicanorum ordine, qui apologiam pro il[illegible] composuit,

hac quidem epigraphe: *Apologia per Frate Giovanni Annio Viterbese, nella quale si libera dall' imposture di molti d'haver supposti gli Autori da lui publicati; dal* TOMASO MAZZA. In Verona 1673. fol. Liber perrarus, cuius versio aeque rara prodiit hoc titulo: *Th. Mazzae* opusculum apologeticum, quo Ioh. Annius, Viterbiensis, a recentiorum et antiquorum calumniis vindicatur, ex Italico sermone Latine versum a IOH. BAPT. ECTOREO. *Ronchi* s. a. in 4. Exstat etiam autographum Italicum opere sequenti: *I Goti illustrati, o vero Istoria de Goti antichi, con varie Digressioni in materie parimente antiche e singolari da* Didymo Ropaligero Liviano (i. e. Th. Mazza) *I ensertavi l'Apologia per F. Gio. Annio Viterbese.* In Verona 1679. fol. — Lis hinc exorta sequentia genuit scripta:

Responsio ad notas nobiles Critici anonymi in Apologiam R. P. F. Thomae Mazzae. *Veronae* 1674. 4. Auctor est FRANC. SPARAVIERIUS, contra tamen eius voluntatem edita, passim quoque mutata a *Franc. Macedo.* Qua re commotus ipse *Sparavierius* notas suas in apologiam Mazzae edidit hoc titulo:

FRANC. SPARAVIERII Castigationes ad Apologiam Thomae Mazzae pro Ioanne Annio Viterbiense vindicatae et assertae etiam adversus responsiones ad eas Francisci a S. Augustino Macedi 1676. 4. s. l.

Aucupium Ibis, hoc est: Confutationes obiectionum Elenchistae cuiusdam anonymi in Apologiam pro Annio Thomae Mazzae. Auctore DIDYMO LEOCLAVIO SIVIGLIANO (i. e. *Th. Mazza*). Editum a R. P. F. FRANCISCO A SEXTO, Ordin. Min. Capuc. *Ronchi.* 4.

Ad Franc. Sparaverium plus aequo in Th. Mazzam excandescentem Paraenesis. 1677. 4. Auctore *Th. Mazza.* — Secutum deinde opus iam laudatum: *I Goti* etc.

Nostro adeo, quo vivimus, saeculo Annii causam nonnulli egerunt, v. c.

FRANC. MARIANUS in Oratione pro Ioh. Annio, Viterbiensi. *Romae* 1732. 4. Cf. *eiusd.* Etruria metropolis. *Romae* 1737. 4. et *Breve Notizia delle Antichità di Viterbo. Roma* 1730. 4.

ANGELI FLOERCHEN *Ordin. S. Bened. Profess. Hildesii ad S. Michaelem,* Apologia vindiciaria pro Beroso Anniano, ut vocant, eiusve antiquitatum opusculo, iniuste a quibusdam velut hypolimaeo quondam traducto; itemque pro Berosi filia, Sibyllarum novissima, contra adversariorum quorundam obtrectationes. *Hildesii* 1759. 8. Cf. *Leipz. gel. Zeit.* 1759. N. 98. Add. quae de argumentis P. Michaelis le Quien pro tuenda fide Annii leguntur in *Voyages d'Espagne et d'Italie, — par le P. Labat.* Tom. 7. p. 66 sqq. (ed. Amsterd. 1731. in 12.)

* * *

Academiae Regiae Ulyssipponensis Decretum, quo Academici *Annianorum* et aliorum suppositorum scriptorum auctoritate uti prohibentur; Lusitanice et Latine; in Fabricii Bibl. Gr. T. XIV. p. 219.

* * *

Cf. de Beroso et Annio, praeter iam laudatos, SPON *Voyage* T. I. p. 35. MORHOFII Polyhistor T. I. L. I. c. 6. sect. 33. BAYLE *Diction.* s. v. Nannius. STRUVIUS de doctis impostoribus §. 25. QUETIF et ECHARD Scriptt. ord. Praed. Vol. II. p. 4. HUMPHR. PRIDEAUX Hist. V. T. T. I. p. 712. ed. Germ. I. A. FABRICII Bibl. med. et inf. Latin. Vol. I. L. 4. c. 13. p. 577. Vol. III. p. 886. *Bibl. hist. Hamburg.* Cent. I. p. 231. FREYTAGII Anal. p. 582. IAKSON'S *chronological Antiquities* Vol. I. p. 196. vers. Theot. p. 146. DAN. GUIL. MOLLERI D. de Ioh. Annio, Viterbiensi, Altd. 1692. 4. LAUR. ARRHENII Annius Viterbiensis, specimine academico leviter adumbratus. *Upsal.* 1727. 8. NICERON T. XI. p. 1. et vers. Theot. T. VIII.

VIII. p. 247. APOSTOLO ZENO in Diff. Voff. T. II. p. 186. IOH. SAL. SEMLER de Berofo Babyl. hift. vetufto fcriptore; in *eiusd.* Mifcell. lectt. Fafc. I. c. 2.

CTESIAS, CNIDIUS, floruit circa annum mundi 3600, ante Chr. n. 380, tempore Artaxerxis atque Cyri minoris, cuius medicus erat. Quum autem Cyrus ab Artaxerxe proelio victus interemtusque effet, Ctefias captus Artaxerxi vulnerato opem ferebat eumque fanabat, quapropter huius Perfiae regis archiater primarius fiebat. Qua dignitate regisque favore fummo adiutus Ctefias confcripfit opus hiftoricum, XXIII libros continens, quibus res Affyriorum, Perfarum et Medorum narravit, a Nino et Semiramide vsque ad a. 398 ante Chr. natum. Libri tres priores fiftebant hiftoriam Affyriacam, tres fequentes hiftoriam Medicam, reliqui Perfarum res geftas, a Cyro primo vsque ad Cyri iunioris mortem. Libro XXIII iuncta erant itineraria atque index regum Orientis a Nino usque ad Artaxerxem. Ctefias quoque Indiae defcriptionem compofuit, qua multa mirabilia fabulofaque, quibus fides eius hiftorica fufpecta facta, tradidit. Ifti enim operi notam vaniloquentiae *Photius* inuffit; quo factum, vt etiam Ctefiae operi prius memorato nulla, Herodoto autem et Xenophonti omnis tribueretur fides. Quam temere autem hac in re cum Ctefia actum fuerit, plures faeculi noftri viri doctiffimi demonftrare ftuduerunt. Rectius hac de re iudicare poffemus, fi Ctefiae opera hiftorica integra fervata fuiffent: at periit maxima eorum pars. Sex priorum librorum epitomen quafi fecit *Diodorus Siculus*, reliquorum vero et defcriptionis Indiae *Photius* in bibliotheca fua Cod. 72 et 73 (ex edit. *Hoefchelii* p. 58 fqq.). Excerpta etiam nonnulla fervarunt *Plutarchus*, *Athenaeus*, *Agathias*, *Aelianus*, *Pollux*, aliique. Quae omnia cum verfione Latina typis impreffa triginta fere folia formae maioris complent, Herodotique editionibus plurimis adiecta funt. Habemus etiam librum

 ita

ita inscriptum: *Ex Ctesia, Agatarchide, Memnone excerptae historiae. Appiani Iberica. Item, de gestis Annibalis.* Omnia *nunc primum edita. Cum* Henrici Stephani *castigationibus. Ex offic. Henr. Stephani.* 1557. 8.

Cf. *Hamburg. bibl. hist.* Cent. II. p. 109 sqq.

CHSTPH. CELLARII D. de Ctesiae Cnidii de principio regnorum et historia hypothesibus suspectis. *Hal.* 1694. 4. ibid. 1697 et 1703. 4; et in *eiusd.* Diss. acadd. a I. G. Walchio editis p. 54.

Histoire des Perses, écrite par Ctesias, suivant l'extrait, que Photius nous en a laissé; par M. l'Abbé GEDOYN; *dans les Mém. de l'Ac. des Inscr.* T. XIV. p. 279.

Premier Mémoire, dans lequel on essaie de concilier Herodote avec Ctesias au sujet de la monarchie des Médes; par M. DE BOUGAINVILLE. Ibid. T. XXIII. p. 1.

Reflexions sur l'utilité, que l'on peut retirer de la lecture des écrivains orientaux; par M. ANQUETIL. Ibid. Tom. XXXV. p. 150. 156 sqq.

IOAN. GEORGII WALTHERI (*Consiliarii Saxonici et Prof. Philos. in Acad. Vitebergensi*) Commentatio historica, qua Herodoti et Ctesiae sententiae de magnitudine atque antiquitate imperii Assyriaci et Medici coniunguntur; *in eiusd. Animadverss. hist. et criticis* p. 67-112.

I. P. STEINHAUER de diversa imperii Assyriaci temporum computatione Ctesiae et Herodoti. *Gissae* 1778. 4.

Megasthenes. MEGASTHENES, florens circa a. 3690, tempore Seleuci Nicanoris, historiam Indiae, qua etiam de regno Assyriaco egit, conscripsit: sed interiit opus, praeter paucula a Strabone servata. Annius Viterbiensis in libro modo memorato finxit: *Megasthenis* (falso *Metasthenis*) Persiae opusculum de iudicio temporum et annalium Persarum.

Deficientibus igitur hisce scriptoribus vetustioribus, consulenda DIODORI SICULI Bibliotheca historica, de qua egimus Vol. I. P. I. p. 54.

SECTIO

SECTIO II.

Scriptores de Assyriorum, Babyloniorum et Chaldaeorum historia recentiores.

Ex antiquiorum fontibus sua hauserunt recentioes, quos inter praestant NIC. GÜRTLERI origines nundi, supra iam Vol. I. P. I. p. 370 recensitae. Ibid. . 365 sq. actum de NIC. ABRAMI Pharo veteris test. n cuius L. IV. V et VI historia regni Assyriaci discutur.

Opus, saepius in posterum laudandum, huc etiam nerito refertur: IOANNIS MARSHAMI, Angli equis aurati, Canon chronicus Aegyptiacus, Hebraicus, Graecus; *Londini* primum 1672. fol. splendide et accurate editus, post *Lipsiae* 1676. 4, pulchre satis ab *Ottone Menckenio* procuratus; et demum, sed mendose ex parte, *Franekerae* 1698. 4. Quo sane nihil ac de re doctius vel utilius. Non enim solum oriines vetustiorum regnorum regumque successiones, ed etiam canones chronicos magno eruditionis apparatu iudiciique subtilitate illustrat, licet auctor haud aro opiniones singulares ac temerarias propugnet, ontra quas Perizonius aliique mox laudandi disputrunt.

ULRICUS HUBERUS doctissimas elaboravit dissertationes VII de imperio Assyriorum. *Franek.* 1663. Huber
Adiunctae quoque *eiusdem* historiae civili, de qua supra Vol. I. P. I. p. 202. Huberus Ctesiae sententim de mille sexcentis annis, quibus stetit imperium ssyriorum, defendit. Quem refutare nititur *Cellaus* in Diss. ante laudata.

Genealogiam antiquissimorum regum tradit REIERI REINECCII *Syntagma de familiis, quae in Monrchiis tribus prioribus rerum potitae sint*, quatuor tois complexum, *Basileae* ex officina Henric. Petrina 574. fol. *Tomus primus* de Chaldaeorum et Assyrio- Reinecci

rum origine, de regnis Medorum et Persarum, regibus Macedoniae, Alexandri M. imperio et regnis Macedonicis Barbarisque inde ortis aliis exponit; accessere appendices binae: De illustribus aliquot regnis veteris Graeciae et insularum adiacentium. *Tomus secundus, eodem anno ibid.* impressus continet historiam de familiis duorum Aegypti regnorum Battiadarum, Cyrenaeorum et dynastarum, regum ac pontificum Israëliticorum. *Tomus tertius absque anni nota ibid.* refert historiam et genealogias familiarium, quae in Troiano et Latinis regnis, h. e. Laurenti, Laviniensi, Albano et Romano imperarunt; addita expositione de familiis regum Lydiae. *Tomus quartus Basil.* 1580 prodiit, quo pertractantur regna in Graeca et Latina historia celebrata. — Hunc laborem repetiit *Reineccius* alio opere, quod inscripsit: *Historia Iulia* sive *Syntagma heroicum*, cuius *Pars prima* (Helmst. 1594. fol.) Primam sic dictam Monarchiam sistit. *Pars secunda* (ibid. 1595.) Monarchiam Secundam comprehendit. *Pars tertia* (ibid. 1597.) Monarchiam Tertiam complectitur. Eadem in his commentariis Reineccius tradit, quae tractaverat in priore, sed mutato ordine, additis, mutatis et omissis multis. Raro integrum invenitur praeclarum opus. Prima quoque editio rara, rarior tamen et rarissima est altera editio: igitur nova, adhibitis et in subsidium apte vocatis adminiculis, post Reineccii tempora in lucem prolatis, utique optanda eoque acceptior foret, quo maioris etiam ab exteris opus aestimari solet. Cf. *Freytagii* Anal. litt. p. 752.

Auctores [an]nal. eccl. [hu]ic pertinentes. Huc porro faciunt, qui *Annales ecclesiasticos veteris testamenti* condiderunt fere omnes, utpote IACOBI SALIANI (*Iesuitae Francogallici*) Annales ecclesiastici V. T. ab O. C. ad Christi ascensionem. *Lutet. Paris.* 1611. sqq. VI Voll. fol. — AUG. TORNIELI Annales supra Vol. I. P. I. p. 106. memorati. — CHRISTI. SCHOTANI Bibliotheca historiae sacrae V. T. *Franekerae* 1662. II Voll. fol. — Et qui accuratiores sunt:

IAC.

IAC. USSERII Annales vet. Test. *Lond.* 1650. 1654. fol. *Paris.* 1673. fol. auctiores, additis *P. Lubini* tabula geographica, *Usserii* Chronologia sacra, aliisque, *Bremae* 1686. fol. et *Genevae* 1722. fol. Qui omnes, dum Annales scribunt V. T., rerum Asiaticarum quoque historiam antiquiorem atque chronologiam scrutantur et illustrant.

De Asiae et Aegypti antiquissimis dynastiis HERM. CONRINGII doctissime scripta *adversaria* exstant *chronologica.* Helmstad. 1648. 4. et in *I. G. Graevii* Collect. Diss. rar. (*Traj. Bat.* 1716. 4.) p. 139. et in *I. Conringii* Opp. T. V. p. 106. Conringius non solum vanitatem priorum scriptorum arguit, sed etiam multa illustrat egregie. Conring.

Assyrio-Chaldaeorum primordia in erudita dissertatione exposuit CONR. SAM. SCHURZFLEISCH, quae inter opera eiusdem historico-politica, Berol. 1699. 4. edita, prima est. Prima vice prodiit *Viteb.* 1681. 4. *Idem* de Nino urbe disseruit *ibid.* p. 46 sqq. Schurzfleisch.

Abrégé de l'histoire de la Monarchie des Assyriens, des Perses, des Macedoniens, et des Romains, par I. E. A. G. *Paris* 1699. 12. Auctor libri vulgaris perhibetur COUTURE. Couture.

GERHARDI SICHTERMANNI (Praef. *Mich. Rossal.*) D. de rebus Assyriorum prima, quae est παρασκευαστική. *Groningae* 1705. 4. Sichtermann.

IAC. PERIZONII Origines Babylonicae et Aegyptiacae, *Tomi II*, quorum *prior* Babylonica et turris in terra Sinear exstructae ac dispersionis hominum ex ea rationem ac historiam continet; *posterior* Aegyptiacarum originum et temporum antiquissimorum investigationem continet; in qua Marshami chronologia funditus evertitur, tum illa Usserii Cappelli, Pezronii, aliorumque examinantur et confutantur. *Lugd. Bat.* 1711. 8. Editio operis praeclarissimi secunda prodiit *Traiecti ad Rhen.* 1736. 8, cui Praefationem et alia quaedam addidit CAROLUS ANDR. DUKERUS; Perizonius

 accedit

accedit Tomo II. HIERONYMI VAN ALPHEN Diss. de annis Iudicum Hebraeorum. — Felicior Perizonius in aliorum erroribus indagandis et profligandis quam in vitandis propriis videtur.

Schroeer. Imperium Babylonis et Nini ex monumentis antiquis, auctore IOAN. FRID. SCHROEERO, Archidiacono Luccaviensi. *Viteb.* 1726. 8. Diligenter in hoc libro conquisita sunt, quae illustrationi sacri codicis inservire possint.

Fourmont. Contra RICH. CUMBERLANDI origines gentium antiquissimarum, Vol. I. P. I. p. 372. a nobis laudatum potissimum exsurrexit STEPH. FOURMONT, *Parlamenti Parisiensis Advocatus et Professor regius linguae Arabicae*, opere, quod inscribitur: *Reflexions critiques sur les histoires des anciens peuples Chaldéens, Hebreux, Phéniciens, Egyptiens, Grecs etc. jusqu'au tems de Cyrus*, à Paris 1735. II Voll. in 4 mai. Novo dein titulo praefixo additisque auctoris biographia atque indice ibid. 1747. Rectius operi doctissimo supra Cap. IV, ubi scriptores de originibus gentium recensuimus, locus fuisset, quippe quod non modo Assyriorum, Babyloniorum, Chaldaeorum, verum etiam omnium populorum vetustissimorum, Sinesium quoque historiae atque mythologiae lucem affundere studet. Maxime auctor ingeniosus magis et eruditus, quam doctus, accuratus ac subtilis in explicandis Sanchuniathonis fragmentis et Cumberlando confutando versatur. — Cf. Nova Acta Erud. a. 1740. p. 491 sqq.

Bouhier. Disquisitiones huc pertinentes haud vulgares quoque praebet BOUHIER in opere supra (Vol. I. P. I p. 53.) laudato: *Recherches et Diss. sur Herodote.*

Sevin. *Recherches sur l'histoire d'Assyrie par l'Abbé* SEVIN; *dans les Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. III. p. 355.

Freret. *Essai sur l'histoire et la chronologie des Assyriens de Ninive, par M.* FRERET; *ibid.* T. V. p. 350.

Brosses. *Mémoire sur l'histoire de la division de l'empire d'Assyrie, et l'epoque du premier siége de Ninive, par le President*

… DE BROSSES; *dans les Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XXI. *Second Mémoire sur la monarchie de Ninive, contenant l'histoire de Bel-Nimrod son fondateur, par le même; ibid.* T. XXVII.

LEONARDI OFFERHAUS Spicilegiorum histori-co-theologicorum libri tres, quibus chronologia sacra, origines et fata regnorum per Orientem, ut et Graecorum migrationes exhibentur; accedunt Diss. … de Ptolemaeo Aulete, et vita Salvatoris publica et privata. *Groningae* 1739. 4. Rerum Assyriacarum et Babylonicarum fata praecipue indagare studet auctor doctissimus, iusto iniquior, ut nobis videtur, c… Persiam. Cf. Act. Erud. a. 1742. p. 112 sqq. *Nachr. von dem Zustande der Wiss.* P. XIX. p. 459 … Offerhaus

ERNESTI FRID. NEUBAUERI D. de C… Persia ad Laërtium et Suidam. Gissae 1745. 4.

(IOH. SIGM. MOERLS) *Versuch von der Geschichte und Dauer der Assyrischen Monarchie.* Inserta est brevis haec, sed docta disquisitio Tomo tertio versionis Teutiscae Historiae univers. Angl. p. 550 sqq. Moerl.

PETRUS FRID. DE SUHM duas dissertationes … eruditas de lacunis nonnullis historiae universalis, praecipue seriei regum Assyriorum et Aegyptiorum edidit in scriptis Societ. Tronthemiensis T. I. 1762. de Suhm

A. L. SCHLOEZER *von den Chaldäern*; in E… Repertorio *für bibl. und morgenländische Lit.* T. 8 (1781). Multa priorum scriptorum … me… et somnia, quibus historia Chaldaeorum obl… … ἀκρίβεια critica minime vulgari refelluntur.

⁂ ⁂ ⁂

Semiramidis, nobilissimae Assyriorum reginae, … vitam scrutatus est IOAN. GEORG. WALCHIUS in D. de fabulosa historia Semiramidis, inprimis contra Ctesiam Cnidium, et Diodorum Siculum. *Lips.* 1713. 4. et in *eiusd.* Parergis p. 1 sqq.

ALEFELD Diss. de Belo Babylonico, Giss. 1755. Alefeld

Sarda-

Sardanapali, regis Assyriorum mi, historia densa caligine obductam illustrare studuerunt sequentes:

Crausius. I. CRAUSIUS de Sardanapali epitaphio. *Jen.* 1666. 4.

Menzius. FRID. MENZIUS D. de Sardanapalo, laudabili Assyriorum principe. *Lips.* 1700. 4.

Thomasius. CHRISTI. THOMASIUS in Apologia Sardanapali, quae exstat in Obss. Sel. Halens. T. X. p. 39 (1705).

Guignes. DE GUIGNES in *Explication de l'inscription du tombeau de Sardanapale;* dans les Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXXIV. p. 416. Haec una cum Diss. supra commemoratis Sevini, Freredi etc. in germ. ling. translat. legitur in *Abhandlungen u. Auszüge der K. Acad. der Inschr. — von Mich. Hissmann. I. B. Leipz.* 1782.

SECTIO III.

Scriptores de Medo-Persarum veterum historiae antiquiores.

In Medo-Persarum historia primas faciunt HERODOTUS Halicarnasseus et Ctesias, de quibus iam dictum. *) Pertinent etiam huc DIODORUS SICULUS, IUSTINUS, aliique Chronographi veteres supra memorati; inprimis autem XENOPHONTIS de

Xenophon. *institutione Cyri s. Cyropaediae Libri* VII, atque de *Cyri iunioris expeditione Libri* VII, quae exstant inter caetera scriptoris praestantissimi opera, quorum optimae editiones, quas debemus *Ioanni Leunclavio* et *Sylburgio, Francof.* 1594. fol. et *Eduardo Wells, Oxon.* 1691. 1693. 1696. 1700. 1703. V Voll. in 8. recusa Thiemii cura, *Lips.* 1763-1766. IV Voll. in 8 maj. Cyropaedia

*) Cf. *Mémoire, dans lequel on essaie de concilier Herodote avec Ctesias au sujet de la Monarchie des Medes,* par M. DE BOUGAINVILLE; *dans les Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XXIII.

:dia separatim prodiit cura et studio *Thomae Hutson* (*Oxon.* 1727. 4. *ibid.* 1747. 8 mai. *Lipf.* 1773. *Francof. ad Moen.* 1776. 8. *Lipf.* 1783. 8 mai.) et *m. Car. Zeune* (Lipf. 1780. 8 mai.); Commentarii Cyri expeditione eiusdem Hutchinsoni opera *Oxon.* 1735. et 1745. 4. *Lipf.* 1775. 8). — Cyroediae versionem Francogallicam habemus, a *Carntario* (*Parif.* 1659. fol. *Amsterd.* 1661. 8. et *Hag. m.* 1717. 2 Voll. in 12 mai.): Theotifcam autem *Borhekio* (*Lemgov.* 1778. 8). Commentarii de Cyri peditione Francogallice redditi a *Cugnoto* (*Parif.* 66. 8); aliter ab interprete anonymo, duce vero piarum Francogallicarum, qui et in gratiam eorum, i rebus bellicis student, animadversiones egregias ecit (*Parif.* 1777. 8 mai.), et a *Larchero* (*ibid.* 1778. Voll.) Anglice ab *Eduardo Spelman* (*Lond.* 1742. Voll. in 8 mai.); Theotifce a *Friderico Grillo*, cum notationibus (*Francof. ad Moen.* 1781. 8). — Alias tiones et versiones, rationibus Vol. I. P. I. p. 53 posititis commoti, silentio praeterimus.

[Im]brechts. Ex pluribus hucusque commemoratis itinerari[is] epitomas composuit Batavus SAMUEL IMBRECHTS easque in lucem edidit hac inscriptione: *Voyagien na[a] en door het groot en magtige Koningryk van Persia.* Amsterd. 1667. 4.

[Ta]vernier. JEAN BAPT. TAVERNIER *Six Voyages en Turquie, en Perse et aux Indes faits pendant l'espace de quarante ans, accompagnés d'observations particulieres sur la qualité, la religion, le gouvernement, les coutumes et le commerce de chaque païs, avec les figures, les poids et la valeur des monnoies qui y ont cours.* à Paris 1676. II Voll. in 4. à Amsterd. 1679. 12. à Utrecht 1712. III Voll. in 8. à Rouën 1713. V Voll. in 12. à la Haye 1718. III Voll. in 8.

Eiusd. *Recueil de plusieurs relations et traités singuliers et curieux, non compris dans ses six premiers voyages, avec figures en taille-douce.* à Paris 1679. 4.

Versiones Theotiscae duae uno eodemque anno prodierunt his titulis insignitae: *Herrn* J. B. TAVERNIERS, *Freyherrns von Aubonne, vierzigjährige Reisebeschreibung, worinnen dessen durch Türkey, Persien, Indien und noch mehr andre Oerter, höchstlöblichst-vollbrachte sechsmalige Länder-Reise, benebenst* etc. *Aus dem*

*n Französischen in das Teutsche treulichst übertragen
d zum Druck befördert durch* J. Menudier, *des hoch-
rstl. Bayreuth. Collegii Christian-Ernestini Prof. Publ.*
ürnberg 1681. III Partes in fol. c. figg. aen. J. B.
AVERNIER *Beschreibung der sechs Reisen in Türkey,
ersien und Indien* etc. *anfangs Französisch beschrieben,
d in drey Theile abgetheilt, anjetzo aber nebst der Be-
reibung des Türkischen Serrails und der Krönung des
tt regierenden Königs in Persien, in Teutscher Sprache
s Licht gestellt durch* Joh. Herm. Wiederhold, Genf
81. fol. c. figg. aen. — *Belgice a J. H. Glazemaker.*
msterd. 1682. 4. — Tavernier, peregrinator famo-
ssimus, ab a. 1636 usque ad 1664 septies Persiam
igit, regi Abbae probe notus.

Journal du voyage du Chevalier (Jean) CHARDIN Chardin.
*Perses et aux Indes orientales, par la Mer Noire et
r la Colchide.* à Londres 1686. fol. à Amsterd. 1686.
Voll. in 12. Quae editiones primum tantum tomum
bent; multo auctiores sunt sequentes: *à Amsterd.*
11. III Voll. in 4. et XI Voll. in 12 (Editio in for-
a duodecima pluris aestimatur). *Rotomagi*, nescio
io anno, male repetita editio Amstelodamensis in
rma quarta. Locupletior et optima est editio, cuius
fronte verba haec leguntur: *Augmentée du Couron-
ment de Solimann III, et d'un grand nombre de Passa-
s tirés du Manuscrit de l'Auteur, qui ne se trouvent
ns les editions précédentes.* à Amsterd. 1735. II Voll.
IV Tomi in 4. c. figg. aen. — Chardinus bis fuit in
ersia, primum inde ab a. 1664 usque ad 1670, post
a. 1671 usque ad 1677. Mortuus a. 1713 anno
tatis LXX. Ex omnibus itinerariis, quae antea pu-
ici iuris facta sunt, eminet hoc Chardini, seque ac-
uratione atque doctrina prae caeteris magnopere
ommendat. Secum in itinere duxit suisque sumti-
us aluit Grelotum, pictorem satis celebrem, quo in
elineandis regionibus, urbibus atque aedificiis multo
um fructu usus est. Optandum tamen, ut tabulis

his

his signa addidisset, ex quibus intelligi potuisset, quo sum observationes sese referant. In regia Persarum sede Ispahan Chardinum adiuvit *Herbertus Diage* inque mathesi doctum quendam monachum ibidem commorantem adhibuit. Praeterea Turcicae, Persicae atque Arabicae linguae gnarus ad familiaritatem primariorum in aula ministrorum facile aditum sibi paravit, quo factum est, ut multa erueret, quae aliis se se subtrahere solent. Promisit etiam descriptionem geographicam totius Persarum regni atque plenam historiam: nihil vero, quantum scimus, typis mandatum fuit.

uliers. *Les beautés de la Perse, ou la description de ce, qui y a de plus curieux, avec la carte et les desseins faits sur les lieux, par le Sieur* ANDRE DAULIERS DESLANDES, *et la relation des aventures de Louis Marot, pilote général des galeres de France.* à Paris 1673. 4.

yer. JOHN FRYER'S *Travels into Persia, begun 1676, finished* 1681; in eiusdem *New Account of East-India.* London 1698. fol. Belgice, *Hagae Comit.* 1700. 4.

npfer. ENGELBERTUS KAEMPFER — carum Germanis nomen, de quo recte gloriantur — legationi Suecicae, ad aulas Russicam et Persicam missae, ab epistolis, inde ab a. 1683 usque ad a. 1685 in Persia, praecipue Ispahani, imperii sede, commoratus, summa dexteritate ac fide, quae observavit, omnem praecipue aulae Persicae rationem, litteris tradidit, libro, cui titulus: *Amoenitatum exoticarum politico-physico-medicarum* Fasciculi V, quibus continentur variae relationes, observationes et descriptiones rerum Persicarum et ulterioris Asiae, multa attentione in peregrinationibus per universam Orientem collectae. *Lemgoviae* 1712. 4. Fasciculus primus rebus Persicis dicatus, quippe qui XVI relationes de aulae Persicae statu hodierno contineat. Fasciculo secundo et tertio nonnulla quoque insunt, Persiam spectantia, v. c. de mari Caspio; de turri cornuta in regia Persarum urbe

urbe Ispahano; de monumentis campi Persepolitani, rupi insculptis; de palatii Istachr sive Persepolitani ruderibus; de antiquitatis monumentis in campo Sjubasar novae Persepolis; de illustrium Persiae poetarum sepulturis; de oenopoeia Sjivasensi; de memorabilibus montis Benna; de ruderibus diluvii Mosaici in Persia. Fasciculis etiam tertio et quarto occurrunt varia, Persiae historiam naturalem illustrantia. Museum Britannicum, quo Londinum superbit, plura monimenta diligentiae Kaempferianae, Persiae cognitionem iuvantia, continet, quae ne prorsus intereant, sed potius cum orbe litterario communicentur, maxime optandum est.

Voyage ou Relation de l'état présent du royaume de Perse, avec une Dissertation curieuse sur les mœurs, religion et gouvernement de cet état; par M. *** SANSON (Missionaire apostolique). *Enrichi de figures* (quatuor tantum invenire licuit). à Paris 1659. 12. c. figg. aen. Theotisce a *Christiano Juncker.* Dresd. und Leipzig 1695. 12. 1701. 12. c. figg. aen. — Auctor, anno 1683 et sequentibus, Persiae provincias fere omnes peragravit, fideque satis dignus videtur. Sanson.

Anonymi *Relation nouvelle du Levant, avec une Description de l'Asie Mineure, de l'Armenie et du Royaume de Perse.* à Paris 1668. in 12. Relat. du Le

FRANTZ CASP. SCHILLINGERS *Persianische und Ost-Indianische Reise vom Jahr* 1699 *bis* 1702. Nürnberg 1707. 8. ibid. 1709. 8. ibid. 1716. 8. c. figg. aen. — Auctor, Ettinga-Badensis, tonsor fuit comesque duorum Iesuitarum, Evangelii apud exteras gentes praeconum, stilo sat barbaro describit candide, quae vidit vel audivit. Mappa geographica imaginesque gentium Asiaticarum sunt adiectae.

CORN. LE BRUYN s. Francogallice LE BRUN *Voyages par la Moscovie, en Perse et aux Indes orientales.* à Amsterd. 1718. II Voll. in fol. c. figg. aen. — Itinerarium optimae notae, cuius auctor a. 1704 et le Bru

1705 Persiam perlustravit. Alias Orientis plagas antea viserat, easque descripserat in relatione sat ampla Belgice composita *Delphis* 1699. fol. c. figg. aen. Versio Francogallica prodiit *Amstelod.* (Paris.) 1714. fol. c. figg. aen. Ambo itineraria iunctim, at negligenter, edita *Rothomagi* 1725. V Voll. in 4. Desunt quoque plures, quibus priores superbiunt editiones, imagines.

Lucas. (*Premier*) *Voyage du Sieur* PAUL LUCAS *au Levant.* à la Haye 1705. II Voll. in 8. c. figg. aen. à Paris 1731. II Voll. in 12. c. figg. aen. — (*Second*) *Voyage dans la Grece, Asie mineure, Macedoine et Afrique.* à Amsterd. 1714. II Voll. in 12. c. figg. aen. — (*Troisieme*) *Voyage fait en* 1714 *etc. dans la Turquie, l'Asie, Syrie, Palestine, haute et basse Egypte.* à Amsterd. 1720. II Voll. in 8. à Paris 1724. III Voll. in 8. c. figg. aen. — Primum itinerarium Theotisce redditum ab I. M. L. *Hamb.* 1708. 8. secundum *ibid.* 1715. 8. omnia *ibid.* 1739. V Voll. in 8. — Lucas, vir litterarum studiis haud imbutus, sumtibus regis Francogallici itineraria instituens, multa narrat, quae vel fide indigna, vel parvi momenti sunt; ipse etiam diaria sua non in ordinem redegit et typis exprimi curavit, sed anonymus. Attamen itineraria haecce non prorsus contemnenda sunt; tertio insunt, quae Persiam attinent.

Bell. Quae memorabilia circa a. 1715 in Persia evenerunt, exponit testis oculatus, IOAN. BELL, Medicus Scotus, qui Petropoli in Persiam anno isto iter fecit, idque descripsit libro Anglico, de cuius autographo nobis non constat, quod vero Gallice prodiit, hoc titulo: *Voyages depuis Petersbourg dans diverses contrées de l'Asie.* à Paris 1766. III Voll. in 12 mai. Voluminis tertio inest iter Persicum.

la Maze. *Journal du Voyage du P.* DE LA MAZE *en Perse, de Chamaké à Hispaham par la Province du Guilan;* dans les nouveaux Mémoires des Missions (à Paris 1718. 8.) T. III. p. 393-482.

Histoire

Histoire de la dernière revolution de Perse, par le P. du Cer
U CERCEAU, *Jesuite.* à la Haye 1728. à Paris 1729.
/ Voll. in 12. Anglice *Lond.* 1728. II Voll. in 8 mai.
- Opus, e schedis Iesuitae KRUSINSKY, plurima-
im rerum in Persia ab initio fere seculi nostri usque
l annum 1725 testis, compositum.

Histoire des revolutions de Perse. 1750. III Voll. in de Clai
2. Variis ex schedis a docto Francogallo, LUD.
NDR. DE LA MAMIE DE CLAIRAC, collectus li-
er, quo historia Persiae ab a.... usque ad 1730 illu-
ratur.

Pleraque, a Krusinskio et Clairaco narrata, con- Chron. Peregr.
irant cum *Chronico Peregrinantis,* quod primum *Con-
antinopoli* 1142 vel A. C. 17⅔⅞ in 4. e typographia,
aucos per annos subsistente, prodiit, ex Turcico in
atinum sermonem conversum opera et studio *Ioan.
hristiani Clodii* Lipf. 1731. 4. recusum. Ex hoc fonte
ia deduxit, qui recentiores Persici imperii vicissitudi-
es simul addidit pseudonymus auctor PHILANDER
m der QUELLE *in Herkunfft, Leben und Thaten des
ersianischen Monarchens Schach Nadyr, vormahls Kuli-
han.* Leipz. 1738. 8.

Duobus hisce libris posterioribus narrantur primi,
ios famosissimus ille *Kuli Khan* seu *Nadir Schah* ex-
tavit in Persia, terribiles motus. Uberiori huius
ranni, Persiaeque viginti per annos (1727-1747)
b eius regimine conditionis miserrimae, cognitioni
serviunt opera sequentia:

JAMES FRASER'S *History of Nader Schah, former-* Fraser.
called Thamas Kuli Khan. Lond. 1742. 8. ibid. 1743.
— Auctor non solum linguarum orientalium co-
iitione probe imbutus, sed etiam decem per annos
terris Indicis et Persicis versatus, diligentissimeque
nnia, quae historiam Nadiri explicare et illustrare
ossent, scrutatus est. Quatuor partibus totum ab-
lvitur opus praestantissimum.

Voyage

Otter. *Voyage en Turquie et en Perse, avec une Relation des expeditions de Thamas Koulikhan; par M.* OTTER à Paris 1748. II Voll. in 12 mai. — Theotisce cum annotatiunculis a *Georg. Frid. Cas. Schadio* Norimb. 1781. 8 mai. Primum solum volumen sermoni Theotisco donatum; alterum exspectatur. — Auctor, Suecus, socius Academiae Inscriptionum Parisiensis, a rege Ludovico XV in Orientem missus, annis 1737, 1738 et 1739 Persiam devastatam vidit atque viginti per menses Ispahani commoratus est. Narrationes historicas partim e scriptis relationibus, partim e colloquiis cum viris peritissimis hausit, easque sine omni fuco fideliter litteris mandavit.

Hanway. (IONAS HANWAY'S) *Historical Account of the British Trade over the Caspian sea with a Journal of Travels from London through Russia into Persia; and back again through Russia, Germany and Holland. To which are added, the Revolutions of Persia during the present Century, with the particular history of the great Usurper Nadir Kouli.* London 1753. II Voll. f. IV Tomi in 4. c. multis figg. aen. *Theotisce* Hamb. 1754 II Voll. in 4. c. figg. aen. In compendium opus redactum legitur in collectione itinerariorum: *Sammlung der besten und neuesten Reisebeschreibungen in einem ausführlichen Auszuge* (2te Aufl. Berlin 1765. 8 mai.) T. I. et II. — Auctor doctus prudensque mercator Anglicus, non solum res gestas Nadiri, quocum saepius collocutus est, sed etiam Persiae historiam, recentiorem praecipue dexterrime describit, volumine quidem secundo, quod separatim etiam venditur hoc titulo: *The Revolutions of Persia.* Hanway annos 1743, 1744 et 1745 in Persia peregit. — *Götting. gel. Anzeig.* 1753. p. 742 sqq.

Istoria di Thamas Kouli-Kan. *Istoria di Thamas-Kouli-Kan, Sofi di Persia, tradotta dal Francese. Parte prima. Londra* (seu potius Venetiis) 1740. — *Parte seconda dove si contiene un esatto racontto di quanto e seguito nella sua Espedizione contro*

ntro il Gran-Mogol. ibid. 1741. 8. cum mappa geo-aphica, maximam partem regionum Orientis re-aesentante. Utrum liber re vera ex Francogallico iomate in Italicum translatus, an potius archetypum t, indagare non licuit; caeterum sat apte et concin-e compositus. Persiae geographia et historia anti-nior brevis praemissa, recentiorque usque ad annum 739 deducta est.

Histoire de Thamas Kouli-Khan, nouveau roi de erse, ou Histoire de la dernière révolution de Perse, ar-vée en 1732; *par* M. (André) DE CLAUSTRE. à Pa-s 1742. 12. Neque huius neque sequentis libri noti-im accuratam nancisci possumus. de Claustr.

A genuine history of Nadir-Cha present Schach or mperor of Persia, fromerly call'd Thamas Koulikan, ith a particular Account of his conquest of the Mogul's ountry. Together with several letters between Nadir-ha to his Son. Translated from the original Persian Ianuscript into Dutch by order of the honor. JOHN LBERT SECHTERMANN, *President of the Dutch actory at Bengal and now done into English, with an itroduction by Editor containing a description and mpendious history of Persia and India.* London 742. 8. Sechtermann.

Nouveaux Mémoires des Missions de la Compagnie Jesus dans le Levant. Tome IX. à Paris 1755. 12. — raeter relationes de statu religionis in Persia atque de storia huius imperii, inest narratio de vita ac morte adiri. Nouv. Mém. de Missions.

Abhandlung über die Geschichte des Königreichs Per-n, von dem Anfang des gegenwärtigen Jahrhunderts, s auf den Tod des Schach Nadir 1747; in IOH. ONR. FÄSI's *Abhandlungen über wichtige Begeben-iten aus der alten und neuen Geschichte* P. II. p. 355-54. — De fontibus narrationis, satis perspicuae et cundae, auctor nil meminit. Fäsi.

Comes de Dadich. Comes FRANC. DE DADICH in historia imperii Turcici saeculi nostri, quam inscripsit: *Denkwürdigkeiten von Constantinopel*, varia huc pertinentia, quae cognitionem rerum gestarum penitiorem arguunt, narrat in GATTERERI hist. Bibl. P. IX-XVI. in primis P. XIII. p. 240 sqq.

Muhammed Mahadi Khan. Recentissimum de Nadiro opus, a nobili Persa compositum, sic inscribitur: *Histoire de Nader Chah, connu sous le nom de Thamas Kulikhan, Empereur de Perse. Traduite d'un Manuscrit Persan, par ordre de Sa Majesté le Roi de Dannemark, avec des notes chronologiques, historiques, geographiques, et un Traité sur la Poesie orientale. Par M.* (William) Jones, *Membre du College de l'Université à Oxford.* à Londres 1770. II Partes in 4. Theotisce (a *Thoma Henr. Gadebusch*, Professore Grypswaldensi) *Greifswald* 1773. 4. — Auctor MIRZA MUHAMMED MAEHDI s. MAHADI KHAN (*Mirza Mahadi* et *Khan* sunt appellationes dignitatum) e provincia Persica Masanderan ortus, Nadiro ab epistolis secretioribus, opus hocce a. 1757 vulgavit lingua vernacula. *Carsten Niebuhr*, nobilissimus peregrinator, nunc Meldorpii in Holsatia vitam degens, dum in Persia moraretur, apographum operis aulae regiae Danicae non sine magna difficultate acquirebat, quod in Angliam Ionesio, viro litterarum orientalium peritissimo, mittebatur, ut illud Francogallice redderet. Qua ex interpretatione Theotisca, praeferenda quodam modo Francogallicae, derivata est. Niebuhr scilicet Gadebuschio subministravit non modo relationem de auctore et eius opere, verum etiam observationes praestantissimas in historiam Persicam a. 1747-1765, quibus Muhammedi narratio continuatur. Nadiri res gestae more scriptorum orientalium poetice et tumide magis, quam historice descriptae, adeoque omnis operis οἰκονομία a regulis artis historicae abhorret, ut nobis lectio eius molesta potius, quam iucunda videatur. Auctor quidem, flagelli

gelli istius generis humani servus, non sine omni partium studio scripsit, ideoque diligenter conferendus cum aliis historicis: tamen plerisque in narrationibus fide dignior caeteris, quippe qui multos per annos Nadiri facinora oculis usurpaverit iisque partim interfuerit. *Jones* addidit observationes nonnullas, v. c. de anno Muhammedico; seriem regum Persiae inde a dynastia Pischdadiorum; indicem alphabeticum provinciarum urbiumque Persiae; dissertationem de poësi orientali, Arabica scil. Persica et Turcica. Anglus doctissimus ipse postea sermone patrio elaboravit opus hoc titulo:

Jones *The History of the Life of Nader Shah, King of Persia. Extracted from an Eastern Manuscript, which was translated, into French by Order of His Majesty the King of Denmark. With an Introduction — and an Appendix. — To which are added Pieces relative to the French Translation. By* WILLIAM JONES — London 1773. 8 mai. — Titulus non accurate satis argumento respondet. Praefationem seu potius dissertationem de arte historica summisque historicis antiqui ac recentioris aevi sequitur *Introductio*, cuius pars prima complectitur Asiae descriptionem, brevem quidem, at iudicio elegantiaque compositam: altera epitomen historiae Persicae, e scriptoribus Persicis, v. c. Mirkhondo, Khondemiro, Ferdusio (Persarum Homero) haustam. Introductionem excipit historia rerum gestarum Nadiri, derivata quidem ex Muhammedi opere, modo recensito, sed veste Asiatica detracta Europaeaque induta, atque in compendium quasi contracta, additis tamen passim Angli sententiis et narratiunculis. Appendix continet: Specimen super poesi populorum orientalium; historiam linguae Persicae; et — vanitates Ionesii.

Cf. *Götting. Anzeigen* a. 1770. *Zugabe* p. CCLX sqq. a. 1773. p. 875 sqq. et p. 914 sqq.

GATTERERI Hist. Bibl. T. XVI. p. 11 sqq.
Eiusdem Hist. Journal T. V. p. 230 sqq.

Parallèle de l'Expedition d'Alexandre dans les Indes avec la conquête des mêmes contrées par Thamas Kouli-Chan; par M. DE BOUGAINVILLE, *Secretaire perpetuel de l'Acad. Royal. de Belles-Lettres.* à Paris 1752. 8.

* * *

Kuli Khani seu Nadiri facinora ac portenta a scriptoribus fabularum Romanensium variis figmentis mixta, satisque impudenter tanquam verae historiae in publicum protrusa: quam in classem referendi libelli Francogallice conscribillati sequentes:

Histoire de Thamas Koulikan, Sophi de Perse. Nouvelle edition. à Amsterd. et Leipz. 1741. II Partes in 12 mai.

Mémoires secrets pour servir à l'histoire de Perse; à Amsterd. 1745. 12 mai. Theotisce, *Cölln* 1746. 8.

Mémoires de Schach Thamas II, empereur de Perse écrits par lui même et addressés à son fils. à Paris 1758 II Voll. in 12 mai.

* * *

Restat, ut scriptores, qui recentissimam Persiae historiam inde a Nadiri obitu narrarunt et illustrarunt, paucis indicemus.

Praeter NIEBUHRI observationes iam memoratas, ab HEYNIO etiam in continuatione historiae ex Anglico in Theotiscum sermonem translatae universalis, a Guthrio, Grayo aliisque e maiore opere Anglico excerptae, adhibitas (T. VII. p. 678 - 698), commemorandus est libellus: *Essai sur les troubles actuels de Perse et de Georgie, par M. de P.* (PEYSSONNELL) à Paris 1754. 12 mai. Auctor, negotiis Francogallorum mercatoriis Smyrnae multos per annos prospiciens, priora regni Persici fata etiam attigit.

His

His iungenda, quae CARSTENS NIEBUHR ipse de Persiae statu turbulento a. 1765 observavit atque retulit in itinerario nobilissimo, Theotisce scripto (*Hafniae* 1777. 4 mai.), P. II. p. 68-209. N

Recentiora his retulit alius testis oculatus, SAMUEL GOTTLIEB GMELIN, Socius Acad. Scient. Petropolitanae, in opere praestantissimo: *Reise durch Russland zu Untersuchung der drey Reiche der Natur*, cuius pars tertia ita inscribitur: *Reise durch das nordliche Persien, in den Jahren* 1770, 1771 *bis in den April* 1772. St. Petersburg 1774. 4 mai. Admixta sunt nonnulla, historiam Nadiri illustrantia, ab Hanwayi aliorumque superiorum scriptorum narrationibus discrepantia, nihilo minus veriora. Maximi etiam aestimandae relationes de statu hodierno Persiae politico, ecclesiastico, litterario ac domestico, sicuti illae de mari Caspio. Gmelin

Recentissima sunt, quae referuntur in epistola scriptoris anonymi, data Astracani versus finem anni 1780, editaque a BÜSCHINGIO in eius *Wöchentlichen Nachrichten* etc. a. 1781. p. 321, hoc quidem titulo: *Nachricht von des Kerim-Chan Tode, und von den Veränderungen, welche nach demselben in Persien vorgegangen seyn sollen.*

CAPVT IV.

SCRIPTORES DE REBVS HEBRAEORVM ET IVDAEORVM.

SECTIO I.

SCRIPTORES DE PALAESTINA.

I. *Scriptores universales.*

A. *Itineraria et Topographiae a testibus oculatis conditae.*

Praeter auctores codicis sacri, Flavium Iosephum et Strabonem, qui passim in libris suis terrae sic dictae sanctae seu Palaestinae mentionem fecere eiusque naturam ac partes occasione data descripserunt, sequentes hic commemorandi sunt scriptores veteres et recentiores.

Eusebius Hieronymus. EUSEBIUS *Pamphili*, Episcopus Caesariensis in Palaestina († post Chr. nat. circa a. 340), librum de situ et nominibus locorum Hebraicorum, secundum ordinem litterarum dispositum, scripsit, in quo de regionibus, urbibus, vicis, fontibus, fluviis, montibus, desertis aliisque locis agit, quorum mentio fit in sacris, potissimum Hebraicis litteris. Hunc de locis Hebraicis librum HIERONYMUS *Stridonensis*, plures per annos Bethlehemi usque ad annum 420, quo obiit, vitam degens, interpretatione Latina, quam minus commodam non nemo dederat, offensus, alia donavit, quae, cum in Eusebianis res multas vel omiserit vel auxerit vel immutaverit, propemodum liber novus evasit. Prodiit Eusebii liber Latine, interprete Hieronymo, in eius operum Tomo IV, *Basileae* 1516. fol. Tomo III, *ibid.* 1553. fol. Tomo VIII, *Parisiis* 1643. fol. Tomo III, *Francof.* 1689. fol. In ordinem aptio-

rem

rem redactus, Graece, cum interpretatione Latina, et *Hieronymi* et *Iacobi Bonfrerii*, Iesuitae, (Bonfreriana Graecis Eusebii penitus respondet ideoque ab Hieronymiana diversa) huius doctissimis notis mappaque geographica primum eiusdem in Iosuam, Iudices et Ruth commentario subiectus, *Parisiis* 1631. fol. *ibid.* 1659. fol. *Lucas Holstenius*, veteris geographiae peritissimus, novam Eusebii de locis Hebraicis editionem pollicitus est libro de vita et Scriptis Porphyrii p. 21. Postea *Ioan. Martianay* Eusebii librum correctiorem et versionem Hieronymi, omissis tamen animadversionibus Bonfrerii, cum reliquis Hieronymi operibus edidit *Paris.* 1699. fol. T. II. p. 386 sqq. Novam editionem paravit *Ioan. Clericus*, qui et Bonfrerii et suas observationes adiecit hac quidem epigraphe: EUSEBII et HIERONYMI *Onomasticon urbium et locorum S. Scripturae; Graece et Latine, auctum et illustratum a* Iacobo Bonfrerio, *cum animadversionibus* Io. Clerici. Acc. BROCARDI descriptio terrae sanctae. Amstel. 1707. fol. Optandum sane fuisset, ut post novas Martianaei et Clerici editiones prodiisset idem Eusebii liber expolitus cura doctissimi viri *Iacobi Rhenferdi*, cuius egregia in eundem specimina observationum leguntur in eius operibus philologicis a Davide Millio editis p. 776-828. Caeterum Bonfrerii in Eusebium notae cum illustrationibus *Clerici*, additis *Augustini Calmeti* et *Ren. Iosephi Turneminii* annotationibus insertae sunt *Ioan. Steph. Menochii* Commentario S. Script. T. II. append. p. 151 sqq. (*Venet.* 1722. fol.); integra vero Clerici editio *Blasii Ugolini* Thesauro antiqq. sacr. T. V (*Venet.* 1748. fol.). Pulcherrimam quoque huic Eusebii libro lucem attulit Relandus in sua Palaestina, de qua infra.

Itinerarium Hierosolymitanum, ab anonymo a. 333 confectum, et cum Antonini itinerario et Hieroclis Synecdemo, a *Petro Wesselingio* annotationibus doctissimis in lucem editum *Amstel.* 1735. 4. Itiner. Hieros.

'abula Puting. De *Tabula Peutingeriana*, huc quoque trahenda, alibi agendum erit.

herius. Exstat et EUCHERII, Episcopi Lugdunensis saec. V, epistola de situ Iudaeae urbisque Hierosolymitanae ex Iosepho, Hieronymo etc. ad Faustinum (*Faustum*) presbyterum Insulanum, quam edidit *Phil. Labbeus* T. I. Bibliothecae novae manuscriptorum p. 665 - 667. (*Paris.* 1657. fol.).

phanius. rdiccas. gesippus. Praeterimus alios Palaestinae descriptores sive Graecos, ut EPIPHANIUM HAGIOPOLITAM, PERDICCAM et EUGESIPPUM de locis Palaestinae, editos a LEONE ALLATIO in Symmictis et cum *Genesio* de rebus Constantinopolit. *Venet.* 1733. fol. sive Latinos, ut auctorem itinerarii a Burdegala Hierosolymam

inutus. usque; MARINUM SANUTUM TORSELLUM ad calcem librorum de secretis fidelium crucis, editorum a *Iac. Bongarsio* in Tomo II Gestorum Dei per Fran-

il. Tyrius. . de Vitriaco. cos; qua in collectione etiam comparet GUIL. TYRII Historia belli sacri et IACOBI DE VITRIACO historia Hierosolymitana, cuius liber tertius, narrationem de statu terrae sanctae continens, cum aliis pluribus eiusdem terrae descriptionibus insertus est Tomo III Thesauri novi anecdotorum *Edmundi Martenii;* sive He-

Eldad Danita. braeum denique ELDAD DANITAM, qui Latine exstat ad calcem chronographiae Genebrardi, et Hebraice Oxoniae in Bibliotheca Bodleiana. Sequentem autem paullo accuratius describamus.

eniamin udelensis. *Rabbi* BENIAMIN *Ben Jona*, Iudaeus Hispanus, Tudela oriundus, indeque TUDELENSIS dictus, iter per Europam, Asiam et Africam, praecipue vero per Palaestinam, inde ab a. 1160 usque ad 1173, quo anno etiam mortuus est, suscepit, eo quidem consilio, ut Iudaeorum per omnem terrarum orbem dispersorum sedes ac numerum indagaret. Cuius itineris descriptio, curiosa et utilis satis, monimentum autem simul arrogantiae et credulitatis Beniamini, per alios etiam Iudaeos post auctoris mortem interpolatum,

varie

arie in lucem edita est. Primum Hebraice *Constanti*-*op*. ap. Soncinates 1543. 8. *Ferrarae* 1556. 8. et *Fribur*-*i Brisgoviae* 1583. 8. Latine, interprete *Benedicto Aria Montano*, *Antverp*. ex officina Christoph. Plantini 1575. . *Helmstad*. 1633. et *ibid*. 1636. 8 (Versio fat vitiosa secundum editionem Constantinopolitanam elaborata). *Hebraice*, cum versione et notis *Constantini l'Empereur* *Lugd. Bat*. ex officina Elzeviriana 1633. 8. (Plures Constantini versione errores, praecipue in nominibus propriis, notat *Eusebius Renaudotus* p. 11 sqq. Apologiae pro historia Patriarcharum Alexandrinorum Gallice editae *Parisiis* 1717. 12.) *Hebraice* cum Menassis spe Israelis, *Amstelod*. 1698. 16. *Latina* versio, melior quidem illa Ariae, exstat in *Georg. Hornii* Ulysse peregrinante (*Francof*. et *Lipf*. 1652. 12.) P. III. . 315-404. *Theotisce* a Chaym ben Jacob, typis Rabbinicis, *Amstelod*. 1691. 8. *Theotisce Francof*. 1711. 8. *Belgice* a Jans Bara, *Amstelod*. 1666. 12. et cum Menassis spe Israelis.... *Gallice* versum Beniamini itinerarium exstat in collectione itinerum Saeculis XII, XIII, XIV et XV in Asiam susceptorum, a *Petro Bergeronio* edita (*Amst*. 1729. T. I.), et recusa tomo primo operum Bergeronii *Hagae Comit*. 1735. 4. Deinde accuratius in sermonem Francogallicum translatum opusculum, notisque et dissertationibus instructum, praecocis ingenii iuvene *Ioanne Philippo Baraterio*, prodiit *Amstelod*. 1734. II Voll. in 8. Recentissima Beniamini editio, versione licet tantum Ariana, hoc titulo prodiit: Beniamini Tudelensis itinerarium ex versione Benedicti Ariae Montani; subiectae sunt descriptiones Mechae et Medinae Alnabi ex itinerariis Ludovici Vartomanni et Ioan. Wildii; praefixa vero dissertatio ad lectorem, quam suae editioni praemisit Constantinus l'Empereur et nonnullae eiusdem notae. *Lipsiae* 1764. 8.

Matthias Frid. Beckius, theologus olim Augustanus, observationes doctissimas in Beniamini itinera-

rium manu ſcriptas reliquit, quas in lucem edidit ſ
que planè egregiis notationibus auxit *Ioan. Andr. M*
Nagel, Profeſſor eloquentiae linguarumque orie
lium Altorfinus, decem proluſionibus academ
1774-1783. 4.

Cf. IUL. BARTOLOCCI Bibl. Rabb. T. I. p. 116.
I. C. WOLFII Bibl. Hebr. Vol. I. p. 247. Vol. III. p.
Vol. IV. p. 798.
CHAUFPIE' Nouv. Dict. hiſt. et crit. v. *Benjamin.*
HAGERS *geogr. Bücherſaal.* T. I. p. 517-521.
(AM ENDE) *Nachricht von M. F. Becks Handſchrif*
im Litterar. Muſeo T. II. p. 515 ſqq.

* * *

Multum porro lucis geographiae Palaeſtinae a
derunt peregrinatores religioſi, ſingulari ſuperſtiti
ad loca ſic dicta ſacra viſenda et obeunda incitati,
poſt reditum in Europam, quae viderunt vel audi
runt, litteris conſignavere. Qui ſcriptores varii p
fecto ponderis ſunt atque auctoritatis; plurimos et
Arabum et Turcarum mens inimica impediit, c
minus omnia accurate ſatis obſervare potuer
Multa haud raro eorum narrationibus ſunt admi
quae faſtidium moraeque taedium movent. Nota
nobis videntur ſequentes, quibus et alios peregri
tores, haud eadem ſuperſtitione commotos, iung
placet.

rnhard. BERNHARDI, *Monachi Franci*, Iter in loca ſ
cta factum anno 870; in *Mabillonii* Act. SS. Ord. I
ned. Saec. III. P. II. p. 523 ſqq.

ulphus, imannus Beda. ARCULPHUS, Epiſcopus Francogallicus, ci
finem ſaeculi ſeptimi e Palaeſtina redux, tempeſt
abreptus ad inſulam Scoticam, Huen ſive Hoy dicta
ab *Adamanno*, abbate monaſterii ordinis S. Bened
ibi conſtituti, humaniter recipiebatur. Adamanı
Arculphi narrationem *de locis terrae ſanctae* ſ. *de*
Hieruſalem calamo excepit tribusque partibus deſcrip
Arculphus ipſe praefationem addidit ea que librum e

f

ide dignum testatus est. BEDA VENERABILIS operis dedit epitomen, quam cum Adamanni libris tribus primum edidit *Iacobus Gretserus* Ingolst. 1619. 4. et deinde *Ioan. Mabillonius* in calce Tomi IV Actorum Sanctorum Ordinis Benedicti. Prologum Arculphi edidit *Labbaeus* Tomo I. Bibliothecae manuscr. p. 667. Bedae compendium sigillatim in eius Opp. (*Colon.* 1688. fol.) T. III. p. 363-370.

Cf. *Hist. Litteraire de France* T. III. p. 650.

IOANNIS PHOCAE, Sacerdotis et Monachi Constantinopolitani, qui a. 1185 loca sancta adiit, descriptionem eorum *Leo Allatius* edidit Graece et Latine in Symmictis L. I. n. 1. p. 1-46. (*Coloniae* s. potius *Amstelod.* 1645. 4. ibid. 1653. 8.) hoc titulo: *Compendiaria descriptio castrorum et urbium ab urbe Antiochiae usque Hierosolymam, nec non Syriae, Phoeniciae et in Palaestina sacrorum locorum.* Allatii versionem, cum Itinerario ANTONINI PLACENTINI, scripto decimi vel undecimi saeculi, edidit quoque *Papebrochius* ad tomum II Actor. Sanctor. mensis Maii. Phocas.

BONAVENTURA BROCARDUS s. BROCHARDUS s. BURCHARDUS, Argentoratensis ex ordine Praedicatorum, iter fecit in Palaestinam a. 1280 idque descripsit a. 1283. Quae descriptio, optimis accensenda, varie typis impressa est; primum hoc titulo: BURCARDI al. BROCARDI terrae sanctae regionumque finitimarum ac in eis mirabilium descriptio. *Venet.* 1519. 8 min. Deinde in *Sim. Grynaei* Scriptor. nov. orbis. Basil. 1532. fol. Postea hoc titulo: Locorum terrae sanctae exactissima descriptio. Basil. 1555. fol. et in *Reineri Reineccii* Historia orientali. Helmst. 1584. Cum BARTHOLOMAEI DE SALIGNACO itinerario Hierosolymitano. *Magdeb.* 1587. 4. *Clericus* quoque libellum adiecit Onomastico antea laudato 1707. *Franciscus Halma* Dictionario geographico super terra Canaan *Leovardiae* 1717 et *Ioh. Steph. Menochius* Commentario Brocardus.

mentario S. Scriptor. T. II. in append. p. 270. *Ven* 1722. fol. Postea separatim prodiit hoc titulo: *Fr. B naventurae Brocardi* Palaestina, seu descriptio terr sanctae. *Coloniae* 1724. 8. Recentissimus, qui nol innotuit, editor est *Ugolinus*, qui hunc Brocardi libe lum inseruit Tomo VI Thesauri Antiqq. sacr. — Ve sio *Theotisca* prodiit, auctore *Michaele Herr*, AA. Medic. cultore, in collectione scriptorum hodoepo corum, cui titulus est: *Die New Welt, der Landsch ten unnd Insulen*, etc. *Argent.* 1534. fol.

Brocardus de monte Sion. Alius BROCARDUS f. BURCARDUS, cognomi *de monte Sion*, etiam saeculo decimo tertio Palaest nam perlustravit, cuius *Descriptio terrae sanctae* prod in *Canisii* Lectt. antiqq. T. IV. p. 9 sqq. ed. Basnagii.

Iohannes Wirzb. IOHANNIS *Wirzburgensis* (Saeculi XIII Scripto ris) Descriptio terrae sanctae; in *Bern. Pezii* Thesau ro T. I. P. III. p. 483.

[Ba]ldensel. GUIL. DE BALDENSEL f. potius Boldensele Hodoeporicon ad terram sanctam anno 1336, ab ip scriptum; in *Canisii* Lectt. antiqu. T. IV. p. 331. e *Basnagii*. Auctor, socius ordinis Praedicatorum Mi densis, posteaque praefectus ordinis equestris S. Io hannis, appellatur etiam *Boldensale*, *Boldensanus*, *Bo densele*, *Boldensleve*, quod nomen postremum veru est, quippe Guilielmi maternum, quod, derelicto pa terno, sibi vindicavit, nomine vero gentilitio GUI OTTO DE RYENHUSEN.

[Pe]trus von [Su]chen. Anno 1336 PETRUS quidam, sacerdos Sucher in episcopatu Paderbornensi, Palaestinam ad loca san cta visenda petiit ibique usque ad annum 1350 com moratus est. Quae ingenio eius sat puerili memora bilia videbantur, sermone Theotisco barbaro consi gnavit. En titulum libri rarissimi: *Von dem gelobte land vnd weg gegen iherusalem von irē wesen vnd wund die in dem grossen moer gesehen werdent.* Sine typogra phi nomine ac sine loci impressionis mentione: annu tamen, quo in lucem prodiit, in fine [li]teris obsoleti

expressu

pressus 1477. 4. Repetitum est itinerarium in col-
tione Feyerabendiana, mox recensenda, ubi vero
ctor falso Ludolphus appellatur. . Idem fit in ver-
ne Latina s. l. et a. typis impressa, de qua consula-
: FREYTAG in Anal. litt. p. 918 sq.

IOANNIS DE MANDEVILLE Itinerarius a terra Ioan. de Mandeville.
gliae in partes transmarinas, ab auctore primum
llice conscriptus anno 1355, et postea Latine ver-
. s. l. et a. in 4, charactere Gothico. Iterum *Vene-*
sine anno in 4. *Zwollis* 1483. 4. *Antverp.* 1594. 8.
lice hoc titulo: *Trattato delle piu maraviglios cose,*
iu notabili, che si trovino nel mondo, scritte e raccolte
so l'anno 1322; ridotto in lingua Toscana. Firenze
92. 4. Venet. 1534. 8. 1567. 8. *Francogallice* à Lyon
87. 4. ibid. 1542. 4. à Paris 1542. 8. Epitome in
rgeroni collectione itinerariorum supra laudata. *An-*
:e Lond. 1696. 4. et in *Hakluyti* et *Purchasii* colle-
onibus itinerariorum. *Hispanice* Valentiae 1540. fol.
lgice 1483. *Theotisce* Francof. 1580. 8. — Omnes
ındevillii editiones et versiones perrarae sunt. Au-
ır, MANDVITH sive MANDEVILLE sive MON-
VILLANUS sive MAGNOVILLANUS, cognomine
gulari *ad Barbam,* *) natione Anglus, Medicinae
ofessor, a. 1322 usque ad 1355 in regionibus Orien-
peregrinatus, aliquamdiu etiam Sultani Aegyptiaci
litia functus, stilo admodum rudi et aspero loca,
ae peragravit, descripsit, fabulis haud paucis ad-
xtis. — Cf. *Freytagii* Anal. litt. p. 562 sq.

RUDOLPHI DE FRAMEYNSBERG itinerarium de Frameynsberg
Palaestinam ad montem Sinai et in Aegyptum (a.
46); in *Canisii* Lectt. antiqu. T. IV. p. 358. Auctor,
bilis Bavarus, exorsus est iter suum in Palaestina,
ad

*) Fortasse *de Alban:* in codice certe manu exarato, quo Man-
devillii nostri itinerarium Theotisce exhibetur, legitur *Io.*
de Alban. Testis est *Schilterus* in Catalogo auctorum Ger-
manicorum, Tomo III. Thesauri antiqq. Teut. praefixo
p. XL.

ad montem Sinai et in Aegyptum, quod et ipse descripsit. Fabulas plerumque refert, nec nisi fragmenta brevissima totius operis supersunt.

von Mergenthal. HANNS VON MERGENTHAL *Beschreibung der Reise und Meerfarth in das heilige Land nach Hierusalem Herrn* Albrechts Herzogs zu Sachsen (a. 1476.) *Leipz.* 1586. 4.

Tucher. *Hans Tuchers Reyssbeschreybung.* In fine legitur: *Gedruckt und volendet durch Hannsen Schoensperger zu Augspurg Anno dnj Tausent vierhundert im* LXXXII *jar.* fol. Eodem anno emendatius *Norimb.* in 4. Tertia vice *ibid.* 1483. 4. Quarta *Aug. Vind.* 1486. fol. Quinta *Francof. ad Moen.* 1561. 4. Auctor, ordinis Senatorii Norimbergensis membrum, a. 1479 comitibus duobus equitibus Norimbergensibus et Balthasaro, Duce Mecklenburgensi, Hierosolymam aliaque Palaestinae loca perlustravit, suasque observationes satis candide litteris mandavit. Mortuus est Norimbergae 1491.

Cf. G. A. WILLII *Nürnberg. Gelehrten Lexicon* T. IV. p. 74. et eiusd. *Litterarisches Wochenblatt* P. I. p. 51 et 115.

Fabri. *Eigentliche Beschreibung der Hin- und Wiederfarth zu dem heiligen Land gen Jerusalem.* 1556. 4. — Auctor, FELIX FABRI, Dominicanus Ulmanus, a. 1480 in Palaestina fuit, comite *Ioanne Werlo de Zimber*, sub cuius nomine etiam itinerarium hocce interdum citatur.

van Ghistele Zeebout. IODOCUS VAN GHISTELE, Dynasta in Axel, Maalstede, der Moere etc. Consul Gandavensis, a. 1481-1483 loca Palaestinae obiit, comite AMBROSIO ZEEBOUT, eius Capellano, qui memorabilia consignavit lingua vulgari Flandrica; quod itinerarium typis impressum prodiit *Gandavi* 1567.

Breidenbach. Idem iter eodem fere tempore peregit BERNHARDUS DE BREYDENBACH, s. BRAITENBACH, e nobilissima

ſima Breidbachiorum ſtirpe, quae hodienum Burg-
viorum Fridbergenſium dignitate et titulo eminet,
undus, Decanus et Camerarius eccleſiae Mogun-
ie. Iter ſuſcepit ex urbe Oppenheimenſi, dioece-
ſ Moguntinenſis, a. 1483. Itineris ſocios habuit
trem *Felicem Fabri*, quem iam memoravimus, et
nunc ſecundum in Palaeſtinam iter ſuſcepiſſe vi-
ır; *Ioannem de Solms Dominum in Mintzenberg;*
lippum de Bicken, ſtrenuum militem; *et Erardum*
'ich de Traiecto inferiori, *ingenioſum*, ut ab ipſo
denbachio vocatur, *et eruditum pictorem*, *qui a*
etiano portu et deinceps potiorum civitatum, *quibus*
ie pelagique tranſitu applicari oportet, *praeſertim ſa-*
um in Terra ſancta locorum diſpoſitiones, *ſitus et*
ras, *quoad magis proprie fieri potuit*, *artificioſe effi-*
rit, *tranſtulitque in cartam*, *opus viſo pulcrum et de-*
bile. Alios itineris ſocios ſilentio praeterimus.
iit Breidenbachius a. 1484 et Venetias nave vectus
venit die VIII m. Ianuarii. Utrum ipſe Breiden-
hius itinerario conſcribendo dederit operam, an
ius labore et ſtudio uſus fuerit, non ſatis conſtat.
num hoc itinerarium edidit lingua Latina *Bernard.*
reidenbach, Mogunt. 1486. fol. Eodem anno ver-
evulgata fuit *Theotiſca*, *Meyntz mit Holzſchnitten;*
ıe *Aug. Vind.* 1488. fol. min. aut 4 mai. (Teſte
ſio in Annal. typogr. Aug. p. 32.) Verſio Belgica
iit *Mogunt.* 1488. fol. Verſionem *Gallicam* com-
it quidam *Io. de Herſin*, Lugd. 1488. fol. Anno
o recuſa fuit editio Latina, *per Petrum Drach*, *ci-*
Spirenſem, *die XXVIIII Iul.* in fol. Editio verſio-
Germanicae, quae ſine die et conſule in fol. prodiit,
ta poſtea fuit collectioni Feyerabendianae, infra
nſendae. Non diverſum ab hodoeporico Brei-
bachiano opus eſſe exiſtimatur, quod ſub *Philippi*
icken nomine a bibliographis laudatur *Itinerarium*
rram ſanctam. Spirae 1490. fol.

CL.

Cf. BAUMGARTENS *Nachr. von merkwürd. Büchern* T. II. p. 233. T. IX. p. 218.

FREYTAGII Apparat. litter. T. I. p. 48 sqq.

Georgius. GEORGII, Chemnicensis Prioris, Ephemeris, sive Diarium peregrinationis Aegypti, montis Sinai, terrae sanctae ac Syriae a. 1507 et 1508 factae; in *Pezii* Thes. Anecdot. T. II. P. III. p. 453 sqq.

Baumgarten a Breitenbach. MARTINI A BAUMGARTEN IN BRAITENBACH, Equitis Germani, Peregrinatio in Aegyptum, Arabiam, Palaestinam et Syriam (*facta* a. 1507 et 1508), in qua de horum regionum, inibi insularum, urbium, templorum, situ, natura, monumentis, ruinis, gentium ritu, moribus, nonnullorum regum exterorum ortu, incrementis, actis, terrestrium marinorumque animalium proprietatibus, rerumque diversarum historiis, ab experientia et probatissimorum auctorum suffragiis, utiliter et iucunde tribus libris differitur. Consensu sumtibusque nobilissimorum haeredum Christophori Philippi a Baumgarten etc. Martini filii, in lucem edita studio M. *Christoph. Donaueri*, Ratisponensis. Praefixa est Equitis vita eodem auctore. *Norib.* 1594. 4. Eques iste minime e gente Baumgaertneria Norimbergensi, sed e Baumgartenia Bavarica ac Tyrolensi oriundus, a. 1535 Kufstenii mortuus ac sepultus est. Diarium, sat lucide et accurate compositum, tribus absolvitur partibus, quarum secunda quatuordecim capitibus agit de Palaestina.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hallischen Bibl.* T. VI. p. 59 sqq.

Zuverlässige Nachrichten von der seltenen Reisebeschreibung Bernhards von Breitenbach nach dem gelobten Lande und zu dem Grabe der h. Märterin Catherinen; in den Arbeiten einer vereinigten Gesellsch. in der Oberlausitz T. III. p. 159-182.

Anselmus. ANSELMI, ordinis Minorum de Observantia, apertior descriptio terrae sanctae et urbis Hierusalem

(facta

(facta 1509); edita una cum Ptolemaei Cosmographia, a *Ioan. de Stobnicza. Cracoviae* s. a. (circa 1515) 4; atque in *Canisii* Lectt. antiqq. T. IV. p. 776. edit. Basnagii. — Distantias locorum Anselmus dimetitur et observat: sed fabulis addictissimus eas summa cum fiducia, velut verissimas, lectoribus obtrudit.

Cf. IANOZKI *von der Zaluskischen Bibl.* T. II. p. 124.

LUDWIG TSCHUDI *von Glarus Reyss — und Pilgerfarth zum heiligen Grab* (a. 1519). *St. Gallen* 1606. 4.

Trattato delle piante e imagini de' sacri edifizi di Terra Santa, disegnate in Jerusalemme dal P. BERNARDINO AMICO *da Gallipoli, de' Minori Osserv. Intagliate in rame da* GIAC. CALLOT. In Roma 1609. fol. mai. In Firenze 1620. fol. min. — Auctor, praeses Sepulcri sancti a. 1516, Hierosolymas locaque sic dicta sancta diligentissime descripsit. Maxime tamen opus propter Calloti figuras scite aeri incisas aestimatur. Editio Florentina plures habet figuras.

BARTHOLOMAEI DE SALIGNACO iter, ante cum Brocardo laudatum, susceptum fuit a. 1522. Editio eius itinerarii *Lugdunensis* quoque memoratur 1526.

IODOCI A MEGGEN, Patricii Lucerini, Peregrinatio Hierosolymitana (facta a. 1542). *Dilingae* 1580. 8.

WOLFFG. MÜNTZERS (Equitis, Norimbergae nati ac sepulti, cuius agri in ditione Bambergensi siti erant. Stirpis suae ultimus obiit a. 1577) *Reissbeschreibung von Venedig aus, nach Jerusalem, Damascum und Constantinopel* (a. 1556). *Nürnberg* 1624. 4.

MELCHIOR VON SEYDLITZ *Beschreibung der Wallfarth nach dem heiligen Lande.* Görlitz 1580. 4. Leipzig 1581. 4. Görlitz 1584. 4. c. figg. ligno incisis. Iter susceptum fuit ab a. 1556 usque ad 1559.

Helffrich. IOH. HELFFRICH *kurzer und wahrhafter Bericht von der Reise aus Venedig nach Hierusalem, in Aegypten, auf den Berg Sinai, Alcair und Alexandria* (a. 1565). *Leipzig* 1581. 4. c. figg. ligno incisis.

Fürer. CHRISTOPHORI FÜRERI *ab Haimendorf, Equitis aurati, Duumviri Reip. Norimbergensis primarii et in rebus bellicis Consiliarii supremi etc.* Itinerarium Aegypti, Arabiae, Palaestinae, Syriae, aliorumque regionum orientalium. Addita est oratio funebris et carmina exsequialia piis manibus summi viri scripta, cum auctorio aliorum eiusdem honori nuncupatorum. *Norimb.* 1621. 4. c. figg. aen. — Postquam Fürerus magnam partem Italiae annis 1563 et 1564 peragrasset ac Venetiis rediisset, convenit inter se et *Alexandrum Schulenburgium*, Marchicum Equitem, de adeundo Oriente. Quod consilium persequi coepere mense Iulio 1565, peragranda Aegypto, Arabia, Syria, Palaestina plurimisque Archipelagi insulis. Mense Iulio anni sequentis Venetias reversi, anno 1567 Furerus, alio itinere peracto, rediit in patriam. Mortuus est a. 1610. Filii eius Diarium patris, sermone Germanico conceptum, *Georgio Richtero* tradiderunt, ut illud Latine redderet. Exstat tamen et versio Theotisca, facta ex Latina ista, *Norimb.* 1646. 4. Auctor nil, nisi quae ipse vidit, litteris consignasse videtur.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hallischen Bibl.* T. VI. p. 64.
G. A. WILLS *Nürnberg. Gelehrten-Lexicon* T. I. p. 495.
C. W. LÜDECKE *Beschreibung des Türkischen Reichs* P. II. p. 108 sqq.

Vlaming. *Reys na Hierusalem gedaen by* ADRIAEN DE VLAMING, *in the jaer* 1565; in *Adr. van Nispen* Voyagien (*Dordr.* 1651. 12.) p. 39-89.

Bockenberg. Eodem a. 1565 IACOBUS DIRKZ BOCKENBERG, Gouda in Belgia oriundus, cum fratre iter versus Hierosolymam instituit, eiusque descriptio, nescio quo idiomate, typis impressa *Colon.* 1620.

FR.

FR. BONIFACII STEPHANI, Ragusini, praedicatoris Apostolici et Stagni Episcopi, liber de perenni cultu terrae sanctae. *Venetiis* 1573. 8. Step

Beschreibung der Reyss LEONHARDI RAUWOLFFEN, *der Arzney Doctorn, und bestellten Medici zu Augspurg, so er vor dieser Zeit gegen Aufgang in die Morgenländer, fürnemlich Syriam, Judaeam, Arabiam, Moesopotamiam, Babyloniam, Assyriam, Armeniam etc. nicht ohne geringe Mühe und grosse Gefahr selbst vollbracht: Neben Vermeldung viel andrer seltzamer und denkwürdiger Sachen, die alle er auf solcher erkündiget, gesehen und observirt hat. Alles in drey underschiedliche Theyl mit sonderem Fleyss abgetheylet, und ein jeder weiter in seine sondere Capitel, wie dero Innhalt in zu endgesetztem Register zu finden. Gedrukt zu Frankfurth am Mayn bey Christoph Raben. Anno* M. D. LXXXII. 4. Editioni anni proxime subsequentis addita est pars quarta, continens delineationes plantarum exoticarum XLII, quarum descriptiones passim occurrunt in prioribus tribus partibus. In titulo partis quartae leguntur haec verba: *Gedruckt zu Laugingen* (Lauingen) *durch Leonhard Reinmichel, in Verlegung Georgen Willers.* 1583. 4. Rauwolffii itinerarium denuo per foedum plagium sub titulo: LEONIS FLAMINII *itinerarium per Palaestinam* Rothenburgi a. 1681 in forma quarta impressum, nihilque mutatum est, nisi quod quaedam omissa. Caeterum hocce itinerarium optimis et fide dignissimis accensendum est; hinc inde nimiam sectatus est brevitatem auctor candidus, a. 1573-1576 in Oriente commoratus. — Argumentum libri recenset novamque eius editionem optat LÜDECKE in *Beschreibung des Türkischen Reichs* P. II. p. 113 sqq. Rauwol

Orientalische Reyss des Edlen unnd vesten HANNS JACOB BREUNING VON UND ZU BUOCHENBACH, *so er selbander in der Türkey, unter des Türkischen Sultans Jurisdiction und Gebiet, sowol in Europa als Asia und Africa, ohn einig Cuchium oder Frey Gleit, benantlich* Brei von chen

in Griechenland, Egypten, Arabien, Palaestina, das heylige gelobte Land und Syrien, nicht ohne sondere grosse Gefahr vor dieser Zeit verrichtet. Alles in fünff underschiedliche Meerfarthen disponirt und abgethaylet, auch was in einer jeden derselben von Tag zu Tag fürgangen, ordentlich vom Authore selbst verzeichnet: darinn eine jede abgesonderte Materj vnder ihr eigen Capitel oder Titul gebracht, vnd mit schönen Kupferstücken gezieret. Mit angehenkter summarischer Computation aller Meylen: sampt einem kurzen Appendice vnd ausführlichen Registern, sowol der Capitel, als andrer denkwürdigen Sachen. Gedruckt zu Strasburg bey Johann Carolo im Jahr MDCXII. fol. — Auctor rarissimi huius itinerarii ab a. 1579 sex, et quod excurrit, per annos regiones, quas libri inscriptio memorat, peragravit. Insunt multae aeri incisae figurae, quarum nonnullae animalia exotica repraesentant.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Bibl.* T. VI. p. 66 sq.

II. Ierosolymitana peregrinatio illustrissimi Principis NICOLAI CHRISTOPHORI RADZIVILI, Ducis Olicae et Niesvisii, Palatini Vilnensis, militis Ierosolymitani etc. primum a THOMA TRETERO, custode Varmiensi ex Polonico sermone in Latinum translata: nunc varie aucta et correctius in lucem edita. *Brunsberg* M.DC.I. fol. et *Antwerpiae*, ex officina Plantini apud viduam et filios Io. Moreti. M. DC. XIV. fol. Utraque editio perrara. Exstat etiam versio Theotisca per *Laurent. von Borkau.* Maynz 1602. 4.° — Princeps iste Polonus morbo gravi correptus votum, iter in Palaestinam faciendi, suscepit, idque annis 1583 et 1584 feliciter persolvit. Epistolae quatuor, quibus observationes suas complexus est, Polonice scriptae Latina donatae civitate a Tretero, dignae omnino sunt, quae curiosius perlegantur; stili quoque iucunditate se commendant. Superstitionis vestigia varia non desunt.

Cf.

Cf. BAUMGARTEN l. c. T. VI. p. 65 sq.
FREYTAGII Analecta litt. p. 741 sq.
Literar. Wochenblatt P. II. p. 6 sq.

Coll itinera rum Fe aben

Itinerariorum hactenus commemoratorum magnam partem aliaque collegit SIGISMUNDUS FEYERABEND, bibliopola Francofurtanus, sermone Theotisco, sub hoc titulo: *Bewährtes Reyßbuch oder Beschreibung des heiligen Landes.* Nürnberg 1609. fol. *Andrer Theil* Frankf. am Mayn 1609. fol. (Laudatur vulgo editio Francofurtana 1584. fol.) Insunt XXI itineraria sequentia, partim Theotisce conscripta, partim ex aliis linguis in Theotiscam negligenter translata: 1. RUPERTI, *Abts zu Bergen*, *Beschreibung des gewaltigen Heerzuges der Christen ins heil. Land*, *im Jahr* 1095 *unter Herzogen Gottfried von Bulion.* 2. *Beschreibung der Meerfarth zum heil. Lande Herzog* ALEXANDERS, *Pfalzgrafen bey Rhein*, *im J.* 1495 *und* 1496. 3. BUGISLAI X *Herzogen zu Pommern — Reiß ins gelobte Land*, *im J.* 1496. 4. *Johann Graven von Solms Reiß ins heil. Land*, *und zum Berge Sinai im J.* 1483, *und von Herrn* BERNHARD *von* BREITENBACH *beschrieben.* 5. JOH. WERLI *von Zimbern Wallfahrt zum heil. Lande im J.* 1484, *vom Bruder* FELIX *beschrieben.* 6. ALBRECHT *Graven zu* LÖWENSTEIN *Bilgerfahrt zum heil. Grabe*, *in Aegypten und zum Berge Sinai im J.* 1561 *und* 1562. *mit einem* 7. *angehängten Pilgerbuche.* 8. JAC. WORMSERS *Reiß ins heil. Land und in Aegypten im Jahr* 1561 *und* 1562. 9. STEPHAN *von* GUMENBERG *Reiß ins gelobte Land im J.* 1449. 10. MELCH. *von* SEYDLITZ *Reiß und Bilgerfahrt von* 1556 *bis* 1559, *von ihm selbst ordentlich beschrieben.* 11. JOH. *von* EHRENBERG *Reiß zum heil. Grabe im J.* 1556. 12. LEONH. RAUCHWOLF M. D. *Reiß ins gelobte Land und andere Morgenländer im J.* 1573. 13. JO. TUCHERS *von Nürnberg Reiß zum heil. Grabe*, *und andern umliegenden Oertern* 1479. 14. I. HELFFRICHS *von Leipzig Reiß ins heil. Land und andere an-*

 grenzende

raeorum. *Viteb.* 1695. 4.

IOH. NICOLAI Libri IV de sepulchris Hebraeo- Nicolai.
um. *Lugd. Bat.* 1706. 8. c. figg. aen.

CHRISTI. REINECCII Programma, monimen- Reinecc
orum sepulchralium et epitaphiorum primam origi-
em Hebraeis vindicans. *Leucopetrae* 1712. fol.

LEONH. HOFMANNI Diss. de singulari Hebraeo- Hofmann
um cura sepeliendi mortuos. *Viteb.* 1726. 4.

PETRI ZORNII Diss. de Mausoleis veterum He- Zorn.
raeorum; in *Miscell. Lips. nov.* Vol. V. P. II. p. 218-
47.

CHRISTI. SHOETGENII Dissertationes II de
iscriptionibus Hebraeorum. *Lips.* 1715. 1716. 4.

SECTIO III.

SCRIPTORES DE HISTORIA HEBRAEORVM SIVE IVDAEORVM.

I. *Scriptores de veritate et praestantia historiae Iudaicae.*

ANDR. FRANCKENBERGERI Libellus de am- Franckenberger.
litudine et excellenti historiae propheticae dignitate,
e caussis ad lectionem illius nos impellentibus et ad-
niniculis. *Viteb.* sine anno. 8.

IOH.

Meyer. IOH. MEYERI Diss. de profanae hi oriae novitate et incertitudine, deque sacrae antiquitate, divina origine, certa et indubitata veritate; in *eiusd.* Prolegg. ad annotatt. Seder Olam s. Chronic. Hebr. (*Amstelod.* 1699. 4.) p. 121-147.

Eiusd. Diss. de chronologiae et historiae sacrae integritate; *ibid.* p. 148-205.

Calmet. AUGUSTIN CALMET *Diss. sur l'excellence de l'histoire des Hebreux par dessus toutes celles des autres nations;* in eiusd. *Comment. sur la Bible* T. II. p. 31 sqq. et in eiusd. *Hist. de l'anc. et du nouv. Test.* T. VII. p. 121-206.

Toland. IOH. TOLANDI (*natu Hiberni, virilem aetatem in otio litterario circa Londinum transigentis* † 1722) Origines Iudaicae, sive Strabonis de Moyse et religione Iudaica historica narratio, breviter illustrata; in eiusdem Adeisidaemone s. Tito Livio a superstitione vindicato. (*Hag. Comit.* 1709. 8.) p. 99-199. — In hac opella Tolandus hoc sibi maxime proposuit, ut demonstret, Strabonem de gente Iudaica ipsoque Mose narrationem instituisse, longe discrepantem ab illa, quae habetur in Pentateucho, eandemque haud quaquam ea fide de Mose et Iudaeis disseruisse, qua quidem ab Huetio in demonstratione sua evangelica de iisdem scripsisse dicatur. Tolandum refutare studuerunt plures

Fay. viri docti, v. c. IACOBUS FAYUS, D. Theol. et in ecclesia Ultraiectino-Britannica verbi divini minister, in sequenti libro: *Defensio religionis, nec non Mosis et gentis Iudaicae, contra duas dissertationes Ioh. Tolandi.*

Morinus. Ultraj. 1709. 8; et MORINUS in epistola, cui titulus: *Lettre de Mr.* (Henri) MORIN *à Mr.* (Pierre Dan.) HUET, *touchant le livre de Toland, intitulé:* Adeisidaemon et origines Iudaicae; quae epistola exstat in *Mémoires de Trevoux* 1709, Sept. p. 1589; et in *Dissertations recueillies par Mr. Tilladet* (*à la Haye* 1714. 8.)

Buddeus. p. 369-386. Edidit quoque IOH. FRANC. BUDDEUS prolusionem de origine gentis Ebraeae contra Ioh. Tolan-

[redacted]

Tolandum; quam reperies in *eiusd.* Miscellan. sacr. (*Ienae* 1727. 4.) P. I. p. 520-538.

HENR. GOTTLIEB REIME Schediasma philologicum de historiarum et antiquitatum Iudaicarum fide. *Ienae* 1717. 4. I

DAV. MILLII Oratio de variis virorum doctorum, in antiquitatibus sacris et orientalibus, erroribus. *Traj. ad Rhen.* 1727. 4; et in *Schlaegeri* Fasciculo Diss. rarior. de antiqq. sacr. et profan. (*Helmst.* 1742. 4.) Nr. 1. Mill

IO. REISKIUS de scriptorum Romanorum Iudaicam circa historiam falsis narratiunculis; *ibid.* Nr. 2. Rei

GEORG. CASP. KIRCHMAIERI Exercitatio ad Taciti Histor. Lib. V capita priora, de rebus moribusque Iudaeorum; *ibid* Nr. 3. Kirc

CHRISTI. WORMII de corruptis antiquitatum Hebraearum apud Tacitum et Martialem vestigiis, libri II. *Hafniae* 1693-1694. 4. — Cf. *Acta Erud.* a. 1693. p. 443 sqq. a. 1694. p. 209 sqq. Worı

IO. GEORG. ARTOPOEI Elenchus errorum a Iustino circa res Iudaicas Libri XXXVI. cap. II. admissorum. *Argent.* 1695. 4; et in laudato Fasc. Diss. Schlaegeri Nr. 4. Arte

IOH. IACOBI HULDERICI Gentilis obtrectator, sive de calumniis gentilium in Iudaeos commentatio; cui accedit disquisitio de calumniis ab iisdem gentilibus in primaevos Christianos sparsis. *Tiguri* 1744. 8. Huld

Mémoire sur les erreurs des auteurs profanes au sujet des Juifs, par Mr. DE BURIGNY; dans l'Hist. de l'Acad. des Inscriptt. T. XXIX. p. 199 sqq. de B

II. *Scriptores historiae Iudaicae universales.*

Antiquissimus rerum Hebraicarum scriptor est FLAVIUS IOSEPHUS, Iudaeus, Hierosolymis a sacerdote *Matthatia* sive *Matthia* prognatus anno post Christ. nat. 37. Nobilis Hebraeus, ex primo ordine XXIV sacerdotalium, quod ad paternam familiam at- Iof

tinet, ex regio autem Asmonaeorum genere, respectu matris, oriundus. Mature tantoque ardore litterarum studia coluit, ut anno aetatis decimo quarto quaestiones a sacerdotibus sibi propositas difficiliores solvere, decimoque sexto opiniones atque sententias trium Iudaicarum tunc florentium sectarum cognoscere et scrutari posset. Pharisaeorum secta prae caeteris placuit, ideoque sese illi addixit. Anno aetatis vicesimo sexto Romam petiit, atque favore Poppaeae, Neronis coniugis, adiutus, cognatos, a Felice procuratore Romam captos deductos, libertati vindicavit. Post reditum patriam admodum turbulentam pacare et a seditionibus contra Romanos retinere frustra tentavit. Anno post Chr. nat. 67 Galilaeae gubernandae curam sibi commissam suscepit, prudentiaque aeque ac virtute bellica claruit. In oppidi Iotapatae expugnatione a Romanis cum captus esset, callida prudentia usus, Vespasiano eiusque filio Tito praedixit imperium, cumque veritas vaticinii postea comprobata crederetur, a Vespasiano libertatem et cognomen *Flavii* adeptus fuit. Titi postea, qui magni eum aestimabat, comes fuit in Hierosolymarum obsidione, eiusque interpres in conditionibus cum Iudaeis, licet frustra, agitatis. Post urbis expugnationem cum Tito Romam rediit, iure civitatis donatus, ibi mortuus est, quo anno? nescitur. Cognitum tamen id habemus, Iosephum ibidem anno aetatis LVI historiam suam Iudaicam ad finem perduxisse. Composuit vero Iosephus opera sequentia:

1. Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας περὶ ἁλώσεως λόγοι Ζ': de bello Iudaico et eversa Hierosolyma Libri VII. Primum in eorum elaboratione lingua Hebraea, vel, ut alii sentiunt, Syriaco-Chaldaica, usus est; postea eosdem Graece reddidit atque Vespasiano obtulit. *Rufinus Aquileiensis* primus horum librorum Latinam curavit interpretationem, adhuc superstitem, saepeque typis expressam. *Ambrosius* eosdem Latine reddidisse

dicitur:

[redacted]

icitur: sed errarunt, qui hoc statuerent; Hegesippi otius libros V de excidio Hierosolymitano Ambroüs in sermonem Romanum transtulit.

2. Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγοι Υ′: Antiquitaım Iudaicarum Libri XX. Ab orbe terrarum conito usque ad annum XII Neronis Imp. deducta est hioria Iudaica. Sunt, qui putent, Iosephum etiam os libros idiomate Hebraico conscripsisse: at caret aec sententia firmis argumentis. Ratione chronoloiae Iosephus maxime sequitur LXX interpretes.

3. Ἀρχαιότητος Ἰουδαίων κατὰ Ἀπίωνος λόγοι Β′: e antiquitate Iudaeorum contra Apionem Alexanrinum ad Epaphroditum Libri II. Primo Manethoem Aegyptium, altero Apionem praecipue, aliosque lsa de gente Iudaica spargentes scriptores, confutare uduit. Simul egit de origine Iudaeorum, pluraque eographiam antiquam iuvantia admiscuit.

4. Εἰς Μακκαβαίους λόγος, ἢ περὶ αὐτοκράτορος ογισμοῦ: de Maccabaeis, sive de imperio rationis liellus; cuius αὐθεντία a Grotio aliisque in dubium ocatur.

5. Φλαβίου Ἰωσήπου βίος: Flavii Iosephi vita; a se sso descripta, antiquitatibus Iudaicis vulgo adiecta.

Agedum editionum versionumque operum Flaianorum indicem chronologicum exhibeamus!

Versiones prius typis expressae sunt, quam conxtus Graecus, quippe qui circa medium demum deimum sextum saeculum ista ratione prodiit. Praeierunt versiones sequentes:

A. 1470. Iosephi antiquitatum libri XX. *In fine gitur:* Iosephi historiographi viri clarissimi. libri anquitatum numero viginti. per Iohannem Schüsler. ivem Augustensem finiunt feliciter non scriptorum uidem arte. sed qua nostra tandem etas dotata est. npressoria scil. exarati. Anno a nativitate currente ominica. Millesimo quadringentesimo septuagesimo. alendas vero Iulias quarto. *Fol. mai.* Ad calcem huius

O 2 libri

libri et haec leguntur: Omnes libri antiquitatum. qui sunt simul viginti. versus continent sexaginta milia. Sequitur deinde Eusebii Caesariensis commendatitia in Iosephum, ex eius historia ecclesiastica. Postremo additur recensio septem mirabilium mundi, nescio, unde petita.

Cum hoc volumine coniunguntur: Iosephi Libri VII de bello Iudaico. *In fine:* Iosephi historiographi viri clarissimi. libri de bello iudaico septem finiunt feliciter. per Iohannem Schüsler civem Augustensem impressi Kalendas Septembris decimo. Anno vero a partu virginis salutifero Millesimo quadringentesimo septuagesimo. Laus optimo maximo.

Est haec editio operum Iosephi omnium prima, eaque rarissima, cum nec Gesnero (in Bibl. s. v. *Flavii*), nec Fabricio, nec Maittairio innotuerit. *C. G. Schwarzius*, Altorfinus, eam possedit (v. Bibl. Schwarzianae P. II. p. 73 sq.). Exstat etiam in bibliotheca Monasterii Buxhemiensis. Num haec versio Latina Rufini antiqua sit, Schwarzius haud disquisivit.

1475. Hoc forte anno prodiit editio sic inscripta: *Flavii Iosephi* Antiquitates e veteri versione Latina, quae Rufino vulgo tribuitur. s. l. et a. fol.

. . . . *Flavii Iosephi* Historiarum de bello Iudaico Libri VII, e Rufini versione castigati per Platinam. s. l. et a. fol.

1480. *Iosephi*, Machaciae filii, Hebraei, genere sacerdotis ex Hierosolymis, de bello Iudaico, et de antiquitatibus Iudaeorum. *Veronae*, per Petrum Maufer. 1480. fol.

Auctor huius versionis vulgo perhibetur *Ludovicus Cendrata*, cum tantum corrector fuerit. Rarissima sunt huius editionis exempla, in primis ea, quae in membranis typis excusa sunt. Litterae initiales capitales auro coloribusque ornatae.

1486. — Antiquitatum et de bello Iudaico libri ac de antiquitate Iudaeorum. *Venet.* 1486. fol.

1492.

[redacted]

1492. Verſionem Francogallicam hoc anno Lutetiae Pariſ. in fol. prodiiſſe, teſtatur *Conr. a Beughem* in Incunab. typographiae.

1499. *Ioſephus* de antiquitatibus ac de bello Iudaicô. de Greco in latinum traductus per venerabil. Presbyter. *Rufinum Aquileienſem.* — Impreſſit *Venetiis* Albertinus Vercellenſis 1499 die XXIII Octobris. fol.

1502. — Antiquitatum libri, Hiſtoria de bello Iudaico, et libri II de antiquitate Iudaeorum contra Apionem. *Venet.* ap. Bernardinum Vercellenſem. 1502. fol.

1510. — De Antiquitatibus, ac de bello Iudaico. — *In fine:* Has Ioſephi hiſtorias diligentius multo caeteris emendatas, *Venetiis* excuſſit formis *Gregorius de Gregoriis.* Anno ſalutis noſtrae 1510. die XXIX menſis Octobris. fol. Inſunt etiam libri contra Apionem. Rufini verſio eſt repetita in hac editione, nec Fabricio nec Maittairio cognita.

1513. — Antiquitates, Hiſtoria de bello Iudaico et de antiquitate Iudaeorum contra Apionem, per *Alexandrum Minutianum. Mediol.* 1513. fol.

1514. — Antiquitates Iudaicae, ſigillatim 1) Libri VII de bello Iudaico, 2) defenſio antiquitatum adverſus Apionem Grammat. 3) Egeſippus de excidio Hieroſolymitano. *Mediol.* 1514. fol.

1514. *Ioſephi* Iudei, Hiſtorici, praeclara Opera, non parva accuratione et diligentia recenter impreſſa, nec non a compluſculis mendis quibus paſſim antea ſtatebant (*ſcatebant*) terſa atque caſtigata. De antiquitatibus libri viginti nunc primum cum duplici ad Bibliam concordantia: una quidem generali ad legales et hiſtoriales Bibliae libros: altera vero ſpeciali ad ſingula eorundem capitula. De Iudaico bello Libri ſeptem ad octo noviſſimos eiusdem de Antiquitatibus Libros: nec non ad Aegeſippi Chriſtiani de Hieroſolymitano excidio quinque libros collati conſimiliter atque concordati. De antiqua Iudaeorum Origine

contra Grecos et Manethonem Aegyptium: nec non contra Appionem, Alexandrinum, Libri duo hucusque confusi, nunc vero per capita distincti. Et his omnibus Iosephi operibus adiecta sunt accurate singulis capitibus compendiosa argumenta, cum annotatiunculis in margine ubique accommodatissime collocatis, non parum lectori conducentibus. *Roberti Goullet* sacre pagine professoris eruditissimi (qui predicta Iosephi opera eo modo quo praemissum est non sine magno labore excoluit) Tetramonon: ex ipsius Iosephi, Bibliae, Historiae scholasticae, Aegesippi epithomatibus solerter conciliatum, Eiusdem compendium de sex etatibus seculi, in quo praeter Christi Genealogiam multa scitu dignissima continentur. Brevis scilicet Cosmographiae recollectio: et omnium ferme regnorum origo, successio et finis: quique Reges in illis, et quot annis regnaverunt: Illi praesertim, quorum sacri codices ac Iosephus noster meminerunt. — *Omni autem codici, typothetarum quidem erroribus corruptissimo, nihilo tamen minus oppido raro, hisce verbis imponitur finis:* Habes candide lector preclara Iosephi Iudei Historici opera uberrime a profundissimo Theologiae professore ut praemissum est elaborata, nec non opera *Ioannis Barbier*, et impensis *Francisci Regnault* et *Ioannis Petit* librariis impressa, et ab innumeris erroribus, quibus antea scatebant, tersa atque castigata. Ne sis ergo ingratus, preces altissimo fundito pro eo, qui praedicta opera ad communem hominum utilitatem, non sine magnis vigiliis et accurato labore excoluit, ac ipsos bibliopolas, qui in hoc opere magnas fecerunt impensas, liberali emptione sublevato. Quod si feceris, mihi crede, magis tibi proderit hic liber in Bibliotheca quam nummus in archa. Vale, impressum *Parrhisii*, Anno Domini 1514. penultima Martii. fol. — Versio inest Rufina.

1516. Versio Francogallica huic anno vulgo adscribitur. *Paris.* fol.

1519. Repetita eſt editio verſionis Rufinianae Pariſina anni 1514, eadem typothetarum et correctoris negligentia. In fine legitur: *Vale impreſſum Parrhiſii anno Dni. M. quingenteſimo decimo nono penultima Maii.*

Cf. FREYTAGII Adparatus litter. T. I. p. 611-623.

1524. — Opera, ad multorum codicorum latinorum, eorundemque vetuſtiſſimorum fidem recognita, et caſtigata: quorum catalogus eſt, qui ſequitur. Antiquitatum Iudaicarum libb. XX. De bello Iudaico libb. VII. Contra Appionem apologetici libb. II. Interprete *Rufino* presbytero. De inſigni Machabaeorum martyrio liber unus, opidoque elegans, cui titulum fecit: περὶ αὐτοκράτορος λογισμȣ̃, caſtigatus ab *Eraſmo Roterodamo*, nunquam antehac praedictis additus. Cum indice, et annotationibus, per quas, cui quid reſpondeat in Bibliis, quidve non, facile dinoſci poterit. Apud ſanctam Ubiorum Coloniam Agrippinam, in aedibus Eucharii Cervicorni. Impendio et aere induſtrii viri Godofredi civis Colonienſis. Anno M.D.XXIIII. Calendis Februariis. *fol. max.* — Praefatus eſt *Iacobus Sobius*, qui Graecum exemplar aut deperditum, aut in bibliotheca Romana aſſervari ſuſpicatur. Indicem confecit *Ant. Cornelius Lynnichenſis.*

Cf. (GEORGII PRAY) Index rarior. librorum bibliothecae univerſitatis regiae Budenſis. P. I. p. 549 ſq.

— Opera — apud *Ioan. Frobenium. Baſil.* 1524. fol. — Haec editio praeſtantior Colonienſi praecedente.

1527. — apud *Seb. Gryphium. Lugduni* 1527. 8. — Alii bibliographi annum habent 1528. Duplicem eſſe editionem, vix crediderls.

1531. Fl. Ioſephi *und* Egeſippi *Hiſtorien und Bücher verteutſcht durch D.* Caſpar Hedio. *Straſsburg* 1531. fol. — E verſione Latina translata eſt haec interpretatio Theotiſca.

1534. — Opera, additis etiam monumentis, quae ſub Beroſi, Manethonis et Metaſthenis nomine Ioan. Annius Viterbienſis orbi litterario venditavit. *Colon.* 1534. fol.

— Opera, ſtudio *Sigismundi Gelenii* recognita: *Baſil.* ex officina Frobeniana 1534. fol. — Gelenius verſionem Latinam librorum de antiqq. Iud. cum nonnullis codicibus manu ſcriptis Latinis contulit: hiſtoriam autem belli Iudaici e codicibus Graecis manu exaratis emendavit.

— — *de l'Antiquité Judaique translaté ſur la verſion latine de Ruffin en vulgaire François par* Gillaume Michel. *à Paris* 1534. fol. — Raris libris accenſetur.

1535. Verſio Theotiſca Hedionis *Argentorati* typis repetita eſt. fol.

1536. — *Los ſiete Libros que el Autentico hiſtoriador Flavio Joſepho eſcrivio de la guerra que tuvieron los Judeos con los Romanos y la Deſtruycion de Jeruſalem fecha por Veſpaſiano.* 1536. fol. Verſio Hiſpanica, quantum ſcimus, prima, eaque rariſſima.

1537. — Opera, per *Eraſmum Roterod.* Latine. *Baſil.* apud Froben. 1537. fol. Editio rara.

1539. — Opera. Latine. *Lugduni*, apud Seb. Gryphium 1539. III Voll. in 8.

1540. — Antiquitatum Iud. Libri XX ad vetera exemplaria diligenter recogniti etc. *Baſil.* in officina Frobeniana 1540. fol. — Typographus monet, librorum de bello Iud. et contra Apionem exemplaria Graeca ex Gallia, Germania et Polonia corrogata fuiſſe et cum latinis collata, et in libb. contra Apion. circa finem primi et initium ſecundi libri plus quam centenos verſus additos fuiſſe, qui hactenus omiſſi fuerant.

1544. Tandem hoc anno prima vice contextus Graecus typis impreſſus eſt, hoc quidem titulo: Φλαβίȣ etc. *Flavii Ioſephi* opera. *Baſileae* (apud Hieron. Frobenium et Nic. Epiſcopium) 1544. fol. — ARNOLDUS

[redacted]

US PERAXYLUS ARLENIUS hanc editionem fecun-
um codices manu fcriptos legati Caroli V apud Ve-
ntos, *Diego Hurtado Mendoza*, curavit. Libri tamen
ftoriae Iudaicae admodum mendofi fuere, quippe ex
pitome quadam, quam Romae nactus fuerat, defum-
atque *Sigismundo Gelenio* adiuvante emendati. In
toria belli Iudaici et caeteris Iofephi fcriptis minus
gotii habuit, cum et fua exemplaria fatis accurate
ipta effent, et alia infuper Io. Crotus et Petr. Gillius
speditarent.

— Eodem anno prodiit verfio Italica Antiquita-
n Iudaicarum, a *Petro Lauro*, Mutinenfi, elaborata.
net. 1544. 8.

1546. Fl. Iofephi Opera. Latine. *Lugd.* apud Seb.
yphium 1546. III Voll. in 8.

1548. — Opera, Latine. *Bafil.* 1548. fol. —
gism. Gelenius Antiquitates Iudaicas ex Graeco idio-
ate denuo Latine reddidit. Reliqua Iofephi opera
cundum verfionem Latinam veterem exhibita funt,
cepto tamen de Maccabaeis libro, ab Erafmo in fer-
onem Latinum translato, Iofephi quoque vita, a fe
o fcripta, et a Gelenio Latine verfa, prima vice re-
uis operibus adiecta, licet *Godofr. Tilemannus* (Parif.
48. 8.) eandem vitam Latine imprimi curaverit.

1549. Hoc anno nova verfionis Italicae editio
odiit *Venet.* 8.

1550. — Hiftoria belli Iudaici, translata per *Dav.*
yberum. Argent. 1550. 8. Editio perrara.

1552. Verfio librorum de bello Iudaico prodiit
heotifca. *Francof. ad M.* fol.

1554. Repetita eft Latina interpretatio anni 1548.
Bafil. ap. Froben. fol.

— *Los veyunte libros de las Antiguidades Judaycas
fu vida efcrita por el mifmo, con otro libro fuyo del im-
erio de la Raizon e nel qual trata del martyrio de los
Machabeos.* En Anvers 1554. fol. — Liber admodum
arus.

O 5 1555.

1555. — Opera. Latine. *Lugd.* ap. Gryph 1555. 12.

1556. Versio Francogallica *Rothomagi* 1556

1557. Repetita est versio Latina anni 1554. ap. Gryph. fol.

— Versio Hispana librorum de bello Iudaic cundum veterem minus probatam versionem nam, confecta a *Ioan. Mart. Cordero de Valentia. uerp.* 1557. 8.

— De bello Iudaico, Francogallice, *par N Herberay, Mr. des Essars.* Paris 1557. fol.

1559. — Opera. Latine. *Basil.* per Hieron. ben. et Nic. Episcopium 1559. fol. — Editio niti correcta.

1560. Versio Theotisca librorum de bello I co. *Erfurt.* 8.

1561. Versio Theotisca omnium Iosephi ope *Alles*, ut inscriptio prae se fert, *durch D. Casp. H verteutschet, und ietzundt von neuwen auffs fley nach den alten Griechischen Exemplaren restituiret, an vilen Orten trefflich gebessert und gemehrt.* Strasb 1561. fol.

1567. — Opera. Latine. *Basil.* ap. Froben. fol Repetitio editionis 1559: loco tamen paraphra libri de Maccab. ab Erasmo Rot. confectae, q prior illa habet, alia in hac posteriore versio e betur.

1573. Versio Francogallica per *Franciscum gund. Lugd. et Paris.* 1573. II Voll. in 8.

— Eadem versio, emendata per *Ioannem Fra la Val*, cum versione Latina.

1574. Versio omnium operum Theotisca n per *Conradum Lautenbach* (non *Lauterbach*, ut Fa cius, aliique scribunt). *Argent.* 1574. fol.

1578. Versio Francogallica a *Gilberto Genebra* Paris. 1578. fol. elaborata.

1580. Opera Iosephi, viri inter Iudaeos doctissimi ; disertissimi, quae ad nostram aetatem pervenerunt mnia. Latine. *Francof.* 1580. fol. c. figg. ligno inoisc.

1581. — *Istoria Giudaïca, tradotta da* Francesco ldelli. *In Venetia* 1581. II Voll. in 4. — Ab Italis tec versio tanti aestimatur, ut eam inseruerint *Collate*, quam appellant, seriei optimorum patriae suae storicorum.

— Versio Theotisca operum Iosephi per *Ioannem oreng* et *Zach. Munzer.* Francof. 1581. fol.

— Versio *Lautenbachii* Theotisca repetita. *Argent.* ;81. fol.

1582. — Opera. Latine. *Basil.* 1582. fol.

— *della Guerra de' Giudei Libri VII. Libri due ntra Apione; e dell' Imperio della Ragione; tradotti r M.* Francesco Baldelli. *Vinegia* 1582. 4.

1583. Versio Italica historiae Iudaicae Baldelliana petita. *Vinegia* 1583. 4.

1588. — Opera. Latine. *Francof.* 8.

— — Repetita est versio *Genebrardi* Francogallia. *Paris.* 8.

1590. Versio Iosephi et Egesippi Theotisca *Launbachii. Argent.* fol. c. figg.

1593. — Opera. Latine. *Colon.* 12.

1594. Versio Bohemica. *Pragae* 1594. fol.

1595. — Opera omnia, quae extant, ex Graecorum codicum accurata collatione Latine expressa; pus in duos tomos distributum notisque et annorum rie ad oram singulorum capitum illustratum, cum dice locuplet. *Argent.* 1595. II Voll. in 12.

— Versio Theotisca Lautenbachii repetita. *Ibid.* od. fol.

1603. Eadem. *Ibid.* 1603. fol.

1604. *Genebrardi* versio Francogallica. 8.

1607. Versio Belgica hoc anno *Lugd. Bat.* in 8. rodiisse dicitur.

1611.

1611. — Opera, Graece et Latine. *Genevae*, pis Petri de la Roviere. fol. — In hac editione Ios opera prima vice Graece cum Latina versione pro runt; antiquitates quidem et Iosephi vita secun Gelenii versionem; libri de bello Iudaico secun Rufini versionem; libri contra Apionem secun eiusdem versionem, a Gelenio emendatam; atqu ber de Maccabaeis, ex Erasmi interpretatione. C textus Graecus e codicibus nonnullis manu scr emendatus est.

— Versio Latina. *Ibid.* 1611. II Voll. in 8.

— Versio Theotisca Lautenbachii. *Argent.* 1 fol.

1616. *Corderi* versio Hispana repetita. *Mad* in 8.

1617. — Opera. Latine, addita Chronologia *Sigismund Feyerabend. Francof.* 1617. 8.

1634. — Opera, Graece et Latine. *Genevae* 1 fol. — Repetitio editionis a. 1611, eaque menda plena.

1652. Versio Belgica huic anno adscribitur, *L draci.* fol.

1653. — *Opere di* Giov. Francesco Loreda *Venet.* 1653. IV Voll. in 12.

1666. Versio Anglica, a *Thoma Lodge* elabor hoc anno primum prodiisse dicitur, *Oxon.* 8.

1667. *Histoire des Juifs et de leurs guerre contr Romains, sur l'original Grec, par M.* Arnauld d'A villy. *à Paris* 1667. II Voll. in fol. — Melior quid haec versio prioribus ratione stili; sed archetypi s sus saepe deformatus est.

1669. Nova editio huius versionis Francogalli prodiit. *Paris.* fol.

1672. Eadem versio typis repetita. *Paris.* V V in 8.

1676. Eadem. *Bruxellis* V Voll. in 8.

— *Lautenbachii* versio Theotisca. *Francof.* 1676

— V

— Verſio Anglica ſecundum verſionem Arnaldi ɔrmata. *Oxon.* 1676. c. figg. aen.

1678. Nova verſio Belgica, a *Lamberto van de los* curata, prodiit *Amſt.* in 4. Hegeſippus Belgice a *imone de Vries* redditus adiectus eſt. Ornatus eſt liɛr CCL figuris aeneis, variisque tabulis chronolocis.

1681. Denuo prodiit Arnaldi verſio Francogallił. *Amſt.* fol. c. figg. aen. deturpatis.

1687. Verſionis Theotiſcae Lautenbachianae noı editio. *Francof.* fol.

1691. — Opera quae extant omnia, nempe Anquitatum Iudaicarum libri XX, *Sigismundo Gelenio* terprete. De bello Iudaico libri VII, interprete *Ruɪo* Aquileienſi. Liber de vita ſua cum interpretaone *Gelenii.* Adverſus Apionem libri II, cum verone antiqua a *Gelenio* emendata, et de Maccabaeis, u de imperio rationis Liber, cum paraphraſi *Eraſmi oterodami.* Accedit index locupletiſſimus. Iuxta litionem Graeco Latinam Genevenſem (1611) ad ıanuſcriptos Palatinae bibliothecae codices caſtigaım, quae nunc pluribus mendis expurgata, et praeɪrea prolegomenis et appendice auctior redditur. *Coɱiae* (ſ. potius *Lipſiae*) 1691. fol. — Paginae ac lieae accurate editioni Genevenſi reſpondent. Ediɔr, D. *Thomas Ittig* in prolegomenis agit de operibus ɔſephi eorumque editionibus, ſed minus copioſe. ıppendici inſunt: 1. *Ariſteae* libellus de LXX interɾetibus, cum verſione *Matth. Garbitii;* adiectae ſunt ɛctiones variae, e codice Vaticano et aliunde conuiſitae. 2. Annotationes breves *Ioh. Alb. Fabricii* in ɔſephi narrationem de hac verſione. 3. Lectiones vaiae in libris de bello Iudaico et in libro de Maccabaeis bviae, e codice manu ſcripto Lipſienſi collectae a *ɔh. Frid. Fellero.* 4. *Franc. Combeſiſii* interpretatio atina libri de Maccabaeis, cum eiusdem notis. 5. Framentum libri περὶ παντὸς, a *Dav. Hoeſchelio* ſub Ioſephi

fephi nomine quondam editum, cum verfione Lat
Stephani le Moyne.

1693. 1694. Nova editio verfionis Francogalli
Arnaldi. *Bruxellis* V Voll. in 8.

1700. Eadem verfio — *avec des Cartes et qua
té de figures. Amfterd.* fol.

— — Antiquitatum Iudaicarum libri quat
priores, et pars magna quinti Gr. et Lat. Cum ex
plaribus MSS. collati et illuftrati notis ampliffimis
Eduardi Bernardi. Item hiftoriarum de bello Iuda
liber primus, et pars fecundi. Gr. et Lat. ad Codi
MSS. itidem recogniti et emendati. *Oxoniae* 1700.
— Annotationes Bernardi eruditionis Thalmudi
plenae, variarumque lectionum feges uberrima,
tione quoque prifcae verfionis Latinae, quae hoc
co non Rufino, fed Epiphanio Scholaftico tribui
Temeritas vero editoris in mutandis lectionibus v
tanta, ut hiftoriarum et critices cultores continua
ne huius editionis minime aegre careant.

— Nova verfio Anglica, melior priore, eo
anno prodiit, auctore quidem *Roberto l'Eftrange*, Ox
in fol. — Hagerus, loco mox laudando, edition
huius verfionis anno 1702 adfcribit; quam vere,
videant.

1703. Verfio *Arnaldi* Francogallica repetita. *A*
1703. V Voll. in 8.

1708. Eadem. *Ibid.* in fol.

1711. *Lautenbachii* interpretatio Theotifca ult
vice typis expreffa. *Francof.* 4.

1720. — Opera, quae reperiri potuerunt, om
Gr. et Lat. ad codices fere omnes cum impreffos t
MStos diligenter recenfuit, nova verfione donavi
notis illuftravit *Ioan. Hudfonus. Oxon.* 1720. II Vol
fol. — Anglus multis profecto fubfidiis adiutus
emendandum Iofephum fefe accinxit, textum qu
diligentiffime recognovit, ad codices eum corre
typographorum errores, quibus fcatebant priores
tion

[redacted]

ones, studiose eliminavit, lectiones varias notavit, odicibus, ex quibus acceperat, ubique simul nomitis; textui adiecit animadversiones doctissimas, obura illustravit ex praestantissimis criticis, quorum rinia diligenter excussit, et si qua tandem fuerunt, uae lucem foenerari posse Iosepho intelligebat, ea nnia in notas suas transtulit. Plausus eximius, quo litio Hudsoniana suscipiebatur, simul vero eiusdem ritas nimia editionem creavit sequentem, eamque ulto praestantiorem.

1726. — quae reperiri potuerunt Opera omnia, r. et Lat. cum notis et nova versione *Ioan. Hudsoni.* ccedunt nunc primum notae integrae ad Graeca sephi et varios eiusdem libros D. *Eduardi Bernardi*, *c. Gronovii*, *Franc. Combefisii*, *Io. Sibrandae*, *Hendr. ldrichii*, ut et ineditae in universa Fl. Iosephi opera *Coccei*, *Ezech. Spanhemii*, *Hadr. Relandi*, et selee aliorum. Variae lectiones in Libr. VII de bello d. ex codd. Gallicanis. Curae auctiores, praefatios priorum editionum, *Th. Ittigii* prolegomena et a ab eodem Iosephi sui editioni addita. Collatio Fl. sephi Lib. de Maccabaeis, de vita sua etc. cum Codd. ris. ceteris. Excerptum ex institut. Antiquit. et Hist. *ndr. Franckenbergeri*, edit. Vitemberg. de a. 1586. *r. Daubuz* libri II pro testimonio Fl. Iosephi de Iesu risto et eiusdem argumenti Epist. XXX virorum ctorum, ut *Reinesii*, *Snellii*, *Io. Fr. Gronovii*, alionque philologicae et historicae, ut et *Petri Brinch* men chronologiae et historiae Iosephicae, *Io. Bapt. hii* animadversiones ad Iosephum et specimen Lei Flaviani, *Chstph. Cellarii* Diss. de historia Heron contra Harduinum, *Christi. Noldii* historia Iduea, seu de vita et gestis Herodum, *Ezech. Spanhe*stemma et prosopia Herodis, Chronologica Iose, suspecta in eodem et notanda verba, notae ad ores Fl. Iosephi libros, Collationes MSS. reg. Paris. libros XX Antiquit. et eius vitam etc. Omnia colle-

collegit, dispofuit et post Io. Hudsonum ad Codd. fere omnes cum impressos tum MSS. praecipue Lugduno-Batavos, diligenter recensuit, notasque passim suas suamque et *Iac. Gronovii* ad Decreta Romana et Asiatica, praefationem *Ant. Hallii* edit. Hudsonianae praemissam, duas tabulas numism. quae nummos continent XXXXI pro illustrandis variis Iosephi locis, cum suis observationibus, veterum testimonia de Iosepho eiusque scriptis, et V in fine indices adiecit SIGEBERTUS HAVERCAMPUS: Tomis II. *Amstelod. Lugd. Bat.* et *Ultraj.* 1726. fol. — Contenta huius editionis splendidae et praestantissimae titulus satis superque indicit, quem hunc in finem integrum huc transcripsimus. Nonnulla ad hanc editionem monuit IOH. BAPT. OTTIUS in *Spicilegio triticeo ex flavo Flavii Iosephi campo* (ingeniosa hercle inscriptio!) *Tiguri* 1733. 4. Huc quoque pertinent: HENRICI SCHARBAU Observationes *Basnagianae* (sive ex SAM. BASNAGII Annal. polit. ecclesiast. excerptae) in Flavium Iosephum (editionis *Havercampianae*) quibus varia illustris scriptoris loca illustrantur, vindicantur, emendantur; in *Bibl. Lubecensi* Vol. X. p. 202 - 245. Vol. XII. p. 560 - 592.

1733. Versio Anglica, nescio quae, hoc anno repetita. *Lond.* fol.

1736. Duas hic annus procreavit versiones omnium Iosephi operum Theotiscas, unam IOH. BAPT. OTTII, studio assiduo ac diuturno Iosephi familiaris facti (prodiit *Tiguri* 1736. fol. s. VI Voll. in 8): alteram IOAN. FRID. COTTAE, qui, cum de Ottii, novam Iosephi versionem parandi, consilio certior factus esset, perfunctorie satis rem egit, aliorumque auxiliis properavit, ut Helveti conatus anteverteret (*Cottae* versio prodiit *Tubingae* 1736. fol.).

1738. Nova versionis Francogallicae Arnaldianae editio facta. *Bruxellis* V Voll. in 8.

1741. *The genuine Works of Flavius Josephus, the Jewish Historian. Translated from the Original Greek, according to Havercamp's accurate Edition. Containing Twenty Books of the Jewish Antiquities, with the Appendix, or Life of Josephus, written by himself; seven Books against Apion. Illustrated with new Plans and Descriptions of the Tabernacle of Moses; and of the Temples of Salomon, Zorobabel, Herod and Ezekiel; and with proper Notes, Observations, Contents, Parallel Texts of Scripture, five compleat Indexes and the true Chronology of the Several Histories adjusted in the Margin. By* WILLIAM WHISTON, *M. A. some time Professor of the Mathematiks in the University of Cambridge.* Dublin 1741. V Voll. in 8 mai.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Bibl.* T. VI. p. 200 sqq.

175.. *Suecica* circa id tempus versio historiae Iudaicae prodiit, a foemina illustrissima, e gente Comitum *Gyllenstierna* ex versione Arnaldi Francogallica adornata.

1756. *Nouvelle Traduction de l'historien Joseph, faite sur le Grec; avec des notes critiques et historiques, pour en corriger le Texte dans les endroits où il paroit altéré, l'expliquer dans ceux, où il est obscur, fixer le temps et les circonstances de quelques evenemens qui ne sont pas assez developpés, eclaircir les sentimens de l'auteur, et en donner une juste idée. Par le* R. P. (Louis Joachim) GILLET, *Chanoine Regulier de S. Augustin, Congrégation de France, Bibliothecaire de l'Abbaye de Sainte Geneviéve,* Vol. I. et II. à Paris 1756. Vol. III. ibid. 1757. Vol. IV. ibid. .... 4. — Triginta per annos in labore hoc perficiendo se desudasse asseveraverat Gilletus, diuque exspectationem pensi sui haud parvam excitaverat: morte autem praeventus (a. 1753) ipse illud praelo subiicere haud potuit; quod ipsum feliciter sane illi evenit. Nam hac ratione effugit opprobrium, se

fuisse impostorem spemque emtorum operis sumtuosi turpiter delusisse. Gilletium enim ne textum quidem Iosephi intellexisse, multo minus explicasse, clarissime probarunt auctores ephemeridum Goettingensium a. 1758. p. 1428 sqq.

1779. Versionis Russicae, ex Hudsoni interpretatione Latina enatae, Tomus primus, continens septem priores libros antiquitatum Iudaicarum, opera ac studio *Michaelis Samujlow*, prodiit *Petropoli*, in 4.

Eodem et sequenti anno in lucem edita est versio Italica, hac quidem inscriptione: *Delle opere* di Giuseppe Flavio *dall' original testo Greco nuovamente tradotte in lingua Italiana e illustrate con note dall' Abate* FRANCESCO ANGIOLINI, *Piacentino*. In Verona 1779 - 1780. IV Tomi in 4 mai. — Facile carere potest Germania hac translatione, cuius auctor notitiam Iosephi sat tenuem prodit.

Cf. *Götting. gel. Anzeigen* a. 1782. *Zugabe* p. 510 sqq.

1782. — Opera omnia, Graece et Latine, excusa ad editionem Lugduno-Batavam Sigeberti Havercampii; cum Oxoniensi Ioannis Hudsonii collatam curavit FRANC. OBERTHÜR, *D. Theol. et iur. atque theol. Prof. P. O. in Universitate Herbipolitana etc.* Tomus I. *Lipsiae* 1782. Tomus II. *Ibid.* 1783. 8 mai. — His tomis comprehenditur Iosephi textus Graecus collatione editionum Hudsonianae et Havercampianae castigatus, cum versione Hudsoni Latina. Tomus tertius complectetur apparatum philologico-criticum et historico-criticum, de quo egregie nos sperare iubet editoris doctissimi ἀκρίβεια nobis cognita.

— *Biographie des berühmten jüdischen Geschichtschreibers* Flavius Josephus, *von ihm selbst verfertigt. Aus dem Griechischen übersetzt, und mit einigen Anmerkungen begleitet von* Johann Friedrich Eckhard (*Dire-*

ctore

[redacted]

ctore Gymnasii Isenacensis). Leipz. 1782. 8. — Interpres intelligens, passim vero negligens!

1784. *Alle de Werken van* Flavius Josephus, *met Aanmerkingen door* J. F. Martinet. 1 *Deel.* Hag. Comit. 1784. 8. c. figg. aen.

Centies igitur, et quod excurrit, Iosephi opera variis formis et idiomatibus sunt expressa; nimirum

1. Textus *Graecus* solus *semel* tantum, scilicet a. 1544.

2. *Graece* et *Latine septies*: 1611. 1634. 1691. 1700. 1720. 1726. 1782.

3. *Latine tricies et sexies*: 1470. 1475. s. l. et a. 1480. 1486. 1499. 1502. 1510. 1513. 1514. 1514. 1519. 1524. 1524. 1527. 1534. 1534. 1537. 1539. 1540. 1546. 1548. 1550. 1554. 1555. 1557. 1559. 1567. 1580. 1581. 1582. 1588. 1593. 1595. 1611. 1617.

4. *Francogallice vicies et semel*: 1492. 1516. 1534. 1556. 1557. 1573. 1573. 1578. 1588. 1604. 1667. 1669. 1672. 1676. 1681. 1693. 1700. 1703. 1708. 1738. 1756.

5. *Theotisce decies et sexies*: 1531. 1535. 1552. 1560. 1561. 1574. 1581. 1590. 1595. 1603. 1611. 1676. 1687. 1711. 1736. 1736.

6. *Italice septies*: 1544. 1549. 1581. 1582. 1583. 1653. 1779.

7. *Hispanice quater*: 1536. 1554. 1557. 1616.

8. *Belgice quater*: 1607. 1652. 1678. 1784.

9. *Anglice quinquies*: 1666. 1676. 1700. 1733. 1741.

10. *Bohemice semel*: 1594.

11. *Suecice semel*: 175..

12. *Russice semel*: 1779.

Cf. I. A. FABRICII Bibl. Graeca Vol. III. p. 242 sqq.

TH. ITTIGII Prolegomena ad editionem Iosephi Coloniensem s. potius Lipsiensem.

I. G. HAGERS *Geographischer Büchersaal* T. I. p. 488 sqq.

 Lauda-

Laudatores aeque ac detrectatores nactus est Iosephus. Alii eius fidem infringere planeque dubiam reddere studuerunt, v. c. IAC. SALIANUS in Annal. V. T., ANT. POSSEVINUS in Apparatu sacro, BARONIUS in Annal. eccles., BOCHARTUS in Phaleg et Canaan, IOS. ANT. VAN DALEN in Diss. de origine et progressu idololatriae, PETRUS BRINCH in Historiae Iosephi examine (*Hafniae* 1701. 4.), VOLTARIUS in libro: *La Philosopie de l'Histoire*, pluresque. Alii contra, Iosephum ab erroribus non quidem immunem, propterea tamen non reiiciendum, sed eximium et utilissimum, principes historici virtutes habentem, scriptorem, librorum codicis sacri historicorum interpretem egregium, et historiae ecclesiasticae, quae in sacro codice non integra exstat, continuatorem, quo carere prorsus nequeamus, esse iudicant, v. c. IUST. SCALIGER in prolegg. ad libros de emendatione temporum, WHEAR in Relectt. hiemal., CASAUBONUS in Exercitatt. Anti-Baronianis, WAGENSEIL in prolegg. ad Tela ign. Sat., ITTIG in prolegg. laudatis, auctor anonymus, qui vero GOTTLOB BENED. DE SCHIRACH audit, in libello, cui titulus: *Historische Zweifel und Beobachtungen* (p. 79 sqq.) multique alii. E recentioribus nemo, credo, accuratius de Iosephi fide et virtute historica operumque eius usu iudicavit duumviris, quos aetas Germaniaque nostra tulit, doctissimis, IOAN. AUG. ERNESTI et IOAN. DAV. MICHAELIS, qui, ingeniis praestantissimis instructi, opera ista diu multumque scrutati sunt, eaque in usum sacri codicis maximo cum fructu converterunt. Ille igitur in limine *Exercitationum Flavianarum primae de fontibus Archaeologiae* (recusae in b. viri Opusc. philol. crit. edit. sec. Lugd. Bat. 1776. p. 359 sq.) de Iosepho ita: „Magnum fuit ingenium Iosephi, magna divinarum humanarumque rerum scientia, Hebraicis Graecisque literis comparata, et multis ac praeclaris libris ad intelligentis posteritatis memo-

[redacted]

memoriam prodita. Nam et in ſacrarum literarum interpretatione et intelligentia, quam unam eruditionem Iudaei noverant, plurimum ſtudii collocarat, natus genere ſacerdotali, cuius erat proprium, ſacrarum literarum ſcientiam appetere: et Hebraicis literis adiunxerat Graecarum artium omnium ac literarum, inprimis hiſtoriae, ſtudium acerrimum, nihil veritus invidiam popularium, qui Graecam doctrinam, et bene Graece dicendi ac ſcribendi facultatem et uſum, pro re haud dubie impia, et a vera religione aliena, repudiabant ac damnabant. — Qua in re quanto cum ingenio, quantaque ſollertia verſatus ſit, permultae res perſpicue declarant. Nam ut caetera doctrinae veſtigia mittam, per Antiquitates, Bellum Iudaicum, et adverſus Apionem libros ſparſa, quibus perſequendis viri magni, Scaliger, aliique, etiam veritati ſacrarum literarum lucis aliquid attulere: nemo primum fuit, qui hiſtorici boni officium, et hiſtoriae certae cognoſcendae ſigna melius perſpexerit et declararit; deinde antiquiſſimam rerum humanarum et Hebraicarum hiſtoriam e libris Hebraicis hauſtam explicavit ex arte Graecorum, et ſermone Graeco ita puro, et cum verbis ſingulis, tum toto habitu et forma ſua, eleganti, ut, ſi paucos Atticos exceperis, ceteros, in his praeſtantiſſimos, vel aequarit vel ſuperarit. Quae res quantum ingenii deſiderarit, quam fuerit difficilis, intelligent, qui periculum facere conentur, docuerunt, quicunque ex Hebraico aliquid interpretari bene Latine, aut Germanice ſint auſi, nullo dum exorto, quem nos quidem ſciamus, qui vel imperitis, vel ſatis peritis utriusque linguae ſatisfacere potuerit.“ — Paullo poſt addit, in verbis contextus, etiam Havercampiani, multa adhuc eſſe vitioſa, quae vel e libris, vel e Ioſepho ipſo, vel ex iis, quos Ioſepus inprimis in verbis et loquendi formis imitatus eſt, vel ingenio denique corrigenda eſſent, et corrigi a ſe poſſe ſperaret; et in rebus quaedam accuratius explanari ac diſ-

putari, vel illustrari posse, contendit. Exercitatio prima — plures, quantum nos quidem scimus, non editae sunt — agit *de fontibus Archaeologiae* (Iosephi). Tres inprimis quaestiones in ea moventur, atque doctissime subtiliterque solvuntur. Primo, utrum ex Hebraico exemplo sumserit Iosephus sua, an e Graeco, quod Alexandrinum usurpamus? Deinde, utrum e solis iis, quos nostra consuetudo sacros divinosque appellat, hauserit, an etiam ex aliis? Denique, an incorrupta fide, quae in fontibus repererit, in rivos suos derivarit? Adiecta sunt corollaria duo, unum *de Iosephi stilo*, ubi praeter alia docetur, maxime imitatum Iosephum esse Thucydidem: alterum, *de odio Iudaeorum veterum adversus literas Graecas.*

Audiamus nunc etiam MICHAELIS de historico nostro nobilissimo sententiam, quam tradidit in Praefatione ad primam partem *Spicilegii geographiae Hebraeorum exterae post Bochartum* (Vol. I. P. I. p. 365 huius bibliothecae laudati). Ibi igitur ille p. V de Bocharti Naevis differens, pergit: „Iosepho, inprimis, bono scriptori, haud raro est iniquior, quae ille habet, non expendere, atque aliquando ne referre quidem dignatus. Sunt in his, fateor, quae ita absurda videbantur Bocharto, ut ne refutatione quidem digna essent: sed et ipsa adcuratius considerata meliorem aliquando explicationem admittunt, ut, cum Gomerum Galatarum patrem fecit. Distinguenda etiam in Iosepho erant, quae dubitanter scripsit, coniecturas faciens, ab his, quae ut certa posuit, horumque potior ratio vel ideo habenda, quod ignorare alia ausus est Iudaeorum historicus, nec receptas suo tempore explicationes sine selectu arripuit." Inprimis Michaelis in Spicilegio suo hoc agit, ut Iosephi narrationes illustret atque contra Bocharti vituperia defendat. Praeter alia, Iosephum cum Graeca tum Hebraica biblia legisse, planum fecit: eum autem saepe alia in suis legisse codicibus Hebraicis, quam nos in nostris, verbisque

bisque Hebraicis significationes, lexicis nostris ignotas, usu tamen reliquarum linguarum orientalium confirmatas, subiecisse, clarissime demonstrat.

Est nobilissimus in Iosephi Antiqq. (L. XVIII. cap. 4.) locus de Christo servatore, de cuius γνησιότητι viri docti saepe varieque inter se concertarunt. Ante Eusebium nemo, quantum scimus, Iosephi testimonio de Christo usus est, nec eiusdem meminit. Nullus post Eusebium doctor Christianus per plura saecula eius αὐθεντίαν in dubium vocavit, usque dum *Lucas Osiander* (in *Epitome hist. eccles.* Cent. 1. L, 2. c. 7.) falsum id esse ac suppositititum contenderit. Ex eo tempore viri docti, qui hoc argumentum tractarunt, tres constituerunt classes. Alii testimonium Iosephinum prorsus reiiciunt: alii interpolatum illud tantum statuunt: alii genuinum esse atque interpretationibus ingeniosis eius veritatem confirmare student. Cuius litis cognitioni maxime inserviunt libri et libelli sequentes:

CHRISTOPHORI ARNOLDI Testimonium Flavianum, s. Epistolae XXX de Fl. Iosephi testimonio, quod Christo tribuit, L. XIIX. Antiq. c. 4. collectae et recensitae. *Norimb.* 1661. 12. Insunt RUPERTI, SNELLII, REINESII, MAIORIS, MENASSIS, GRONOVII, BLONDELLI, WHELOCI, LANSII, URSINI, WAGENSEILII, BOECLERI, BANGII, FABRI et ARNOLDI ipsius de hoc argumento Epistolae. Varia simul veterum et recentiorum de hoc testimonio iudicia ex eorum scriptis excerpsit Arnoldus, *Havercampus* editioni suae addidit huncce Arnoldi libellum.

CAROLI DAUBUZ, *Presbyt. et A. M.* pro testimonio Fl. Iosephi de Iesu Christo Libb. II; quorum priore de varia eius fortuna usuque, nec non auctoris consilio in eo conscribendo pertractatur, posteriore vero, ex stilo ac dicendi modo et sensu eius veritas comprobatur. Cum praefatione IO. ERN. GRABII Lond, 1706.

1706. 8. Additi etiam editioni *Havercampianae.* — Auctor stringit calamum praecipue contra *Tanaqu. Fabrum*, ex instituto singulari impetentem Flavii de Christo testimonium.

BOSIUS, SPANHEMIUS, FRANC. DE ROYE, CONR. DAN. FRICK et IUST. CHSTPH. DITHMAR peculiaribus dissertationibus, nobis minus notis, hoc argumentum ventilarunt.

De eodem satis copiose agunt HENR. VALESIUS (ad Euseb. p. 16 et 20), HUETIUS (in Demonstr. Evang. p. 27), SPENCERUS (in notis ad librum Origenis advers. Celsum), LAMBECIUS (in Bibl. Vindob. T. VIII. p. 5 sqq.), NATALIS ALEXANDER (in hist. eccl. V. T. T. VI. Diss. 10), IS. VOSSIUS (de LXX Interpr. p. 161), GUIL. BONJOUR (dialogo tertio triduanae de canone sacrorum librorum concertationis. *Rom.* 1704. 4), PAGI (in Crit. Baron. T. I. p. 27), CHERUBINUS DE S. IOSEPHO (in Bibl. crit. T. 3. Diss. 1. P. 3), GEORG WOLFGANG WEIDLER (in Decade II. Exercitationum medico-philologicarum sacrarum et profanarum. *Ien.* 1708. 4), IAC. SERENIUS, D. Theol. P. et P. Nycop. Reg. Soc. Angl. Membr. in libro Suecico, cui titulus: *Christendomens Styrka af Hedningarnas, fårdeles* Flavii Iosephi *Omdommen om Christo* (Stockholm 1752. 4. Theotisce *Götting.* 1758. 8). Omnes testimonii Iosephini fidem defendere annisi sunt. E quibus *Lambecius* Iosephi verba in sinistram partem interpretatur, quasi non ad Christi elogium, sed potius ad eiusdem vituperium et contemtum spectarent, etsi a Iosepho, ut neque Iudaeos, neque Christianos, neque Gentiles offenderet, ambiguis verbis concepta fuerint. Multis simul ambagibus insignique eruditionis apparatu evincere conatur, Iosephum periocham istam ex Evangelistis, Luca praesertim, descripsisse ac mutilasse. Refellere studuit hanc sententiam ITTIGIUS in Prolegg. iam laudatis, locum istum quidem haud supposititium, interpolatum

polatum tamen statuens, id quod etiam STEPH. LE MOYNE sentit in Notis ad varia sacra p. 391. Aliaque ratione FRANC. FABRICIUS in epistolis ad Perizonium, annexis eiusdem Christologiae Noachicae et Abrahamicae (*Lugd. Bat.* 1727. 4.), GUIL. WHISTON in Diss. I, praemissa eiusdem versioni Iosephi Anglicae, supra commemoratae (Iosephum non solum Christianum, sed etiam episcopum Hierosolymis fuisse somniat).

Ordini eorum, qui testimonii istius fidem impugnarunt, adscribendi sunt sequentes:

DE SAINJORE (s. potius RICH. SIMON) in *Bibliotheque ou Recueil de diverses pieces critiques* (Amst. 1708. 8.) T. II. cap. 2, ubi acute ostenditur, Iosephi testimonia de Christo atque Ioanne Baptista esse *ὑποβολιμαῖα*, simulque ad exceptiones respondetur satis subtiliter.

Auctor anonymus libri sic inscripti: *Dissertations melées sur divers sujets importans et curieux* (Amst. 1740. II Tomi in 8.) T. II. p. 9 sqq.

Anglus EDUARDUS GIBBONS in *History of the decline and fall of the Roman Empire* (Ed. II. Lond. 1776. 4.) T. I. cuius etiam versionem Theotiscam habemus. Alius Anglus anonymus observationes contra impugnationem Iosephi, a Gibbonsio susceptam, in lucem edidit *Lond.* 1777. 8.

Lambecium maximam partem sequitur IOH. HENR. RESS, Archidiaconus et Superintendens Guelpherbytanus, in scripto: *Ueber des Flavius Josephus Erwähnung von Christo; ein Sendschreiben an seine Inspection.* Braunschweig 1775. 8.

Idem, sed maiore eruditionis et iudicii apparatu, egit FRANC. ANT. KNITTEL, Consil. consist. et Superint. generalis Guelpherbytanus in libello: *Neue Kritiken über das weltberühmte Zeugniss des alten Juden Flavius Josephus von Jesu Christo; eine synodalische Vorlesung.* Braunschw. u. Hildesheim 1779. 4. Nova

ac ingenioſa ratione, mutando textum coniectura critica, aliterque interpungendo, ac interpretando, idem, quod Lambecius et Reſſius, efficere ſtuduit Knittelius. Digna eſt, quae conferatur, recenſio libelli in *Allgem. deut. Bibl.* T. XXXIX. p. 365 ſqq.

In plane diverſam ſententiam abiit, Knitteliique argumenta confutavit GODOFR. LESS, D. et Prof. Theol. Goettingenſis, in proluſionibus duabus, quibus ineſt *diſputatio* praeſtantiſſima *ſuper Ioſepi de Chriſto teſtimonio.* Goettingae 1781. 1782. 4 mai. Locum famoſiſſimum auctor accurate interpretatur, rationes, eius αὐθεντίαν affirmantes, vel negantes, proponit, docet poſtea, tantum abeſſe, ut ille interpolatus, ut potius plane confictus ſit ac ſuppoſititius. Qua occaſione obſervationes haud vulgares ſuper Ioſephi ingenio animique indole adſperguntur. Colligit tandem ex dictis ſequentia: „Primo, ſervatorem eiusque miracula, Ioſepho cognita, omninoque genti ſuae notiſſima fuiſſe. Hunc, porro, nihil reperire potuiſſe, quo, Ieſum, illum non fuiſſe, quem ſe profiteretur, atque miracula eius conficta eſſe, lectoribus demonſtraret. Fac autem, conficta fuiſſe miracula Ieſu, vanamque eius auctoritatem: tunc nullo certe negotio hoc elici potuiſſet a Ioſepho, quum eius pater, Iudaeorum ſacerdos, Ieſu noſtri coaevus fuerit; ipſe autem, anno primo Caligulae Hieroſolymis natus, Apoſtolos cognoverit, omnemque Iudaeorum hiſtoriam probe perſpectam habuerit. Quam ob cauſam hoc, *talis viri ſilentium, haud obſcurum de Servatoris, Apoſtolorumque miraculorum veritate teſtimonium perhibere,* omnino cenſendum eſt.“

* * *

Libris libelliſque, Ioſephi opera illuſtrantibus, iam a nobis excitatis, addere liceat ſequentes:

[redacted]

IOH. HENR. BOECLERI Exercitatio in Fl. Iosephi Antiquit. Iud. Lib. I. cap. 2. anno 1642 scripta, et recusa in *eiusd.* Differtt. acadd. p. 418-515.

IOAN. FABRICII Historia bibl. Fabricianae P. II, p. 386 sqq.

Decreta Romana et Asiatica pro Iudaeis, ad cultum divinum per Asiae minoris urbes secure obeundum, ab Iosepho collecta in libro XIV Archaeologiae, sed male interversa et expuncta, in publicam lucem utilitatemque restituta ab IAC. GRONOVIO. *Lugd. Bat.* 1712. 8.

Decreta Romanorum pro Iudaeis facta, e Iosepho collecta et commentario historico-grammatico-critico illustrata: adiunctum est Decretum Atheniensium pro Hyrcano Pontifice M. Iudaeorum factum, commentario illustratum a IOAN. TOBIA KREBSIO, illustris Moldani Rectore. *Lips.* 1768. 8 mai. — Decreta ista in Iosephi editionibus, etiam Havercampiana, minus ad temporum ordinem accommodate collocata sunt: nec, qui hanc historiam explicandam sibi sumserunt, ita rem gesserunt, ut, quibus illa adhuc premitur, difficultates tollerent. Insuper librariorum oscitantia et ignorantia multa sunt depravata in his Decretis atque corrupta. His igitur Iosephi locis cum explicandis, tum emendandis eo aptior fuit Krebsius, quo maiorem cum Iosepho illum familiaritatem contraxisse, ostendit *Observationum Flavianarum ad N. T. illustrationem libellus* (Lips. 1755. 8). Nec profecto exiguam aut inutilem vir doctissimus in his Decretis transponendis, corrigendis, illustrandis operam posuit. Multa chronologiae historiaeque capita egregie exposita sunt. Caeterum auctor ad nauseam usque verbosus ideoque lectoribus frequenter molestus est.

Trattenimento istorico e cronologico, in tre libri diviso, del Signor D. FRANCESCO MARIA BIACCA, *Cittadino Parmigiano, fra gli Arcadi di Roma Parmindo Ibichense, opposto al Trattenimento istorico e cronologico*

gico del Padre Cesare Calino, *della C[illegible]gnia di Gesù Con che si nostra non essere la storia delle Antichità Giudaiche di Gioseffo Ebreo nè falsa, nè discordante dalla sacra Scrittura, della quale a luogo si discutono diversi passi. Si aggiungono le tavole Cronologiche si moderne, che antiche, ed insieme conciliate; ed al compimento dell' Opera si danno per Appendice due Dissertazioni intorno alle Settimane di Daniello.* Tomo primo. *In Napoli* 1728. Tomo secundo. *Ibid. eod.* 4. — Calinus, Iesuita, in volumine, cuius titulus meminit, Iosephum atro passim carbone notavit, vix sese moderatus, quin illum ordini impostorum ac falsariorum adscriberet, eiusque historiam de gente Iudaica e diametro sacris litteris repugnare, contenderet. Biacca autem in eo est totus, ut, illam diviniori codici congruere, persuadeat lectori.

Cf. Suppl. ad nova Acta Erud. T. IV. p. 1 sqq.

GODOFR. OLEARII Diss. de Fl. Iosephi vaticinio de Vespasianis ad summum imperii fastigium evehendis. *Lips.* 1699. 4.

THEOD. AMBROS. STROHBACH Diss. de Iosepho Vespasiano imperium praedicente, vere num divinaverit. *Lips.* 1748. 4.

IOAN. FRID. ECKHARDI Progr. Vindiciae Flav. Iosephi a Petro Baelio in suspicionem negatae librorum θεοπνευςίας vocati. *Isenaci* 1781. 4.

Eiusd. Progr. de Fl. Iosepho, errore Pharisaico imbuto, quem Christus Matth. reprehendit. *Ibid.* 1782. 4.

Scriptores, qui Fl. Iosephi operibus ad sacri codicis interpretationem usi sunt, huc non pertinent.

Iosephus Pseudo-Gorionides. Hoc loco etiam dicendum est de *Iosepho Hebraico*, qui vocatur IOSEPHUS BEN MATTHATIAE *Sacerdos* BEN-GORION, ut unum sit familiae nomen, alterum patris. Iudaeis quidem plurimis liber Hebraicus, qui sub isto nomine, stilo facili et eleganti scriptus, exstat,

exstat, pro vero Flavii Iosephi ac genuino foetu habetur. Viris autem doctis Christianis plerisque dubium non est, Iosephum huncce Hebraicum ex Graeco vel potius Latina Iosephi Graeci versione Ruffiniana esse expressum vel excerptum potius, nec Iosephum ipsum auctorem, sed longe recentiorem aliquem esse, qui pro lubitu digessit, addidit, interpolavit, omisit, ut ipsi videbatur. Inficetus admodum scriptor, qui inscitiam et malam fidem fere ubique prodidit, ex quo tamen solo, quaecunque de Maccabaeis et excidio Hierosolymitano habent, Iudaei scriptores hauriunt.

Editiones versionesque huius foetus enumerant IOH. ALB. FABRICIUS in Bibl. Graecae Vol. III. p. 250. et IOH. CHSTPH. WOLFIUS in Bibl. Hebr. T. I. p. 516. et T. III. p. 387. sequentes:

Editiones Hebraicae: Constantinopolitanae A. M. 5250 (Christi 1490 *) et A. M. 5270 (Chr. 1510), Veneta A. M. 5304 (Chr. 1544), Cracoviensis A. M. 5349 (Chr. 1589), Francofurtensis, Venetae vestigiis insistens, 1689. 12.

Editiones Hebraico-Latinae: a *Sebastiano Münstero*, cum eius Latina versione et notis. *Basil.* 1541. fol. Haec editio rara nec admodum emendata nec integra est; incipit enim a folio editionis Venetae septimo et desinit pagina posteriore folii XCII, cum editio Veneta comprehendat folia CLV. Accuratiorem et pleniorem Hebraico-Latinum Gorionidem accepimus sub hoc titulo: יוסיפון *Iosippon*, sive Iosephi Ben Gorionis historiae Iudaicae libri sex. Ex Hebraeo Latine vertit, praefatione et notis illustravit IOH. GAGNIER, A. M. *Oxonii* 1706. 4 mai. Gagnier Venetam editionem cum Constantinopolitanis contulit, et discrepantias

*) *Ioh. Bernh. De-Rossi* in *Disquisitione de hebraicae typographiae origine et primitiis* (p. 55 sq.) hanc editionem copiose describit, ingenioseque coniicit, eam non Constantinopoli, ut inscriptio prae se fert, sed alibi typis expressam fuisse.

pantias vel in notis subiectis vel in calce totius operis notavit. Codices quoque, quorum alterum Raymundus Martini trivit, alterum Bartoloccius in bibl. Vaticana sub num. 408 invenit, cum illa Veneta consentire, editor Oxoniensis probat. — Ex Veneta et, quae eam sequitur, Francofurtensi editione Gorionidem typis nitidis cum perspicua versione Latina dedit IOH. FRID. BREITHAUPTUS, ICtus et Consiliarius Caesareus et Gothanus, hac quidem epigraphe: *Iosephus Hebraicus*, videlicet: Rerum memorabilium in populo Iudaico, tam pacis quam belli tempore gestarum, in primis de excidio Hierosolymitano; Libri VI Hebraici iuxta editionem Venetam; collati sunt sed isti libri cum exemplari Constantinopolitano, cuius partem *Seb. Münsterus* Basileae edidit, et Latine versi a IOH. FRID. BREITHAUPTO. Accesserunt eiusdem notae. *Gothae* 1707. 4. Laudatur quoque editio a. 1710 (v. c. in Catal. bibl. Bunov.): sed titulus forte solummodo novus est. — GAGNIER animadversiones in Breithaupti editionem exhibuit in Io. Clerici *Bibl. choisie* T. XXV. p. 38-118. Respondit *Breithauptus* in Praefatione ad versionem comment. R. Raschi in libros hist. sacri codicis.

Münsterus *Wormatiae* 1529 edidit cum versione sua compendium Gorionidis, a Iudaeo nescio quo recentiore concinnatum, ad cuius differentiam liber Gorionidis integer vocatur *Liber Gorionidae longus*. Idem compendium *Sebast. Lepusculus* vulgavit *Basil.* 1559 in 8 hac epigraphe: IOSIPPUS de bello Iudaico, deinde de decem Iudaeorum captivitates et Decalogus, cum eleganti commentariolo Rabbi Aben Esra, omnia Hebraico-Latina. — In hoc compendio alia quaedam, nempe traditio Talmudica de tredecim mutationibus a LXX Interprett. in Bibliorum translationem inductis, addita esse dicuntur, quae in Gorionide non exstant.

Arabice

[redacted]

Arabice Gorionides exstat in Polyglottis Londi-
ensibus sub titulo secundi cuiusdam libri Macca-
aeorum.

Francogallica versio Epitomes Davidis Kiberi, per
ranc. *Belleforestum* concinnata in antiquis Franco-
allicis Iosephi editionibus legitur. *Kiberi* editio Latina
cem vidit *Argent.* 1550. 8.

Theotisca versio *Michaelis Adami*, Iudaei ad reli-
onem Christianam conversi, prodiit *Tiguri* 1546
pis Hebraicis. Alia interpretatio litteris itidem He-
aicis excusa *Pragae*, tum *Amstelod.* 1661 cum com-
entario. *Georgii Wolfii* versio, charactere etiam
ermanico expressa *Francof.* 1613, tantummodo
ompendium Gorionidis exhibet, quod a Münstero
Lepusculo editum modo commemoravimus. —
f. de hoc compendio, aliisque Iosephi epitomis non-
m typis expressis, *Gagnier* in Praef. ad editionem
orionidis suam, et *Wolfius* in Bibl. Hebr. T. I.
520 sq.

Iosepho aetate fere aequalis fuit PHILO, *Iudaeus*, Philo.
i in scriptis suis varia habet, quibus Hebraeorum
storia quodammodo explicetur. Sunt autem inter
ia: *De Cherubim, flammeo gladio et Cain. De sacri-
iis Abelis et Caini. De posteritate Caini. De planta-
one Noae. De gigantibus. De confusione linguarum.
e migratione Abrahami. De Iosepho. De vita Mosis*,
que alia. Exstant Philonis opera typis expressa,
raece ex editione *Adr. Turnebi. Paris.* 1552. fol.
Manca est haec editio.) Latine per *Sigism. Gelenium*,
asil. 1554. fol. *Lugd.* 1561. 8. Graece et Latine *Ge-
vae* 1613. fol. *Francof.* 1691. fol. Recentissimam,
non perfectissimam editionem curavit *Thomas Man-
y* (*Londini*) 1742. II Voll. in fol. — Diutius morari
ud lubet in scriptore, cuius libellorum maxima pars
inime historici argumenti est.

Scriptores

Scriptores historiae Iudaicae universales recentiores.

Salomo ben Virga. SALOMO BEN VIRGA (Rabbi Hispanus, flore circa initium saeculi XV) Historiam Iudaicam conci navit, qua Iudaeorum res ab eversione Hierosolym rum usque ad recentiora tempora describuntur, h quidem epigraphe: שבט יהודה (*Schebet Iuda* i. e. Ti bus Iudae). Archetypum Hebraicum typis expressu est *Mantuae*, *Venetiis*, *Constantinopoli*, *Amstelodа* ac *Pragae* (1609). Iudaei idem in linguam Lusi nicam transtulerunt.... *Georg. Gentius* autem in se monem Latinum, hoc quidem indice: Historia I daica, res Iudaeorum ab eversa aede Hierosolymita ad haec fere tempora usque complexa. *Amst.* 1651.

Chron. Hebr. Chronicon Hebraeorum Maius et Minus. Lati vertit et Commentario perpetuo illustravit IO MEYER. Accedunt *eiusdem* Dissertationes etc. *Am* 1699. 4.

Seder Olam Rabbah seu Chronicon maius bre quidem, at pervetusta est scriptio, cuius Gemara ia meminit, saeculoque post C. N. secundo adscribitu Auctor appellatur R. IOSE vel IOSAEUS fil. CHE PETA, *Zipporensis*. Historiam orbis terrarum e sac fere codice, paucissimis exceptis, inde a prima reru origine usque ad bellum *Bar Cochba*, qui ab Adria Imp. prostratus est, describit: Chronicon autem m nus, iisdem in compendium missis, historiae filum u que ad *Mar Sutra*, qui A. C. 522 vixit, deduc Plura qui de his chronicis eorumque editionibus co gnoscere cupit, eum ablegamus ad I. C. WOLFII Bil Hebr. T. I. p. 491-499. T. III. p. 376. T. IV. p. 1029 f

David Ganz. R. DAVID GANZ circa finem saeculi post C. N XVI scripsit *Zemach David* s. germen Davidis, qu quidem et aliorum populorum fata, maxime tame Iudaeorum, narrantur. *Cf.* Bibl. huius Vol. I. P. I. p. 10

R. *Abra*

[redacted]

R. ABRAHAM fil. R. *Schemuel Zacuth* circa initium saeculi XVI composuit *Sepher Juchasin* s. *librum prosapiarum* sive *familiarum* seu *Stemmatologiam*, eo quidem consilio, ut successionem et seriem doctrinae inde a Mose ad suam aetatem, i. e. an. 1500, deductae ostenderet, atque adeo tum de Israëlitarum tum de gentium regibus, Academiis Iudaeorum, Sorana et Pumbedithana, diversis populi Iudaici fatis etc. praeciperet. Cf. *Wolfii* Bibl. Hebr. T. I. p. 104 sqq. T. III. p. 66 sq. R. Abraham.

R. GEDALIA fil. R. *Iosephi Iachija* medio saeculi XVI edidit *Schalscheleth Hakkabbalah* s. *catenam traditionis*, cuius tamen pars solum prima huc pertinere videtur, scil. Chronologia sacra inde ab Adamo et historia Doctorum Iudaicorum usque ad scriptoris aetatem. Plurima ex Abrahami Sepher Iuchasin et Iosepho Gorionide depromta. Cf. *Wolfii* Bibl. Hebr. T. I. p. 277-280. T. III. p. 169 sq. R. Geda

In censum nostrum quoque veniunt, qui Annales veteris Testamenti condiderunt, ut AUGUSTINUS TORNIEL, IAC. SALIANUS, CHRISTI. SCHOTANUS et IAC. USSERIUS, supra in huius Voluminis Cap. III. Sect. II. commemorati. Referri porro huc possent, qui *Chronologias sacras* condiderunt: sed cum de hisce alibi agetur, ad illos scriptores Christianos progredimur, qui ex instituto historiam veteris sic dicti testamenti et historiam Iudaeorum aut fusiore tractatione, aut compendiis complexi sunt. Annal V. T. Torniel Salian Scho Uss.

PAULLI EBERI Historia Iudaica a reditu ex Babylonia usque ad excidium Hierosolymae. *Witteb.* 1548. 8; Edit. II. *ibid.* 1560. 8. Levis opella! Eber.

Della historia sacra del (GIROLAMO) MUZIO, *Giustinopolitano.* In Venezia 1570. II Tomi in 4. Contra Centuriatores Magdeburgenses. Muzi

IACOBI CAPPELLI (*Pastoris et Prof. Theol. reformatae Sedinensis* † 1624) Historia sacra et exotica ab Adamo usque ad Augustum, demonstrationibus mathe- Capp

mathematicis fulta et documentis ethicis locupletata. *Sedani* 1613. 4.

ude ...ues. BONAVENTURAE ROUSSEAU DE BASOCHES ſacra per compendium hiſtoria, a mundo condito usque ad Chriſtum natum. *Pariſ.* 1634. 8.

Montagu. RICHARD MONTAGU *The Acts and Monuments of the Church before Chriſt incarnate.* Lond. 1642. fol.

du Bois. IACOBI DU BOIS *Oude-Tyds Tyd-Threſoor, ende kerkelikke Hiſtorie, begrijpende de Geſchiedeniſſen onder Godes Volck voorgevallen, van des Weerleds Begin, tot op Jeſu Chriſti Lyden en de Hemelvaart, ende den aanvang van de Tyden des Nieuwen Verbonds.* Tot Leyden 1650. 4.

apine de t. Marie. PASCHAL RAPINE DE SAINTE MARIE *Le Chriſtianiſme naiſſant dans la Gentilité.* T. I, *de la foy des Gentils, où ſont expoſez les myſteres de la divinité ſelon la doctrine des Patriarches, des Egyptiens, des Perſes, des Druydes et des Nations.* Paris 1655. — T. II, *de la Religion des Patriarches etc.* Ibid. 1658. — T. III, *de la ſainteté des premiers ſiécles, de l'origine des Empires, de la vertu des plus grands Princes, et de la ſageſſe des philoſophes.* Ibid. 1659. 4.

Arnauld d'Andilly. ROBERT ARNAULD D'ANDILLY *Hiſtoire de l'ancien Teſtament, tirée de l'Ecriture Sainte.* Paris 1675. fol. ibid. 1675. 4. Mediocribus libris accenſetur.

Gulich. ABRAH. GULICHII (*Prof. Philoſ. Franequerenſis* † 1679) צבא תעתים ſive Theologia prophetica de rebus veteris Teſtamenti. Accedit Praefatio, in eaque Hermeneutica ſacra bipartita. *Amſtelod.* 1675. 4. — Theologiae propheticae *Pars II*, continens res geſtas ab aſcenſione Chriſti in coelum, ad excidium Urbis, Templi et Reipublicae Iudaeorum. Opus poſthumum. *Ibid.* 1684. 4.

Idem Liber, Partes II. Editio ſecunda, infinitis mendis repurgata. *Ibid.* 1690. 4.

Alexander. NATALIS ALEXANDRI (*e Dominicanorum ordine, D. Theol. ac Provincialis ordinis ſui Lutetiae Pari-*

ſiorum,

[redacted]

siorum, *nati Rotomagi* 1639, *denati* 1724.) Historia ecclesiastica veteris novique Testamenti, ab orbe condito ad annum post C. N. 1600, et in loca eiusdem insignia Dissertationes historicae, chronologicae, criticae, dogmaticae, in VIII Tomos divisa, ante quidem (a. 1676 sqq.) per partes, nunc autem coniunctim et accuratius edita, rerum novarum accessione, scholiis et indicibus aucta, illustrata, ornata. *Paris.* 1699. VIII Voll. in fol. *ibid.* 1714. VII Voll. in fol. *Florentiae* 1736. IX Voll. in fol. (a P. *Mansi* locupletata) *Lucae* 1754. IX Voll. in fol. *Venet.* 1771. IX Voll. in fol. Editio prima hos fere titulos prae se ferebat: *Selecta historiae eccl. N. T. capita etc.* et *Selecta hist. eccl. V. T. capita.* — Nova editio paratur Bingae. — Raram quidem diligentiam in hoc opere conquirendo exseruit Alexander: sed ἀκρίβεια in veritate indaganda et diiudicanda illi defuit. Plura de ipso opere eiusque adversariis hoc loco monere non attinet.

IOAN. IACOBI SCHUDT (*Rectoris scholae Francofurtanae ad Moenum* † 1722) Compendium historiae Iudaicae, de origine, incrementis, et rebus gestis Iudaeorum, ad ductum Iustini lib. XXXIV, potissimum ex gentilium scriptoribus collectum. *Francof. ad Moen.* 1700. 8. — Tribus libris auctor integrum negotium absolvit. In primo mox ab initio tria priora capita e Iustini libro tricesimo sexto, tanquam historiae suae fundamentum exhibuit, fidemque dehinc scriptorum gentilium in tradendis rebus Iudaeorum admodum suspectam esse innuit. Congessit tamen et examinavit, quae de gentis Iudaicae origine et vicissitudinibus, institutis et moribus tradidere. Convicia Gentilium in Iudaeos explosit, odium istorum et profanum religionis Iudaicae contemtum simul accusans; nec convicia mendaciaque reticet, quibus Gentiles Christianos, quos cum Iudaeis saepius confundant, cavillentur. In secundo libro de Palaestina agit, eiusque proventus ac fructus celebrat. Mare postea mortuum et regio- Schudt.

Q 2 nem

nem Sodomiticam eiusque memorabilia ex ſcriptoribus profanis illuſtrat. In tertio libro fata et mutationes reipublicae ac gentis Iudaicae ad recentiora usque tempora narrat.

Spanheim. FRID. SPANHEMII Hiſtoria eccleſiaſtica, a condito Adamo ad aeram chriſtianam. Inſeruntur ſynchroniſmi inſigniores hiſtoricae exoticae; in *eiusd.* Opp. (*Lugd. Bat.* 1701. fol.) T. I. p. 253-506.

Leidekker. MELCH. LEIDEKKERI de republica Hebraeorum Libri XII. *Amſtel.* 1704. fol. Opus ſupra iam laudatum.

Turck. GUIL. TURCKII Specimen hiſtoriae ſacrae a mundo condito ad excidium Iſraëlitarum, una cum primordiis gentium Aſſyriorum et Babyloniorum. *Halae* 1712. 8.

Crull. J. CRULL's *Jewiſh Hiſtory from the creation of the World, to his preſent time.* London 1708. II Voll. in 8. — Anglus compendium exhibet Ioſephi, ſecundum verſionem Anglicam Rogerii l'Eſtrange, et eiusdem continuationem ex variis monimentis, legibus Imperii, decretis Conciliorum, Miſchna, Thalmude, Maimonide, Beniamine de Tudela, Leone de Modena, Seldeno, Spencero, Basnagio, aliisque collectam. Duas praemiſit Diſſertationes, in quarum priore vitam et religionem Fl. Ioſephi perſequitur, eiusque teſtimonium de Chriſto expendit: poſteriore chronologiam Ioſephi, qua in libris ſuis uſus eſt, cum illa codicis Hebraei et LXX confert. Cf. *Acta Erud.* 1709. p. 203 ſqq.

Buddeus. IO. FRANC. BUDDEI Hiſtoria eccleſiaſtica veteris Teſtamenti ab orbe condito usque ad Chriſtum natum, variis obſervationibus illuſtrata. Tomus I. *Halae Magdeb.* 1715. Tomus II. *Ibid.* 1718. 4. Prior 1718 et poſterior 1721 *ibid.* iterum editus eſt. Ordine et litteraturae copia maxime ſeſe commendavit opus, etiam exteris. Univerſam veteris Teſtamenti hiſtoriam eccleſiaſticam in duas periodos maiores,

quarum

[redacted]

quarum altera a mundi et ecclesiae origine ad Mosen, altera a Mose ad Christum usque progreditur, auctor distribuit. Utriusque minora intervalla secundum praecipuas, quas ecclesia subiit, mutationes constituit. In singulis istis intervallis minoribus primum fata ecclesiae, simulque initio patriarcharum, deinde populi Israëlitici et Iudaici, luculenter descripsit, tum, quae religionis et doctrinae, quae cultus Dei externi, quae matrimoniorum, et, ubi res istud postulavit, status civilis ratio fuerit, exposuit; nec litterarum studia, librosque, qualibet aetate editos, praetermisit. Exoticorum scriptorum testimoniis, quantum fieri potuit, historiam sacram, praesertim, quae de rebus Hebraeorum narrat, confirmavit. Tandem et reliquarum gentium, quae ista aetate celebritatem quandam consecutae sunt, earum maxime, quibus cum Hebraeis varia intercesserunt commercia, historiam subiunxit.

HUMPHREY PRIDEAUX (D. Theol. et Decani Norvicensis † 1724) *The Old and New Testament connected in the History of the Jews and Neighbouring Nations, from the Declension of the Kingsdoms of Israel and Judah to the Time of Christ,* Vol. I. *London* 1716. recus. *ibid.* eod.; tertiaque vice *ibid.* 1717. 8. Vol. II. *ibid.* 1718. 8. Saepius postea variis formis opus recusum fuit, v. c. nona vice *Lond.* 1725. IV Voll. in 8. Interpretationem habemus *Theotiscam* satis accuratam, ab *Aug. Tittelio* elaboratam, *Dresdae* 1721. II Voll. in 4. c. figg. aen. Editio altera emendatior auctiorque *ibid.* 1726. II Voll. in 4. Versio *Francogallica* inscripta: *Histoire des Juifs* etc. prodiit *Amsterd.* 1722. V Voll. c. figg. aen. *Basil.* 1725. III Voll. in 8. *Paris* 1726. VII Voll. in 12. c. figg. aen. *Amsterd,* 1728. VI Voll. in 12. c. figg. aen. *Ibid.* 1744. II Voll. in 4. Editioni Parisinae additae sunt mappae nonnullae geographicae a *Delislio* recens confectae, cum editionibus Amstelaedamensibus et recentioribus archetypi editionibus insint mappulae Cellarianae. Adiectae etiam sunt

Prideaux

Q 3 Pari-

Parisinae epistolae *Turneminii*, statim laudandae. Versio *Belgica* a *Ioan. Drieberge* condita typis expressa est *Lugd. Bat.* 1722. 1723. II Voll. in 4. c. figg. aen. Interpres Belgicus singularem adhibuit diligentiam cum in corrigendis variis archetypi mendis et erroribus, tum in chartis geographicis emendandis; addidit etiam tabulam chronologicam secundum diversas tempus computandi rationes. — Operis ratio ita comparata est, ut, quae scriptores sacri veteris Testamenti tradunt, gentilium scriptorum testimoniis confirmentur; quod dum auctor agit, historiam Hebraicam cum historia aliorum populorum aptissime connectit, et eo, quo quodlibet contigit tempore, narrat, incipiendo a regno Achazi, patris Ezechiae, et progrediendo usque ad adscensionem Christi in coelum. Nullam hinc praetermittit occasionem, historiam Hebraeorum variaque codicis sacri oracula illustrandi, subinde et chronologiam scriptorum ethnicorum cum chronologia sacra conciliat. Praeeuntes sane hac in re iam sibi habuit *Iac. Usserium*, *Ioan. Marshamum*, *Ioan. Iac. Schudtium*, aliosque; nec desunt, qui iamdudum eadem tradiderunt, quae ipse affert: apta tamen atque concinna rerum omnium connexio, novitatis gratiam libro huic conciliavit.

Tournemine. RENE' JOSEPH TOURNEMINE *Eclaircissemens sur quelques endroits de l'histoire des Juifs de Mr. Prideaux;* in *Mém. de Trevoux* a. 1727. *Janv.* p. 5 - 36.

Lettre d'un Anonyme sur l'edition de l'Histoire des Juifs par Mr. Prideaux faite à Paris; in *Biblioth. Françoise* T. VII. p. 145 - 172.

Shukford. SAM. SHUKFORD (verbi divini ministri Scheltonensis in Anglia † . . . .) *The sacred and profane History of the World connected, from the Creation of the World, to the Dissolution of the Assyrian Empire at the Death of Sardanapalus, and to the Declension of the Kingdoms of Judah and Israel under the Reigns of Ahaz and Pekah.* London 1728. II Voll. III Vol. ibid. 1738. 8.

Tho-

[redacted]

Theotifce a *Theodoro Arnold*, cum praefatione *Chfiph. Vollii* de cautionibus in coniecturis exegeticis adhi-iendis. *Berlin* u. *Potsdam* 1731–1738. II Voll. in 4. *Francogallice* a *I. P. Bernard*, qui etiam annotationes dfperfit, *Lugd. Bat.* 1738. II Voll. in 12 mai. *Parif.* 752. III Voll. in 12 mai. — Hoc opus in Prideauxii brum introductionis inftar effe poteft, quia tempora ntiquiora illuftrat, licet non eodem ingenii acumine arique eruditione elaboratum fit.

AUGUSTIN CALMET *Hiftoire fainte de l'ancien et u nouveau Teftament, pour fervir d'introduction à l'Hiftoire ecclefiaftique de l'Abbé* Fleury. *à Paris* 1718. II oll. in 4. *Ibid.* 1725. VII Voll. in 12 mai. *Ibid.* 1737. *V* Voll. in 4. *Ibid.* 1770. V Voll. in 4. THOMAS TACKHOUSE opus Anglice reddidit paffimque auxit, *ond.* 1740. II Voll. in fol. Ambo novas hiftoriae Hebraicae difquifitiones haud afferunt: docte vero ufi int aliorum lucubrationibus easque aptiffime concinarunt. Licet infcriptio novi quoque Teftamenti hiftoriam polliceatur, hoc tamen nomine illud folum intelligit temporis intervallum, quod ab afcenfione Chrifti in coelum usque ad deftructam urbem Hierofolymam effluxit. Namque eo usque, ceu ad finem vaticiniorum veteris Teftamenti, progreditur. Differtio praemiffa eft de praeftantia hiftoriae Ebraeorum ae hiftoria aliarum gentium. Calmet.

IOACH. LANGII (*D. et Prof. Theol. Halenfis* † 744) Hiftoria ecclefiaftica veteris Teftamenti, a mun-condito per feptem periodos usque ad Chriftum na-m, cum ifagoge exegetica in libros facros praecipue ftoricos. Accedunt Synchronifmi hiftoriae exotiie civilis et litterariae, fpeciatim philofophicae. *Halae lagdeb.* 1718. 4. — Melioribus libris hoc ceffit opus, cet non fine ftudio fingulari elaboratum fit. Langii.

IOH. IAC. SCHMIDT *Biblifcher* i *inleitung zur biblifchen Hiftorie und* i *heilen, der Geographie, Chronologie,* , L

versal-Historie, biblischen Scribenten, Abgötter-Historie und Antiquitäten. Leipz. 1728. 8 mai.

Berruyer. ISAAC JOSEPH BERRUYER (Iesuitae † 1758) *Histoire du Peuple de Dieu, depuis son origine jusqu'à la naissance du Messie, tirée des seuls livres saints, ou le texte sacré des livres de l'ancien Testament, reduit en un corps d'histoire.* à Paris 1728. VII Voll. in 4. f. X Voll. in 12. Rara est prima haec editio, quia in sequentibus multa, propter quae auctor reprehensus erat, sunt omissa. Sexta editio, a. 1734 typis expressa, varias contra habet additiones, quas auctor eorum in gratiam, qui unam e prioribus possederint, volumine quodam comprehendit, hac quidem epigraphe: *Supplément à la premiere edition de l'Histoire du Peuple de Dieu, tiré de la nouvelle edition de 1734, contenant la suite des Propheties de l'Ancien Testament, l'Histoire de Job, les Cartes, des sommaires chronologiques et une Table. Par le* P. I. J. Berruyer, *de la C. de Jesus.* Paris 1734. 4. Editio octava prodiit *Paris.* 1738. VII Voll. in 4. Plures post annos dedit auctor continuationem operis, hoc titulo: *Histoire du Peuple de Dieu depuis la naissance du Messie jusqu'à la fin de la Sinagogue. Par le* P. I. J. BERRUYER *à la Haye* (f. potius Parisiis) 1755. IV Voll. in 4. Absolutum tandem est opus duobus voluminibus aliis, quibus tamen facile carere possis, sic inscriptis: *Histoire du Peuple de Dieu, ou Paraphrase Litterale des Epitres des Apôtres, d'après le Commentaire Latin du P. Hardouin, de la Comp. de Jesus, imprimé à Amsterdam en* 1741. *Par le* P. I. J. BERRUYER etc. *à la Haye* (f. potius Parisiis) 1757. II Voll. in 4. — *Italice* septem priora Volumina (forte etiam quatuor posteriora?) reddidit *Franc. di Canziano Franceschini.* Venet. 1741. VII Voll. in 4. — *Hispanice* P. *Espinosa*, Madriti . . . . in 4. — *Polonice* Princeps *Mich. Wiesnowiecki*, Varsaviae 1748. . . . . — Tantum hoc opus plausum tulit, cum propter narrandi genus, quo auctor usus est, facile, ingeniosum ac elegans, tum propter adversarios plures,

plures, qui varias autoris sententias acriter impugnarunt, regisque adeo consiliarios contra illum excitarunt. Haud quidem prorsus immerito. Nam primo Harduini chronologiam temerariam atque deformationem historiae Hebraicae retinuit et sic exornavit, ut Berruyerii opus ulterior expositio ac defensio HARDUINI Chronologiae veteris Testamenti, ad vulgatam versionem exactae et nummis antiquis illustratae, videri possit. (Prodiit iste Harduini liber *Paris.* 1697. 4. *Lips.* 1700. 4; et inter eiusdem opera selecta *Amst.* 1710. fol. Mutata tamen sunt varia in hac libri repetitione, superiorum quidem iussu.) Deinde vaticinia de Christo variis modis auctor detorsit. Denique narratio ipsa haud raro futilitate, protervia, leporeque inepto laborat. Hinc factum, ut omnis Berruyerii historia a popularibus eius *le Roman de la Bible* appellata fuerit. — Cf. Exemplum iudicii revisorum in Collegio Romano soc. Iesu, de libro Gallico, cui titulus: *Histoire du Peuple de Dieu*, etc. nunc primum ex MS. publicatum cura et observationibus *Magni Crusii; in Parergis Gottingens.* (1736. 8) T. I. L. I. p. 81-93. Cf. etiam de operis argumento BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* T. VII. p. 236-256.

WILLIAM WATTON'S *Discourse of* [illegible] *Religion and Laws of the Jews, now first* [illegible] *his original Manuscripts;* in *Present State of t*[illegible] *publick of Letters* a. 1731. Vol. VII. p. 5-2[illegible] 123-133.

THOMAS BRETT'S *General History of the World, from the creation to the destruction of Jerusalem by Nebuchadnezzar, being the period, with which the old Testament concludes, wherein the sacred and prophane history is corrected, de septuagint and Hebrew Chronology compared and adjusted to the years before Christ.* London 1732. 8. — Insunt varia, quae auctori laudes conciliarunt, licet chronologiam secutus sit minus probabilem,

bilem, quam libro a. 1730 edito (C gical Essay) defendere studuit.

Rambach. IOH. IAC. RAMBACHS (*D. et Prof. Theol. ac Superintendentis Gissensis* † 1735) Collegium historiae ecclesiasticae vet. test. *oder ausführlicher und gründlicher Discours über die Kirchenhistorie des alten Test. herausgegeben von* Ernst Frid. Neubauer. *Frankf. u. Leipzig* 1737. 4. — Commendatur tanquam utilis illustratio historiae eccl. V. T. Buddeanae.

Campbell. JOHN CAMPBELL'S *History of the Old Testament, digested according to the Order of Time in which the several Things mentioned therein were transacted, connected with Profane History, and illustrated with Notes etc. To which is prefixed the Life of Moses* etc. *Adorned with Five very Curious large Copper-Plates representing the Works of the Creation.* London 1738. II Voll. in fol.

Mahy. (BERNARD MAHY, (Iesuitae) *Histoire du peuple Hebreu, tirée de l'Ecriture Sainte, depuis la creation du monde jusqu'à la ruine entiere de la Sinagogue sous Tite et Vespasien.* à Liége 1742. III Voll. in 8. — Simia fere Berruyerii, cuius ampliorem historiam contraxit, novisque, si Diis placet, illecebris condivit, tanta praeditus arrogantia, ut foetui suo plus utilitatis tribuerit, quam codici sacro.

Waehner. ANDR. GEO. WAEHNERI Antiquitates Ebraeorum, de Israeliticae gentis origine, fatis etc. supra laudatae.

Kern der Kirchenhistorie. *Kern der Kirchenhistorie (alten Testaments) im weltlichen, geistlichen und Hausstande, nach Anleitung der Rechenbergischen Summarien und Junckerischen Grundlegung in Tabellen verfasst.* Leipz. u. Torgau 1746. 4.

Holberg. LUDWIG HOLBERGS, Freyherrn der Baronie Holberg, *Jüdische Geschichte von Erschaffung der Welt bis auf gegenwärtige Zeiten; aus dem Dänischen übersetzt von* Georg Aug. Detharding. *Altona u. Flensburg* 1747. II Voll. in 4. — Quo anno archetypum Danicum prodierit, ignoramus. Habet autem interpretatio

Theo-

[redacted]

Theotisca hoc sibi primum, quod multa additamenta, ab *Holbergio* praetermissa, suis quaeque locis sint inserta. Historia ipsa continua serie ex optimis quibusque scriptoribus *Iosepho*, *Prideauxio*, *Basnagio*, ac aliis, qui hanc vel illam partem historiae Iudaicae, vel ritus Iudaeorum atque consuetudines illustraverunt, concinnata; nec neglexit auctor historiam universalem ab aliquot eruditis Britannis paratam, quousque illa tum prostabat; in recentiore autem historia multo usui ipsi fuit *Schudtius* ante memoratus. Nova hoc in opere frustra quaesiveris.

BARTH. GAII Epitome historico-chronologica gestorum omnium Patriarcharum, Ducum, Iudicum, Regum et Pontificum populi Hebraici, ab Adam ad Agrippam usque iuniorem, propriis uniuscuiusque iconibus aucta et illustrata: accedunt effigies regum Babyloniorum, Persarum, Graecorum ac Ptolemaeorum, quibus gens Hebraea subiecta paruit. *Romae* 1751. fol. Gaius.

Abrégé chronologique de l'histoire des Juifs jusqu'à la ruine de Jerusalem — avec des Discours entre chaque epoque. à Paris 1759. 8. Abrégé Chron.

Discours sur l'histoire des Juifs, depuis le commencement du monde jusqu'à la destruction de Jerusalem par les Romains, pour faciliter aux jeunes personnes de l'un et de l'autre sexe l'intelligence des figures de la Bible et de l'histoire sainte par Mr. P. D. (PERNIN DES CHAUVANETTES) à Vienne 1763. 8. — Libellus iuventuti scriptus stilo facili, haud raro etiam negligente. Chauvenettes.

JEAN SALCHLI (Prof. linguae Hebraicae et Catechetices Lausaniensis) *Apologie de l'histoire du peuple Juif.* à Lausanne 1770. 12. — Contra *Voltarium*, qui odium suum capitale adversus gentem Iudaicam, vel potius adversus historiam huius populi sacram exseruit, capite primo libelli: *Melanges de litterature, d'histoire et de philosophie.* Salchli.

Essays

Essays sur les Juifs. *Essays historiques et critiques sur les Juifs anc moderne̲s, ou Supplément aux mœurs des Israeli l'Abbé Fleuri; ouvrage tiré des meilleurs commenta Protestans et accommodé aux usages de Catholi* Lyon 1771. II Voll. in 12. — Scriptoribus q Protestantium, aut eorum tantum, qui Franco scripserunt, auctor anonymus usus est, eorum adeo usurpatis. Varia historiae Iudaicae capita, tamen ordine haud adhibito, illustrare studuit.

Zickler. FRID. SAMUEL ZICKLERS (D. et Prof. Ienensis † 1779) *Entwurf der Kirchengeschichte ten Testaments.* Iena 1774. *Zweyter Theil.* Ibid. 8. — Nec ordine iusto, nec disquisitionibus nec stilo probabili haec compilatio gaudet. Pr est narratio, succo et sanguine carens, usque ad imperii Maccabaeorum.

Bastholm. CHRISTIAN BASTHOLMS (D. Theol. e ac concionatoris aulici Hafniensis) *Jödiske I fra Verdens Skabelse til Jerusalems sidste Odelägge* Kopenhagen 1777. II Voll. in 8. — Holbergii ria gentis Iudaicae Danice elaborata manca v Bastholmio, ideoque perfectiorem Danico idi exhibere studuit, optimis quidem adiutus subsidi ditis notis historicis, geographicis, chronolog criticis. De legibus Hebraeorum civilibus atq cris singulari opere agere promisit.

Büsching. ANTON FRIEDRICH BÜSCHINGS — *Ge te der jüdischen Religion oder des Gesetzes; ein Gru* Berlin 1779. 8. — Inscriptio libelli sperare ta iubet historiam religionis Iudaicae: at inest hi populi ipsa, breviter quidem, sed dextre deli Veterem Iudaeorum historiam auctor deduxit ad Constantinum et Iulianum Imperatores: no usque ad tempora nostra. Varia contra libellur nihilo minus utilem monentur in *Allgem. deut. Bi* XLI. p. 576 sqq.

J. L. MAIZONNET, *Pasteur Emerite de l'Eglise Wallonne de Delft, Histoire du Peuple d'Israël, depuis la création du monde jusqu'à leur retour de la captivité de Babylone.* à Rotterdam 1780. V Voll. in 8. Maizon

III. *Scriptores de historia Patriarcharum usque ad Mosen.*

(CASP. TURNERI) *Buch der Altväter des Israeliti-schen Volks.* Wittenberg 1536. 4. Turner

GEORG. WICELII (*post fata varia religionisque, quam confitebatur Lutheranam, mutationem sacerdos Romano-catholicus, obiit Moguntiae* 1573) Catalogus Sanctorum veteris testamenti, sacris e bibliis erudite contextus. *Colon.* 1549. 8. Wiceli

IOACH. PERIONII (*Monachi Benedictini et D. Theol. Francogallici* † 1559) de sanctorum virorum, qui Patriarchae ab ecclesia appellantur, rebus gestis ac vitis liber. *Lutetiae* 1555. 4. Perion

IOH. THOMAE FREIGII Mosaicus, continens historiam ecclesiasticam 2494 annorum, ab orbe condito usque ad Mosis mortem. *Basil.* 1583. 8. Freig

ULRICI BOLLINGERI Hodoeporica, sive itinera Sanctorum Patriarcharum, Abrahami, Isaaci, Lothi et Iosephi, scripta carmine elegiaco. *Tubing.* 1595. 8. Bolling

IACOBI BOULDUC (*Monachi Capucini, Bononia oriundi*) de ecclesia ante legem libri III, in quibus indicatur, quis a mundi principio usque ad Moysen fuerit ordo ecclesiae, quae festa, quae templa, quae sacrificia, qui ministri, quive ritus et cerimoniae. *Lugd.* 1626. 8. Editio secunda, correctione, dispositione et rerum accessione multo illustrior. *Paris.* 1630. 4. — Subtilitas ubique fere desideratur: placuisse vero sibi visus est auctor assertis insolitis atque, paene dixerim, insulsis. Bould

NIC.

Talon. NIC. TALON (Iesuitae Francogallici superioris saeculi) *l'Histoire Sainte (depuis la creation d'Adam jusqu'à la mort de Moyse). Seconde edition. à Paris* 1641. 4.

Matthiae. CHRISTI. MATTHIAE (*Meldorpio-Ditmarsi, D. Theol. Professoris sacrorumque antistitis Sorani, Ultrajecti ad Rhenum post fata varia privatam vitam agentis* † 1655) Historia Patriarcharum, in qua illorum ortus, progressus atque egressus methodo nova et artificiosa describuntur, ac ad usum ecclesiasticum, politicum, et oeconomicum accommodantur. *Lubecae* 1642. 4. Opus appellatur accuratum multorumque eruditorum elogiis celebratum.

Heidegger. IOH. HENR. HEIDEGGERI de historia sacra Patriarcharum exercitationes selectae. T. I. *Amstelod.* 1667. T. II. *Ibid.* 1671. 4.

Mezger. PAULI MEZGER (*Monachi Benedictini*) sacra historia de gentis Hebraicae ortu, progressu, bene et male gestis, variaque fortuna, sub Patriarchis, Ducibus, Iudicibus, Regibus, ab Abrahamo usque ad ultimum Regem et captivitatem Babylonicam etc. Libri V. *Aug. Vind.* et *Dilingae* 1700. fol. — Multa ad rem haud pertinentia in hoc opere sunt profusa.

Cleyton. ROB. CLEYTON (*Lord-Eveque de Clogher en Irlande*) *Introduction à l'histoire des Juifs depuis le deluge jusqu'à la fin du gouvernement de Moyse, où en defendant la Chronologie du texte Hebreu on compare et concilie les faits rapportés dans le Pentateuque avec les plus anciens histoires, et où avec quelques conjectures sur l'etat de l'Egypte ancienne on trouvera trois cartes destinées à marquer les campemens des enfans d'Israel. Traduite de l'Anglois.* à Leide 1752. 4. Annus, quo archetypum prodierit, nobis haud innotuit. Contenta titulus indicat. Crambe centies cocta sat male recocta!

PHILO-

PHILONIS, *Iudaei*, vita Sapientis per doctrinam erfecti, siue de legibus non scriptis, hoc est, de *Ibrahamo*; in *eius* Opp. Philo.

Idem de migratione *Abrahami*; *ibid.*

NIC. ABRAMI Abraham, siue de *Abraham* Patriarcha Liber; in *eiusd.* Pharo vet. test. p. 168-197. Abram.

AEGID. STRAUCHII Diss. de anno natiuitatis *Ibrahami*, vocationis eiusdem et 430 mansionis Israelitarum in Aegypto. *Viteb.* 1653. 4; et in *Ikenii* et *Hasei* Thes. nov. theol. philol. T. I. p. 269-274. Strauch.

IOACH. LEISTENII Disputatio chronologica de ero *Abrahami* natali. *Leucopetrae* 1667. 4. Leistenius.

Dissertation sur le degré de parenté qui étoit entre ıbraham *et* Sara *sa femme;* dans les Mém. de Trevoux 1709. Juin p. 1053-1092.

MART. CHLADENII Exercitatio de conciliatione C Iosis et Stephani circa annos *Abrahami* ad Actor. VII, *Viteb.* 1710. 4.

IOH. VALENT. STEGMAYER Diss. chr D- ilologica de *Abrahamo* peregrinante c ı ı p. *Ienae* 1714. 4.

IOH. REINH. RUS Diss. de *Abrami* evocatione ɛ Ur. *Ienae* 1718. 4. Rus.

IOH. GEORG. MICHAELIS Diss. de *Abrahamo* et *Isaaco*, a Graecis in Hyricum et Orionem conversis; *Bibl. Brem.* Class. VI. Fasc. I. p. 51-84 (Bremae 722. 8. Michaelis.

ERN. FRID. BUCERI Disquisitio de exitu *Abrahami* ex Haran, vivo, non mortuo patre Tharah, ad ctor. VII, 4. *Lips.* 1751. 4. Bucerus.

SEB. SCHMIDII Diss. de numero familiae *Iacobeae* ad Genes. XLVI, 26. 27. hab. 1688. recus. *Witb.* 1712. 4; et in *Thes. theol. philol.* T. I. p. 246-261. Schmid.

Lettre sur la manière de concilier Moyse avec lui même et avec St. Etienne au sujet du nombre des personnes de-

de la famille de Jacob, qui vinrent en Egypte; dans les Nouvelles de la rep. des lettr. 1704. Fevr. p. 165-175.

Lettre de Mr. DE MAROLLES *pour servir de reponse à la précédente;* ibid. Avril p. 403-411.

Lettre de l'auteur de la conciliation de Moyse avec St. Etienne, contenant des remarques sur le même sujet; ibid. Nov. p. 491-511.

Lettre sur quelques difficultez touchant cette conciliation; ibid. 1705. Mars p. 265-285.

Anonymi *offenbahre Zusammenstimmung* St. Stephani *mit Mose, in der Anzahl der Personen des Hauses* Jacob; *in den Teutschen* Actis Erud. T. XI. p. 209-222.

Philo. PHILONIS, *Iudaei*, vita viri civilis, sive de *Ioseph;* in *eiusd.* Opp.

Boeclerus. IOH. HENR. BOECLERI Iosephus Philonis (recensio vitae Iosephi a Philone scriptae); in *eiusd.* Diss. acadd. (*Argent.* 1710. 4.) T. II. p. 404-424.

Strigelius. VICTORINI STRIGELII Oratio de Patriarcha *Ioseph. Lips.* 1564. 8.

Leo. IOH. GOTTFR. LEO Diss. de castitate *Iosephi* triumphante. *Lips.* 1712. 4.

Burcard. IOH. BALTH. BURCARDI Oratio de criminibus *Iosepho* Patriarchae a Morgano impactis; hab. 1746; in *Museo Helvet.* Vol. I. P. III. p. 355-373.

Ansaldi. CASTI INNOCENT. ANSALDI *Iosephi*, Aegypti olim proregis, religio a criminationibus Basnagii vindicata. *Nap.* 1738. 8. *Venet.* 1741. 8. *Brixiae* 1747. 8.

Pfeiffer. AUG. PFEIFFERI Exercitatio de Zophnat Paneach, cognomine *Iosephi*, quo a Pharaone cohonestatus legitur Genes. XLI, 43; post *eiusd.* Dubia vexata Script. S. (*Vitemb.* 1713. 4.) p. 1059-1080; et in *eiusd.* Opp. philol. (*Ultraj.* 1704. 4.) p. 564-574.

Boccius. MICH. BOCCII Diss. de titulo *Iosephi* honorario ad Genes. XLI, 43; in *Thes. theol. philol.* T. I. p. 235-238.

IOH

[redacted]

IOH. IOACH. SCHROEDERI Diff. de voce אברך ad Genef. XLI, 43; in *Thef. nov. theol. philol.* p. 211-213.

ANDR. CONR. WERNERI Obf. philol. de nomine We
אברך *Iofepho* honoris ergo impofito; in *Parerg. Gottingenf.* (Gotting. 1738. 8.) T. I. Lib. IV. p. 131-140.

IOH. BENED. CARPZOVII Diff. philol. de fepul- Carp
tura Iofephi Patriarchae. *Lipf.* 1697. 4; et inter *eiusd.* Difpp. acadd. p. 1670-1722.

IV. *Scriptores de vita et morte Mofis.*

PHILONIS, *Iudaei*, de vita Mofis Libri III; in Phil
eius Opp. — Eadem vita, Latine *Petro Franc. Zino* interprete; in *Laur. Surii* Vitis Sanctor. d. 4 Sept. p. 35-62.

De vita et morte Mofis Libri III, Hebraice ab anonymo Rabbi confcripti, primum quidem *Conftantinopoli* 1518, hinc *Venet.* 1585, iterumque 1605. 8, cum aliis opufculis editi, cura *Gilberti Gaulmini*, ICti Francogallici, Hebraice cum eiusdem verfione Latina et eruditis obfervationibus prodierunt *Parif.* 1629. 8; ex qua editione recudi curavit *Ioh. Alb. Fabricius* interpretationem illorum Latinam, notis Gaulminianis munitam, *Hamburgi* 1714. 8.

IUL. BARTOLOCCII de Mofe Propheta fecundum Hebraeos Differtatio; in *eius* Bibl. Rabbin. P. IV. p. 115-218.

Hiftoire de Moïfe tirée de l'Ecriture fainte et des Hug
Saints Peres. Par le P. HUGO, *alors Prémontré, puis evêque de Ptolémaïde.* à Luxenbourg 1699. 8. Libris mediocribus accenfetur.

Das Leben Mofis und deffen Schriften; im *Neueröffneten Mufeo. 1fte Oeffnung* p. 1-22. *Leipz.* 1714. 8.

JOHN CAMPBELL'S *Life of Mofes;* praemiffa Campb
eiusd. *Hiftory of the old Teft.* (Lond. 1738. fol.) Fol. I-XLIV.

irtigny. *Particularitez Romanesques de la Vie de Moïse, inventées par les anciens Rabbins;* dans les Nouv. Mém. d'hist. et de litterat. de Mr. D'ARTIGNY T. I. p. 70-81.

asaeus. IAC. HASAEI Animadversiones ad testimonia de Mose eiusque Pentateucho, ab illustr. Huetio collecta, in *Biblioth. Bremens.* Class. VI. Fasc. V. n. 1. p. 769
luetius. sqq. — Cf. HUETII Demonstr. Evang. p. 75-311. ed. Lips. 1694. 4.

Hess. *Geschichte Mosis, von dem Verfasser der Geschichte Jesu* (IOH. IAC. HESS, verbi divini ministro Tigurino). *Zürich* 1778. II Voll. in 8 mai. — Inter reliquos huius generis libros sine dubio optimus. Cf. *Allg. deutsch. Bibl.* T. XXXVIII. p. 424 sqq.

* * *

cheurer. SAM. SCHEURERI Disquisitio de nomine *Mosis;* in *Ikenii* et *Hasaei* Thes. novo theol. philol. T. I. p. 255-259.

ncaeus. FRANC. MONCAEI historia apparitionum divinarum duarum, eius, quae de rubo, et proximae, quae in Aegyptum reverteriti in diversorio *Mosi* facta; in *Th. Crenii* Opusc. Fasc. IX. p. 257-368.

schmuth IOH. FRISCHMUTH Oratio de pontificatu *Mosis*, a *Bartholdo Nihusio* irrito conatu et frustra asserto, dicta a. 1649, recusa *Ienae* 1673. 4.

eusling. CHRISTI. FRID. HEUSLING Diss. theol. litteraria, *Mosen*, qua enutritum omni Aegyptiorum sapientia, non coecum esse corundem in cultu V. T. ceremoniali imitatorem, sed regni Aegyptiaci candidatum. *Servestae* 1718. 4.

Catten-urch. ADRIANI A CATTENBURCH Syntagma sapientiae Mosaicae. *Amstel.* 1737. 4.

Beer. FERD. WILH. BEERS *Erläuterung einer Nachricht des Apions von* Mosis *Geschicklichkeit in Wissenschaften;* in eiusd. *Abhandlungen zur Erläuterung der alten Zeitrechnung und Geschichte* (Leipzig 1752. 8.) p. 243-263.

CORNEL.

[redacted]

CORNEL. DIETER. KOCH Disqu. de eloquentia et poësi *Mosis. Helmst.* 1700. 4. Koch.

DAN. GUIL. MOLLERI Diss. de *Mose* philosopho. *Altorf.* 1707. 4. Moller.

IOH. HENR. MAII Specimen philosophiae Mosaicae, scriptum a. 1707; recus. in *eiusd.* Exercitt. select. philol. et exeg. (*Francof.* 1711. 4.) p. 401-408. Maius.

PETRI REGIS, *Monregalensis, sacr. litt. et lingu. orient. in Reg. Taurinensi Athenaeo Prof.* Moses Legislator, seu de Mosaicarum legum praestantia. *Taurini* 1779. 4. — Auctor orationem suam inauguralem exhibet, cum annotationibus copiosissimis, quibus docte explicantur et illustrantur, quae breviter in ista dixerat. Rectius forte librum referas inter istos, quos supra de legibus Hebraeorum recensuimus. Cf. *Götting. gel. Anz.* a. 1782. p. 241 sqq. Rex.

C. G. DERLING *Muthmassungen von der Gestalt Mosis;* in *Braunschw. Anzeigen* a. 1745. p. 1865-1869. Derling

IOH. BENED. CARPZOVII Diss. de nummis, *Mosis* effigiem cornutam exhibentibus. *Lips.* 1659. 4; et inter *eiusd.* Dispp. acadd. p. 101-133. Carpzo

MICH. LIEBENTANTZ Diss. de facie *Mosis*, quam pingunt, cornuta. Editio nova. *Witteb.* 1749. 4; et in *Menthii* Thes. T. I. p. 311 sqq. Liebentantz.

CASP. CALVOER de radiante vultu Mosis; in *eiusd.* gloria Mosis Diss. 3. p. 101 sqq. Calvoer

SAL. DEYLING de vultu Mosis radiante; in *eiusd.* Obss. sacr. T. III. p. 63 sqq. Deylin

JOH. JAC. RAMBACHS *Anmerkung von Mose, einem Martyrer in seinem Leben und nach seinem Tode;* im Hessischen Hebopfer (*Giessen* 1734. 8.) Stück I. p. 26-64. Rambac

ANDR. SENNERTI Exercitatio philol. ad Deut. XXXIV, 5-8. de morte et sepultura Mosis. *Viteb.* 1656. 4. Senn

ANT. CREGUTI Commentatio de morte Mosis; in *eiusd.* Revelatore arcan. p. 957-996. C

Gerhard. IOH. ERN. GERHARDI Diss. de sepultura *Mosis* ad Deut. XXXIV, 6. *Ienae* 1667. 4; et in *Thes. theol. philol.* T. I. p. 403-418; et in *Menthii* Thes. T. I. p. 403 sqq.

Bartsch. IOH. BARTSCH Exercitatio philol. de sepulcro *Mosis*. *Lips.* 1703. 4.

Schmid. IOH. ANDR. SCHMIDII Diss. theol. exeg. de morte *Mosis*. *Helmst.* 1703. 4.

Cramer. IOH. RUD. CRAMER de morte et sepultura Mosis. . . . .

Baillet. ADR. BAILLET *Vies des Saints* T. IV. p. 264-289.

Calmet. A. CALMET *Dissertation sur la mort et la sepulture de Moyse*; in eius *Comment. sur la Bible* T. VIII. p. 753-757.

Recherches sur la sepulture de Moïse; dans la Bibl. raisonnée T. XXXI. P. II. p. 243-269. Theotisce, in *Samml. zur Kirchengesch. und theol. Gelehrs.* (Leipzig 1748. 8.) St. I. p. 235-274.

Schmaltz. IAC. SCHMALTZ de uxore *Mosis* Aethiopissa, ad Numer. XII, 1. *Lips.* 1673. 4; et in *Thes. Diss. in V. et N. T.*

V. *Scriptores de exitu Israelitarum ex Aegypto.*

Strauch. AEGIDII STRAUCHII Diss. de anno nativitatis Abrahami, vocationis eiusdem et 430 annis mansionis Israelitarum in Aegypto; in *Thes. Iken.* T. I. p. 269 sqq.

Koppe. IOH. BENI. KOPPII Progr. quo probat, Israelitas non CCXV, sed CCCCXXX annos in Aegypto commoratos esse. *Gotting.* 1777. 4.

Strauch. AEG. STRAUCHII Diss. de paschate primo et exitu Israelitarum ex Aegypto; in *Menthii* Thes. T. I. p. 295 sqq.

Banier. ANT. BANIER *Diss. sur la Royauté des Israelites en Egypte*; dans l'hist. de l'Acad. des Inscr. T. III.

IOH.

IOH. LIGHTFOOTI Itinera et mansiones Israelitarum in exitu ex Aegypto; in *eiusd.* Opp. T. II. inter posthuma p. 125-129. *Franequ.* 1699. fol. Lightf.

THOMAE BROMLEY *Reisen der Kinder Israel, durch den Verfasser Englisch beschrieben* ao. 1673, *aus ins Teutsche übersetzet von* A. W. B. Frankf. u. Leipz. 1723. 8. Broml.

IOH. GEORG. ABICHT Diss. de transitu Israelitarum per Iordanem, ad Ios. III, 15. 16; in *Ikenii* Thes. T. I. p. 491-497. Abicht

IOH. CLERICI Diss. de maris Idumaei traiectione; dic̄cta *eiusd.* Commentario in Pentateuch. p. 613-621. Cleric.

A. CALMET *Diss. sur la passage de la mer rouge par les Hebreux;* in eius *Comment. sur la Bible* T. I. P. I. p. 365-373. Calmet

PET. GOLDSCHMID Demonstratio transitus Israelitarum per mare rubrum. *Lips.* 1711. 4. Gold-schmid

IOH. LUD. STUMPF de divisione rubri maris miraculosa. .... Stumpf

IOH. GUIL. BAIERI Diss. an tempore transitus Israelitarum per mare rubrum fuerit ordinarius refluxus s. detumescentia; in *Ikenii* Thes. T. I. p. 274-304. Baier.

CHRISTI. SAHMII Diss. de transitu Israelitarum per mare rubrum. .... Sahm.

IOH. BALTH. MATTHESII Disp. physica, qua in transitu Israelitarum per mare erythraeum non fuisse fluxum et refluxum maris demonstratur. .... Matthes.

Lettre du P. SICARD *sur le passage des Israelites à travers la mer rouge;* dans les nouveaux Mémoires des Missions de la Comp. de Jesus dans le Levant (Paris 1727. 12.) T. VI, p. 1-113. Sicard.

ALPH. DES VIGNOLES *du passage de la mer rouge;* in eiusd. *Chronologie de l'histoire sainte* P. I. L. III, c. 1. p. 643-675. — Omnes scriptores praecedentes superat in argumenti huius explicatione, cum erudi- des Vignoles.

 tione,

tione, tum sagacitate, praecipue comparatione narrationis Mosaicae cum relationibus peregrinatorum recentiorum. Plura ex eo repetit auctor anonymus libri, qui inscribitur:

Essay physique sur l'heure des Marées dans la mer rouge, comparée avec l'heure du passage des Hebreux. à Cologne (s. potius Parisiis) 1755. 8. — *Reimprimé avec des Remarques de Mr.* MICHAELIS. à Gottingue 1758. 8. Cf. *Götting. Anzeigen* a. 1758. p. 1005 sqq. et a. 1760. p. 1337 sqq.

Richter. GOTTLOB HEINRICH RICHTERS (M. Phil. et doctoris mathematum Grimmensis) *Geographische Untersuchung, ob das Meer, durch welches die Israeliten bey ihrem Abzuge aus Aegypten gegangen, der Arabische Meerbusen gewesen sey?* Leipzig 1777. 8.

Doederlein. Recentissimus ac praestantissimus huius argumenti interpres est IOH. CHSTPH. DOEDERLEIN, D. et Prof. Theol. Ienensis, in libro, etiam aliis ex caussis maxime commendabili: *Fragmente und Antifragmente; Zwey Fragmente eines Ungenannten, aus Herrn Lessings Beyträgen zur Litteratur abgedruckt, mit Betrachtungen darüber. Nebst einigen Landkarten* (desumtae ex Niebuhrii descriptione Arabiae). *Nürnberg* 1778. 8. Editio altera emendatior *ibid.* 1780. 8.

* * *

Walther. JOH. GEORG. WALTHERS (Herzogl. Sächs. Raths, bisherigen Lehrers, Aufsehers der Bibliothek und Vicerectors des Weissenfelsischen Gymnasii, und nunmehro verordneten öffentlichen Lehrers auf der Universität Wittenberg † ....) *Abhandlung von dem Zeitraume zwischen dem Ausgange der Israeliten aus Aegypten und dem Bau des Salomonischen Tempels;* in *Baumgartens* Samml. von Erläuterungsschriften zur allg. Welthist. T. II. p. 313-488.

VI. *Scripto-*

VI. *Scriptores de historia Ducum et Iudicum Israelitarum.*

ADAMI RECHENBERGII Diss. de ficta Hebraeorum Monarchia ante regem Saulum, *Adriano Houtuyno* ICto Batavo opposita; in *eiusd.* Diss. historico-politicis P. I. p. 334 - 369. — Houtuyni liber supra inter scriptores de republica Hebr. generales laudatus est.

GUST. GEORG. ZELTNERI Adolescentia Reipublicae Israelitarum, seu de Iudicum temporibus hisque proximis, in 1 Reg. VI. et Act. XIII, 20. Exercitatio. *Altorf.* 1696. 8.

DAN. GUIL. MOLLERI Diss. de duodecim Iudicibus Israelitarum. *Altorf.* 1709. 4.

CHPH. HENR. RITMEIERI Progr. de vario Reip. Hebraeorum statu sub Iudicibus. *Helmst.* 1712. 4.

HENR. GOTTLIEB REIME Tractatus philologico-criticus de numero annorum regiminis Iudicum atque *Saulis*, Regis Israelitarum primi. *Ienae* 1714. 4.

* * *

NICOL. SERARII (Iesuitae † 1609) *Iosue* ab utero ad ipsum usque tumulum etc. Libris V explanatus, e quibus Tomus *prior* gesta eius usque ad bella, *posterior* bella omnia ab eo gesta, et ea, quae post bella usque ad eius mortem sunt acta, complectitur. *Lutet. Paris.* 1610. fol.

NATALIS ALEXANDRI Diss. de tempore Principatus *Iosuae;* in *eiusd.* Hist. eccl. T. II. p. 49 sq.

Nachricht von dem Leben Josuae; *im Neueröffneten* Museo, III *Oeffnung* p. 163 - 188.

IOH. LIMPENI Commentarius historicus de S. *Iosue*, Israelitarum Duce in Palaestina; in *Act. Sanctor. Antverp.* Septemb. T. I. p. 6 - 77.

Geschichte Josua *und der Heerführer, von dem Verfasser der Geschichte Jesu* (JOH. JAC. HESS). Zürich 1779.

1779. II Voll. in 8 mai. — Cf. *Allg. deutsch. Bibl.* T. XLI. p. 79 sqq.

✤ ✤ ✤

ander. NATALIS ALEXANDRI Diss. de *Debora*, utrum in numero Iudicum collocanda sit; in *eiusd.* Hist. eccl. T. II. p. 54 sq.

abich-/orft. ANDR. DAV. HABICHHORSTII Diss. de altari *Gideonis* ad Iudic. VI, 24; in *Thes. theol. philol.* T. I. p. 418-425.

Eiusd. Diss. de Ephod *Gideonis*; ibid. p. 425-428.

idrim. IOH. GEORG. BINDRIMII Diss. de altari *Gideonis*; ibid. T. II. p. 949-951.

GABRIEL BROTIER de Iudaeis Sinensibus; in eiusdem editione operum C. Cornelii Taciti (*Paris.* 1771. 4.) Vol. III. p. 567-580. Epitomen huius relationis, e litteris Iesuitarum Gozani, Domengii et Gaubili ante ineditis haustae, exhibuit *I. D. Michaelis* in Bibl. sua orient. et exeg. P. V. p. 70 seqq. Brotier.

THOMAS THOROWGOOD *Jews in America, or probabilities that the Americans are of that race.* London 1650. 4. — Huc quoque pertinent, qui laudantur in Bibliographia antiquaria Fabricio-Schaffshauseniana p. 18 sqq. Thorowgood.

* * *

CHRISTIAN WILHELM DOHM *über die bürgerliche Verbesserung der Juden.* Berlin u. Stettin 1781. 8. — *Neue verbesserte Auflage.* ibid. 1783. 8. Cui accessit *pars altera* ibid. eod. 8. Pars prima *Francogallice* reddita a *Ioh. Bernoulli*, à Berlin 1782. 8. — Politici ac philosophici quidem argumenti opus, cui tamen plura, quae ad cognitionem historiae et status gentis Iudaicae recentiorem faciant, insunt. Auctor humanissimus ac sagacissimus consilia saluberrima, quibus conditio gentis istius misera in melius mutari posset, humanitatis fautoribus offert. Dubia adversariorum parte inprimis altera ingeniose magnoque rerum civilium apparatu solvere studet. Scriptio nimirum Dohmiana ortum dedit libellis sequentibus: Dohm.

MANASSEH BEN ISRAEL *Rettung der Juden, aus dem Englischen übersetzt, Nebst einer Vorrede von* MOSES MENDELSSOHN. *Als ein Anhang zu des Herrn Kriegsraths Dohm Abhandlung über die bürgerliche Verbesserung der Juden* Berlin u. Stettin 1782. 8. — Manasseh et Moses Mendelssohn.

Archetypum apologiae doctoris Iudaici *Manassis*, qua popularibus suis libertatem, in Anglia vivendi, Cromwello ibi regente, procuravit, primum typis impressum fuit *Londini* 1656. Postea ob raritatem recusum in collectione, nunc aeque rara, quae inscribitur: *The Phenix, or Revival of scarce and valuable Pieces, no where to be found but in the Closets of the Curious*. London 1708. 8.

Unzer. I. C. U. (UNZERS) *Anmerkungen zu der Schrift des Hrn. Dohm über die bürgerliche Verfassung der Juden*. Altona 1782. 8.

Hartmann. FRIEDRICH TRAUGOTT HARTMANN *Untersuchung, ob die bürgerliche Freyheit den Juden zu gestatten sey*. Berlin 1783. 8.

Ueber die Unnütz- und Schädlichkeit der Juden im Königreiche Böhmen und Mähren. Prag 1783. 8.

Diez. *Ueber Juden*. An Hrn. Kriegsrath Dohm. Dessau u. Leipzig 1783. 8. Auctoris nomen, *H. F. Diez*, in fine libelli apparet.

Hoc argumentum quoque tractavit Italus anonymus, minime autem genti Iudaicae favens, in libro sic inscripto: *Della Influenza del Ghettonello Stato*. Venezia 1782. 8. — Cf. *Götting. Anzeigen* 1783. p. 1653 sqq.

Schultz. CHRISTOPH. SCHULTZ Dissertatio historica de Iudaeo non mortali. *Regiomont*. 1693. 4. Recusa *Ienae* 1734. 4.

XIV. *Scriptores de ritibus et caerimoniis Iudaeorum recentioris aetatis.*

Coster. ABRAHAM COSTER (Theologi Batavi, initio saeculi superioris florentis) *Historie der Joden, die tzedert der Verstooringhe Jerusalems, in alle Landen verstroyt zyn, in dry Deelen etc. Tot Rotterdam* 1608. 8. — Non historiam, ut titulus promittit, Iudaeorum, sed descriptionem rituum et caerimoniarum eorum-

:orundem, tam in sacris, quam in vita privata, exıibet.

IOH. BUXTORFFII (*patris*, *Prof. lingu. hebr.* *Basileensis* † 1629) Synagoga Iudaica, de Iudaeorum :de, ritibus, ceremoniis, tam publicis et sacris, quam rivatis, in domestica vivendi ratione. — *Theotisce* rimum liber prodiit *Basil.* 1603. 8. Recusus *Francof.* t *Lips.* 1729. 8. c. f. g. g. In latinum sermonem conersus per *Hermannum Germbergium*, Conrectorem :orbacensem, *Hanov.* 1604. 12. Deinde per *Dav. Cle*-*cum*, revidentibus tam *Buxtorffio* patre, quam filio, *asil.* 1641. 1661. et cura *Ioh. Iac. Buxtorffii* ibid. 680. 1712. 8. *Belgice* translata *Amsterd.* 1650. 1694. figg. Buxto

LEON DE MODENE *Ceremonies et Coutumes, qui* *observent aujourd'hui parmi les Juifs, traduites de l'Ita*-*en avec un Supplement touchant les Sectes de Caraites et* *s Samaritains de notre tems. Troisiéme edition, revûe,* *rrigée et augmentée d'une comparaison des Ceremonies* *s Juifs et de la discipline de l'Eglise, avec un Discours* *r les differentes Messes des Liturgies, qui sont en usage* *ns tout le monde par le Sr.* SIMONVILLE (RICHARD IMON). à la Haye 1682. 12. — Rabbi *Leo Muti*-*nsis* conscripserat Italica lingua exiguum librum de tibus et caerimoniis Iudaeorum hodiernis; quem ım non sine mendis a. 1637 Lutetiae expressum vi:ret, sequente ipso anno Venetiis accuratiorem edit, abscissis, quae displicebant ex prima editione, iisque et melioribus in locum illorum surrogatis. ignus liber Christianis visus fuit, qui in alias quoque ıguas transfunderetur, ut a pluribus legi posset, ıemadmodum *Anglicano* sermone conversus *Londini* 'odiit a. 1650; *Francogallice* vero a *Richardo Simone* ub nomine *Recared Schimeon*) a. 1674. Insertus ıoque operi splendidissimo, cui titulus: *Ceremonies* *Coutumes religieuses de tous les peuples du monde* (Am:rd. 1723. fol.) T. I. p. 1-153. Auctior additamen- Leo Mutinensis.

tis et figuris aeneis dicitur haec editio. Liber ipse in quinque partes ita divisus, ut I aedificia, vestimenta, synagogas, precationes, lotiones etc. II linguam, studia, vota, ciborum genera; III festos dies; IV matrimonium, circumcisionem, primogenituram; V denique haereticos, proselytos, mortem, sepulturam, paradisum, infernum, et his cognata referat. Interpres Francogallicus de suo adiecit praefationem satis amplam, qua *Buxtorffius* nonnihil reprehendit, quod in *Synagoga Iudaica* Pater quidem sine ordine pleraque tractaverit; Filius patris Teutonicum foetum Latine editurus partem huius Iudaici libri suo inseruerit, eumque imitari conatus sit, ut confusionem ex paterno scripto tolleret, sicut etiam multa in illo disiecta sub unum caput revocaverit. Itaque in eo est *Rich. Simon*, ut Leonis parvum librum Buxtorffiano grandiori praeferendum esse persuadeat, quod nihil habeat superfluum, multa vero contineat, quae ne attigerint quidem Buxtorffii. Libello ipsi interdum notas subiecit, quibus cum alias res, tum praecipue Hebraea vocabula explicat. Quintae parti inseruit geminum de Karaitis et Samaritanis supplementum.

Simon. *Comparaison des ceremonies des Juifs et de la discipline de l'Eglise, par le Sieur* DE SIMONVILLE (i. e. RICHARD SIMON). à Paris 1681. 12. à la Haye 1682. 12. — Supplementi instar hunc librum esse voluit auctor ad praecedentem Leonis de Modena. Eadem scilicet brevitate capitibus XIX plurima pertractat ad religionem et ritus pertinentia. Multa utique tradit scitu et examine digna.

Meier. CHRISTOPH. PAULLUS MEIER *von den heutigen Juden-Ceremonien und Gebräuchen insgemein, und durchs ganze Jahr.* Wittenberg 1679. 4. Danzig 1682. 4.

Ross et Veirter. ALEXANDER ROSS (Theologi Scoti) *wunderwürdiger Juden- und Heydentempel, anfangs in Englischer Sprache beschrieben, nunmehro aber verbessert und*

mit

nit vielem Zusatz vermehret von DAVID NERRETER. Nürnberg 1717. 8. c. figg. aen. Depromtus liber e Roffaei Πανσεβεία s. de omnibus generis humani religionibus, superiore seculo edita, Francogallice etiam ac Belgice reddita.

JOH. ANDREAS EISENMENGERS (Professoris linguarum orient. Heidelbergensis, religioni Reformatae addicti, † 1704) *Entdecktes Judenthum.* Königsberg in Preussen 1711. II Voll. in 4. — Primam editionem, Francofurti ad Moenum, cum auctor adhuc viveret, typis impressam, cuius notitia plena vero nobis deest, Iudaei tribus mandatis Caesaris inhibitoriis supprimi curarunt. Post auctoris mortem autem Regis Borussorum auspiciis effectum est, ut idem opus Regiomonte, accurate recusum, lucem adspiceret. Auctor id egit potissimum, ut ex variis Iudaeorum scriptis, vel editis vel manu exaratis, quorum series in limine operis exstat, colligeret, quae in doctrinam Christianam iniuria sunt, et sinistras huius gentis opiniones ac fabulas in lucem proferret. Quod tamen minime sine partium studio actum, nec ἀκρίβεια necessaria adhibita: omnia potius, vel a Rabbinis, auctoritate legislatoria carentibus, vel a Iudaeis Christianorum persecutionibus exacerbatis, vel a Iudaeis religioni Christianae addictis, variis modis in Christianorum odium prolata, sine ullo discrimine corrasit, eaque ratione dissidium inter ambas gentes nefandum in modum auxit. Eisenmenger.

IOH. GOTTFR. LAKEMACHERI Programma de ritibus quibusdam Bacchicis, a Graecis ad Iudaeos recentiores (qui sub imperio Graeco, per Orientem constituto, aetatem egerunt) derivatis, et ab his tabernaculorum festo usurpatis. *Helmstad.* 1724. 4; et in eiusdem Obss. sacr. (*Helmstad.* 1729. 8.) P. I. p. 17-78. Lakemacher.

Dissertation sur la conformité, qui se trouve entre quelques usages des Juifs et les anciens Bachanales; in

 opere

opere ante laudato: *Ceremonies relig. de tous les peuples* T. VIII. p. 157-171.

Medici. *Riti e costumi degli Ebrei* etc. h. e. Ritus et consuetudines Ebraeorum, consutati a PAULO MEDICI, Sacerdote Florentino, cum accessione Epistolae unius in hac editione ad universos Iudaeos, compositae a NICOLAO STRATTA, olim Rabbino, et postea Catholico-Romano, in quibus e testimoniis Scriptorum Ebraicae rei peritissimorum comprobatur, adventum Messiae Iesu Christi, redemtoris nostri, iam accidisse, nec minus incarnationem eius in ventre purissimo Mariae Virginis effectui fuisse datam. *Madriti* 1737. (1 Alph. 3 plagg.) in 8. — Auctores Actorum Erud. (T. III. Suppl. ad nova acta p. 376 sq.) quibus huius libri notitiam debemus, non inficiantur, dari libellos hoc meliores et solidiores. Eis autem neophytis, qui ad gremium ecclesiae Romanae videntur adducendi, hoc opusculum praecipue fuisse destinatum, existimant.

Bodenschatz. JOHANN CHRISTOPH GEORG BODENSCHATZ (hoc tempore Superintendentis Bayersdorfensis prope Erlangam, antea parochi Frauenauracensis) *Kirchliche Verfassung der heutigen Juden, sonderlich derer in Teutschland, in 4 Hauptheile abgefasset, aus ihren eigenen und andern Schriften umständlich dargethan, und mit 30 saubern Kupfern erläutert. Nebst einer Vorrede — Herrn* Caspar Jacob Huths etc. *Frankfurt und Leipzig* (Coburgi) 1748. 1749. II Voll. (3 Alph. 22 plagg.) in 4. — Parte prima quatuor capitibus sistitur historia Iudaica ab Abrahamo usque ad nostra tempora; secunda, ritus describuntur Iudaeorum hodiernorum sacri, capitibus quinque; tertia, opiniones religiosae; quarta, consuetudines variae ac caerimoniae hodiernorum Iudaeorum, in Germania praecipue viventium. Uberiorem operis, summa cum diligentia ordineque aptissimo confecti, descriptionem desiderantes ablegamus ad ephemerides sic inscriptas: *Zuverlässige Nachrichten von dem*

m gegenwärtigen Zustande der Wissenschaften P. CXLI. 568 sqq.

GOTTFRIED SELIGS (Proselytae Iudaici et Le- oris linguae Hebraicae Lipsiensis) *Jude, eine Wo- enschrift.* Leipzig 1768 - 1772. IX Voll. in 8 mai. ditio emendatior prodiit hoc titulo: *Der Jude, oder is alte und neue Judenthum.* 1 Theil. Leipzig 1781. Theil. Dessau 1782. 8. — Ritus Iudaeorum recen- orum accurate satis sineque ira ac studio, probabili cendi genere describuntur. Tantum autem abest, omnia in omnes Iudaeos quadrent, ut potius viri hac gente minus superstitiosi pleraque respuant. Selig.

DAVID LEVI *succinct account of the rites and cere- onies of the Jews.* London 1784. 8. — Laudatur li- er recentissime typis impressus, in Germania, quan- m scimus, nondum cognitus. Levi.

APPENDIX.

Scriptores de Samaritanis.

IOH. CHSTPH. WICHMANNSHAUSEN Sche- asma philologicum de Samaria. *Vitemb.* 1714. 4. ch ...sen.

CHSTPH. CELLARII Collectanea historiae Sa- aritanae, quibus, praeter res geographicas, tam po- tia huius gentis, quam religio et res litteraria expli- antur. *Cizae* 1688. 4. — Quatuor capitibus, secun- um argumenta titulo consignata positis, opusculum octissimum absolvitur. Cellarius.

Eiusd. Exercitatio, gentis Samaritanae historiam t caerimonias, post eiusdem auctoris Collectanea hi- oriae Samaritanae, magis illustrans. *Halae* 1694. 4. evisa et castigatius edita, *ibid.* 1699. 4. et in *eiusd.* Dissertatt. acadd. a *I. G. Walchio* editis p. 108 - 149. — De nomine gentis Samariticae urbisque Samariae, de istoria et religione Samaritanorum, atque de crimi- natio-

nationibus, quibus Iudaei Samaritas lacessunt, Cellarius agit.

Idem *Cellarius* in lucem edidit binas epistolas, a Samaritis hodiernis, in Palaestina superstitibus, ad *Iobum Ludolfum* a. 1685 datas, et a Ludolfo versione Latina notisque instructas, hoc quidem titulo: *Epistolae Samaritanae Sichemitarum ad Iobum Ludolfum. Accedit versio Latina persimilis litterarum a Sichemitis haud ita pridem ad Anglos datarum.* Cizae 1688. 4. — Ex quo nimirum in Europa innotuit, reliquias gentis Samaritanae in Palaestina et Aegypto hodie superesse, epistolarum commercium cum iis instituerunt IOSEPHUS SCALIGER et IOBUS LUDOLFUS. Nactus est *Scaliger* schedas aliquas ex Aegypto, quas partim edidit, partim ineditas Academiae Lugdunensi Batavorum testamento assignavit. Schedam de cyclis et computo Samaritarum recudit etiam *Samuel Petitus* in Eclogis chronologicis Lib. II. Liber autem *Iosuae*, ut vocant, hoc est, Historiae illorum universae breviarium, cessit laudatae Lugdunensium bibliothecae, unde *Hottingerus* excerpta Latine vulgavit sub calcem sui Anti-Morini. Epistolium etiam Damascenum aliquid contulit, cuius mentionem Petitus l. c. p. 107. facit. Non autem expleta his Scaligeri cupiditas erat, sed de religione Samaritarum certiora cogniturus litteras ad Synagogam illorum in Aegyptum et Palaestinam dedit, quibus etiam gemina epistola responsum fuit ab Samaritanis, allata vero demum in Europam post Scaligeri mortem. Pervenerunt potius in Genebrardi, postea Peirescii manus, qui eas *Ioanni Morino* Lutetiam misit, qui Latinam versionem in scriniis reliquit, autographis in bibliothecam regiam translatis. (v. Catalog. huius biblioth. inter codd. Samaritanos N. III.) Latine insertae sunt *Antiquitatibus ecclesiae orientalis* (Lond. 1682.) p. 119 - 130. Interea gentem Samariticam ipsam adiit Neapoli (*Nablos*) olim Sichemi, ROBERTUS HUNTINGTON, Anglorum Halebi in Asia Tur-

cica

ica rem mercatoriam agentium antistes sacrorum in-
e ab anno 1671 (postea Episcopus Rapotensis in Hi-
ernia 1701). Ludolfo de hoc itinere varia perscri-
sit in epistola, quae cum aliis eiusdem Angli *Londini*
704. 8. typis expressa fuit, p. 50. (Haec epistolarum
ollectio libris rarioribus annumeratur.) Samaritae
isi leges suas Huntingtono tradiderunt, epistolamque
li perscripserunt, qua de religionis, quam colunt, ra-
one satis copiose retulerunt. Latina huius epistolae
ersio adiuncta legitur libello modo laudato Cellaria-
). THOMAS MARESCHALLUS, Professor Oxo-
ensis, respondit huic Samaritarum epistolae, aliasque
ostea ab eis accepit, quibus etiam respondit; quod
ommercium finiit morte Mareschalli a. 1685. Epi-
olas Samaritanorum Arabicas ab eodem Huntingto-
o in Angliam allatas ante annos aliquot WHITIUS,
rofessor Oxoniensis, dono dedit CHRISTIANO
RID. SCHNURRER, Professori litteraturae orientalis Schnurrer
'ubingensi, qui illas cum prologo et versione Theo-
'ca parti nonae Repertorii Eichhorniani inseruit p. 1-
5 (anno quidem 1781).

Epistolae ad *Ludolfum* datae binae exstant in libel-
o ante laudato, sensu et verbis parum diversae. Re-
onsionem ad novam, quam scripserat, epistolam se
espectare, *Ludolfus* affirmat, eiusque editionem pro-
iittit in praefatione. Ludolfum hanc epistolam ac-
episse a. 1691, testatur *Cellarius* in exercitatione ante
udata, in qua etiam excerpta quaedam ex epistola
la profert. Edidit postea CELLARIUS *Historiam* Cellarius
entis et religionis Samaritanae ex nova Sichemitarum
pistola auctam, Halae 1699. 4. Certe *I. G. Walchius*
udat eam in indice lucubrationum Cellarii, disserta-
onibus huius viri academicis praemisso; laudat etiam
Lengletus in *Methode pour etudier l'histoire* T. X. p. 212
dit. recentiss. Sed nullibi hanc scriptionem, nec eius-
em argumentum invenire licuit. PAULLUS IACO-
US BRUNS, Professor hist. litter. Helmstad. quoque
affir-

affirmat, se in ditissimis bibliothecis tum publicis tum privatis frustra illam quaesivisse. Qua re commotus, ipse hanc epistolam Samaritanam Sichemitarum tertiam ad Iobum Ludolfum, a *Büttnero*, Professore olim Goettingensi, nunc Ienae vivente, sibi concessam, ex autographo typis Hebraicis excudendam curavit, atque versionem Latinam et notas adiecit, in prolusione, qua ad orationem suam aditialem Helmstadiensem audiendam invitavit, 1781 (III plagg. in 4.). Ibidem menda nonnulla in contextu et versione epistolarum a Ludolfo et Cellario editarum commissa correxit, versionemque Latinam epistolae *Huntingtono* traditae vitiosam esse ostendit.

Reland. ADRIANI RELANDI Dissertatio de Samaritanis; in *eiusd.* Diss. miscell. (*Traiect. ad Rhen.* 1706. 4.) T. II. p. 1 seqq.

Lobstein. IOANNIS MICHAELIS LOBSTEIN, *SS. Theol. D. ecclesiae Butisbacensis (in Hassia) inspectoris*, Commentatio de Samaritanae gentis religione aevi recentioris; praemissa libello, cui titulus: Codex Samaritanus Parisinus Sanctae Genovefae. *Francof. ad Moen.* 1781. 8 mai.

* * *

Harduin. IOH. HARDUINUS de numis Samaritanis, ad Claud. Fraguierum. *Paris.* 1691. 4.

Eiusd. Epistola de tribus Toinardi numis Samaritanis; in *Bibl. universelle* T. XXI. p. 130-136.

Eiusd. *Explication de deux Medailles Samaritaines*; in *Mém. de Trevoux* a. 1712. Mai p. 841-859.

Eiusd. Interpretatio numismatum duorum, quae sunt inscripta litteris, ut vocant, Samariticis; in *eiusd.* editione Plinii H. N. T. I. p. 432 sqq.

Reland. ADR. RELANDI Diss. de inscriptione numorum quorundam, ad spectatissimum virum de Wilde. *Amstelod.* 1702. 8. — Quatuor sunt numi, Samaritanis litteris signati.

Eiusd.

Eiusd. Diss. altera de inscriptione numorum quondam Samaritanorum, ad spect. virum Iac. de Wile: in qua de amphora Mannae numis illis inscripta, et asini cultu, Iudaeis per calumniam obiecto, agitur. Accedit IOH. BAPT. OTTII, linguae sanctae in Athenaeo Tigurino Professoris publici, Epistola de numis quibusdam Samaritanis, ad excellentissimum virum H. Relandum, cum huius responso. *Traj. ad Rhen.* 1704. 8. Ott.

Eiusd. de numis veterum Hebraeorum, qui ab inscriptarum litterarum forma Samaritani appellantur, dissertationes quinque. Accedit Dissertatio de marmoribus Arabicis Puteolanis. *Traj. ad Rhen.* 1709. 8. Insunt simul dissertationes Relandi modo laudatae.

Lettre de Mr. GAGNIER *sur les Medailles Samaritaines expliquées par Mr. Reland;* in *Mém. de Trevoux* 1705. Sept. p. 1643-1648. Ibidem Nov. p. 1997-2004. respondit Relandus obiectionibus Gagnierii. Gagnier.

CORN. DIETR. KOCH de numorum Ebraicorum inscriptionibus Samaritanis. *Helmst.* 1712. 4. Koch.

NIC. HENRION et PINART *Remarques sur les Medailles Samaritaines, qui portent le nom de Simon;* in *Mémoires de l'Acad. des Inscriptt.* T. III. Henrion Pinart.

BARTHELEMY *Dissertation sur deux Medailles Samaritaines d'Antigonus, Roi de Judée;* ibid. T. XXIV. 49 sqq. Barthelemy.

IOH. SWINTON Diss. de numis quibusdam Samaritanis et Phoeniciis, vel insolitam prae se litteratuam ferentibus, vel in lucem hactenus non editis; adiecta *eiusd.* inscriptionibus Citieis. *Oxon.* 1750. 4. Swinton.

ANA-

ANALECTA QUAEDAM OPERARUMQUE ERRORES.

Ad Vol. I. P. I.

Pag. 3. n. 3. PONTANI Actius exſtat etiam in eiusd. Opp: (*Baſil.* 1566. IV Voll. in 8.) T. II; atque in libro ſic inſcripto: I. I. Pontani Libri II de aſpirat. Charon dialogus; Antonius dialogus; *Actius dialogus*; Aegidius dialogus; Aſinus dialogus; de ſermone. Bellum, quod Ferdinandus ſenior Rex Neap. cum Iohanne Andegavenſ. duce geſſit. *Venet.* apud Ald. 1517. 4.

Ibid. n. 5. MORZILLI liber de hiſt. inſtit. quoque *Antverp.* 1557 typis impreſſus eſt.

P. 4. n. 7. C. PEZELII Oratio etiam inſerta Tomo VI declamationum Melanchth. ſ. Vitembergenſ.

P. 5. poſt Coeci Dialogum: DIONYSII LICARNAE opus, qua ratione, via ac methodo hiſtoria cum Latina tum Graeca intelligenda, iudicanda et legenda ſit, interprete *Andr. Dudithio. Venet.* ap. Ald. 1571. 4.

P. 6. PIERRE DROIT de GAILLARD *Methode* etc. primum prodiit *Pariſ.* 1580. 8.

Ibid. poſt Keckermannum: IOACH. SETANTI *Frutos de Hiſtoria.* en Barcellona 1610... Notitiam huius libri penitiorem adipiſci fruſtra ſtuduimus.

P. 7. lin. 17. BERINGERI liber non *Bremae*, ut Lengletus nobis perſuaſit, ſed *Hanoviae* prodiit. Inſcriptio libelli ſic ſe habet: Diſcurſus hiſt. polit. in tres ſectiones diſtributus, quibus demonſtrato veri hiſt. off. errores ſcriptor. noſtri aevi deteguntur et pariter remedium, quomodo eis obviari poſſit, oſtenditur. — *Groſchuff* in Conlectione nova libror. rar. p. 354 ſqq. recenſum libelli exhibuit.

Ibid. in fine: GUIL. SUSSI de numine hiſtoriae liber. *Pariſ.* 1632. 12.

P. 8.

P. 8. lin. 16. IUSTI LIPSII Epistola de historiarum lectione. *Helmst.* 1641. 8.

Ibid. lin. 24. NIC. FRISCHLINI Methodus iam 1630 in 12 *Lipsiae* separatim prodierat.

P. 10. lin. 21. Anglica versio libri Lengletiani in lucem edita est *Londini* 1728.

Ibid. post lin. 35. Fr. IACINTO SEGURA *Note critico con las reglas mas ciertas para la discrecion en la Historia y un Tratado preliminar para la instruccion de Historicos principiantes.* En Valencia 1736. II Voll. in 4. Huius quoque operis notitiam accuratam desideramus.

P. 11. lin. 22. Versio libri Bolingbrokiani *Belgica* prodiit *Amstel.* 1754. 8 mai.

Ibid. lin. 32 lege et insere: *de historiae studio* idque sexui sequiori in primis commendat in *Essais moraux et politiques, traduits de l'Anglois* (à Amst. 1764. 12.) T. VI. p. 82-91.

Ibid. lin. 34 adde: *Theotisce* in *Hume's vermischten Schriften* P. IV. p. 64-71.

P. 12 in fine; MABLY ibi laudatus nuper libellum edidit, prae isto, ibi indicato, huc pertinentem, quemque sic inscripsit: *De la manière d'écrire l'histoire.* à Paris 1783. 12 mai. — *Anglice* Lond. 1783. 8. — Versionem Theotiscam, notulis nonnullis instructam, e vestigio dedit *F. R. Salzmann*, Argentinensis, *Argentorati* 1784. 8. Titulus versionis mentitur praefationem Schloezerianam: nostrum certi libri exemplum nullam prae se fert. — Praecepta egregia sine dubio exhibet Francogallus ingeniosissimus iudiciaque de historicis prisci ac recentioris aevi fert matura et sincera, quae prodant familiaritatem a longo inde tempore cum iis contractam: passim vero sententias spargit minus aequas nimisque, ut nobis quidem videtur, acerbas. Tantum etiam abest, ut omnes historiographiae partes amplectatur atque illustret, ut potius plures vel plane neglexerit, vel saltem obiter tractaverit.

Quo forte factum, ut nuperrime scriptor anonymus, quem fama GUDIN, Parisiensem, appellat, calamum contra popularem strinxerit, scriptione haud plane contemnenda, cuique titulum huncce indidit: *Supplément à la manière d'écrire l'histoire.* à Kehl 1784. 12. Voltarium in primis contra Mablyum defendere studuit, at irrito, certe ex sententia nostra, conatu.

Anglus STRETCH edidit librum, titulo solum nobis notum: *Beauties of history.* London 1777. II Voll. in 8.

Quomodo historia generis humani universi conscribenda sit, lineis eiusdem scite ductis, docet IOANNES BERNHARDUS BASEDOW, libro Germanis, exteris etiam, satis noto, quem inscripsit: *Das Elementarwerk; ein geordneter Vorrath aller nöthigen Erkenntniss* etc. *Dessau* 1774. 8. Libro quidem septimo. Quae ansam praebuerunt censori anonymo libri Basedowiani, in Bibliotheca Theotisca universali (T. XXVI. p. 82-89.) suam de rectius ordinanda historia fundamentali sententiam, plausu sane dignam, dicendi. Eandem causam egit alius scriptor anonymus, forte editor, ISAACUS ISELINUS, ipse in opere menstruo, cui epigraphe: *Ephemeriden der Menschheit* a. 1781 et 1782. Merito addendus est IOANNES CHRISTOPH. ADELUNG, quippe qui in opere bonae frugis plenissimo: *Kurzer Begriff menschlicher Fertigkeiten und Kenntnisse* etc. T. IV. (*Lips.* 1781. 8.) p. 74-119. aliam historiae catholicae formam adumbravit, eamque ipse eodem fere tempore felicissimo ausu uberius exposuit hoc libro: *Versuch einer Geschichte der Cultur des menschlichen Geschlechts.* Leipzig 1782. 8. Ambos libros auctor sine nominis sui mentione in lucem edidit.

P. 13. lin. 20 lege: HAYLEY.

P. 16. post lin. 11 adde: E. I. DE WESTPHALEN de scepticismo historico et circa fidem historicam cautelis; in *Miscellaneis exercitationibus* (Halae 1722. 4.).

P. 17. auctoribus de stilo historico addatur: GODOFREDI LESS, D. et Prof. Theol. Goettingensis, differ-

dissertatio Theotisce scripta: *Vom historischen Stil des höhern Alterthums oder der Vorwelt, und den eigenthümlichen Auslegungsregeln des A. T.* in eiusd. *Vermischten Schriften* (Goett. 1781. 8.) T. I. p. 81-107.

Ibid. scriptoribus de officiis et virtutibus historicorum apponi possunt: *Discours des Vertus et des Vices de l'histoire par M.* LE ROY. à Paris 1620.4; et LAURENTII ARRHENII virtutes historici. *Upsal.* 1726. 8.

P. 17 in fine adde: FRID. GLADOV de erroribus historicorum vulgaribus. *Halae* 1714. 4. Caput primum agit de requisitis veri historici: alterum, de vitiis historicorum.

P. 18. post lin. 6: IOH. FRID. BÜRSCHERS *Abhandlung von einigen Fehlern der Geschichtschreiber;* in *Sammlung einiger ausgesuchten Stücke der Gesellschaft der freyen Künste zu Leipzig* T. I. p. 72-90.

Ibid. adiungas scriptoribus de historicorum veterum orationibus: *Harangues choisies des historiens Latins, traduites par M. l'Abbé* MILLOT, *de l'Académie de Lyon.* à Lyon et Paris 1766. II Voll. in 12 mai. Interpres in prooemio sententiam suam de orationibus istis exposuit.

P. 19. post lin. 19 adde: JOH. BERNHARD FOELSCH *über die Verbindung der Universalhistorie mit dem teutschen Privatrechte.* Wien 1775. 8.

Ibid. lin. 25 adde: Cf. infra p. 194.

P. 20. post lin. 36 adde: IOH. BAPT. GRASER Diss. de historici studii amoenitate atque utilitate, deque historicorum delectu. *Oenip.* 1775. 4.

JOH. WEGELINS *Briefe über den Werth der Geschichte.* Berlin 1783. (s. potius 1782) 8 mai. — Argumentum, titulo libri promissum, vix attingit, certe iusto ordine minime deducit vel exponit auctor. Sententias potius spargit de variis rebus historicis atque politicis. Aphorismos de virtutibus ac vitiis ponit et explicat, eosdemque acri sane iudicio ex historia antiqua et nova exemplis illustrat. Genus scripturae Wegelinus adamat obscurum, insolens atque durum.

ULRICI OBRECHTI inauguralis oratio de monumentis historicorum gentilium ad disciplinam christianae prudentiae utiliter attemperandis, ex bibliothecae Argentinensis Mscr. codice primum edita a *Ioh. Mich. Lorenz.* Argent. 1782. 4.

P. 22. post lin. 25 adde: M. IOH. GOTTL. DRASDO Diss. de analogia historica recte instituenda. *Vitemberg.* 1782. 4.

P. 23. lin. 14 legas: *Editionem huius anni* (scil. 1684) *recudi fecit* etc.

Ibid. lin. 18 pone annum 1704 pro 1763.

P. 28. post lin. 22: GEORG WILHELM ZAPFS *Litteratur der alten und neuern Geschichte.* Lemgo 1781. 8. — Cf. MEUSELS *Historische Litteratur* a. 1781. Decemb. p. 520 sqq.

P. 34. post lin. 24: Epitome bibliothecae Gesneri conscripta a LYCOSTHENE, locupletata per IOSIAM SIMLERUM. *Tiguri*, ap. Chr. Froschouer 1555. fol. Locupletior editio Tigurina 1574. fol. Opus hocce vulgo appellatur *Bibliotheca Gesnero-Simleriana.* Eadem amplificata per IOH. IAC. FRISIUM, Tigurinum. *Tiguri* 1583. fol. Haec est *Bibliotheca Gesnero-Simlero-Frisiana.*

Gesneri Pandectae, eadem pagina laudatae, non a. 1549, sed 1548 prodierunt. Liber solum ultimus, s. partitiones theologicae, anno 1549 insignitus.

P. 35. post lin. 2: CHRISTOPHORI SAXII Onomasticon litterarium, sive Nomenclator historico-criticus praestantissimorum omnis aevi, populi, artiumque formulae scriptorum, item monumentorum maxime illustrium, ab orbe condito usque ad saeculi, quod vivimus, tempora digestus, et verisimilibus, quantum fieri potuit, annorum notis accommodatus. E recognitione longe auctiori et emendatiori, ita, ut non tam *editio altera*, quam novus omnino Liber censeri debeat. *Traiecti ad Rhen.* 1775 - 1782. Partes IV in 8 mai. Quarta comprehendit scriptores ab a. 1586 ad 1652.

P. 35.

P. 35. lin. 9. ADELUNG re vera volumen primum Supplementorum Lexici Ioecheriani hoc ipso anno 1784. *Lipsiae* in 4 mai. edidit. Spissum licet sit hoc volumen, tamen litteras *A* et *B* tantummodo complectitur.

P. 38. post lin. 11: IOH. WILH. FEUERLINI Diss. de *Antonio Albizio.* Goetting. 1740. 4.

Ibid. lin. 26. *Aventini* effigiem cum nonnullis vitae eiusdem memorabilibus invenies T. I. operis praestantissimi: *Abhandlungen der Bayrischen Academie der Wissenschaften.* Narrata quoque est vita Aventini a scriptore anonymo sat negligenter nullaque novitatis gratia voluminis primi parte tertia operis, quod inscribitur: *Annalen der Bairischen Litteratur vom Jahr* 1780. *Nürnberg* 1781. 8.

Ibid. post lin. 31: *Bohuslai Balbini* vita, in ADAUCTI VOIGTII Effigiebus virorum eruditorum Bohemiae et Moraviae; et in Bohuslai Balbini Bohemia docta, ed. RAPHAEL UNGAR (*Pragae* 1778. 8 mai.) P. II. p. 8 sqq.

P. 39. post lin. 2: POLYCARPI LEYSERI Selecta de vita et scriptis *Ioh. Bodini. Viteb.* 1715. 4.

Ibid. post lin. 20: *Memorie della vita di* Flaminio Cornaro († 1778) *Senatore Veneziano; scritte ad un suo amico da* ANSELMO COSTADONI, *abate Camaldolese.* In Bassano 1780. 8. — Cf. *Götting. gel. Anzeigen* a. 1782. *Zugabe* p. 496.

P. 40. post lin. 24: IACOBI BRUCKERI de vita et scriptis *Achillis Pirminii Gasseri*, Lindaviensis, Med. Doct. et Poliatri Aug. Dissertatio; in (*I. G. Schelhornii*) Amoenitatt. litter. T. X. p. 987-1046.

Vita di Pietro Giannone, *Dottore di Leggi e celeberrimo Istorico del Regno di Napoli, scritta dal Sig.* N. N. *Giureconsulto Napoletano. Prima Edizione.* In Palmira (*Lucca*) 1765. pagg. 26 in 4.

Ibid. lin. 29 post verbum *praefixit:* Idem SENCKENBERGIUS Accessiones insignes ad vitam *Melchioris Goldasti*,

dasti, a se l. c. conscriptam exhibuit in *Selectis iuris et historiarum* T. I. p. 295 sqq.

P. 41. post lin. 29: *Abhandlung über* Guillimanns *Leben und Schriften von* FRANZ GASSLER, *K. K. Oberöstreich. Archivar.* Wien 1783. 8.

P. 42. lin. 1. et p. 379. lin. 18. *Holbergii* vita variis temporibus ac libellis sequentibus descripta est: Epistola ad virum perillustrem. *Havn.* 1727. 8. Opuscula Latina scil. Epistola I ad virum perillustrem auctior, Epistola IIda cum libris V Epigrammatum et Epistola ad Burmannum. *Lips.* 1737. 8. Opusculorum Latinorum pars altera s. Epistola IIItia cum VIto libro Epigrammatum. 1738. 8. Quae tres epistolae a *Thoma Krog* Danice redditae, hoc titulo: *Professor Ludwig Holbergs Lifs og Lefnets Beskrivelse.* Bergen 1741. 8.— Indicem omnium scriptorum Holbergianorum, testamentum aliaque ad Holbergium pertinentia edidit GUIL. HOEYBIERG 1759 in 8, sine nominis sui mentione, hac quidem epigraphe: *Holbergiana.* Insunt etiam collectioni: *Samlinger af rare Trykte og Utrykte Püser I Bind.*

P. 42. lin. 8. *Humii* vita ibi laudata bis Theotisce reddita est, cum separatim *Lips.* 1779. 8; tum in C. *W. F. Walchii Neuesten Religionsgeschichte* T. VIII. p. 211 sqq.

Ibid. lin. 15: De Hundii vita et scriptis v. etiam (FINAUERI) *Bibliothek zum Gebrauch der Bayrischen Staats- Kirchen- und Gelehrten-Geschichte* P. I. p. 195 sqq. et *Annalen der Bairischen Litteratur vom Jahr* 1780 (Nürnb. 1783. 8.) T. III. p. 169-176.

Ibid. post lin. 17. *Iac. Christoph. Iselii* vita, scripta a I. C. BECKIO, in Tempe Helvet. T. III. Sect. I. p. 42.

Memoria *Ioannis Davidis Koeleri*, historiarum Professoris P. O. Goettingensis, conscripta a I. M. GESNERO. Goetting. 1755. fol. repetita typis in *I. N. Epringii* Biographia academica Gottingensi (*Halae* 1768. III Voll. in 8.) Vol. I. p. 173-200. Addi possunt: E. F. Schmer-

Schmersahls *vermischte Beyträge zur Geschichte jüngst verstorbener Gelehrten St.* 1. (Zelle 1756. 8.) p. 5 sqq.

P. 43. lin. 21 lege *Hel.* loco *Hol.*

Ibid. post lin. 24: LORENZ WESTENRIEDERS *Rede zum Andenken des geistlichen Rathssecretairs* Anton Johann Lipowsky. München 1781. 8.

P. 44. post lin. 18 commemoranda notissima et praestantissima narratio IOACHIMI CAMERARII de vita *Philippi Melanchthonis*, cuius recentissimam aeque ac elegantissimam editionem paravit vir, aliis quoque rationibus de Melanchthone meritissimus GE. THEODOR. STROBEL, Art. Mag. ecclesiaeque Woehrdensis (prope Norimbergam) Pastor. *Halae* 1777. 8 mai. — Cf. GOTTFR. DANIEL HOFFMANNS *Abhandlung von Melanchthons Verdiensten um die teutsche Reichs- und Staatsgeschichte.* Tubing. 1760. 4.

Ibid. post lin. 36: KARL ALBRECHT Edeln von VACCHIERY *Rede zum Andenken des kurfürstl. (Pfalzbayrischen) Raths, Hofbibliothekars und akademischen Mitgliedes* Andreas Felix von Oefele. *München* 1781. 4.

P. 47. lin. 11. *Le Bret* sine nominis sui mentione *Griselini* vitam Sarpii in sermonem Theotiscum transtulit, hac quidem epigraphe: *Denkwürdigkeiten des berühmten Fra Paolo Sarpi.* Iungi possunt Epistolae Latinae Sarpii, editae notisque doctissimis illustratae a IOANNE FRID. LE BRET, quem modo nuncupavimus, in voluminibus tribus prioribus operis, quod inscripsit: *Magazin zum Gebrauch der Staaten- und Kirchengeschichte*, et quidem T. I. p. 426 - 537. T. II. p. 235 - 328. T. III. p. 517 - 547. Multa enim insunt, quae fata animumque historici nobilissimi egregie illustrant.

Ibid. post lin. 16: IOH. BENED. CARPZOVII Diss. historico-litteraria de vita, eruditione et scriptis *Saxonis Grammatici*, Historici Dani, Patriae ornamenti. *Helmst.* 1762. 4. Cf. CHRISTIANI ADOLPHI KLOTZII Prolegomena ad editionem Saxonis Grammatici a se paratam *Lips.* 1771. 4.

P. 48. *Thuani* Commentarii de vita sua in sermonem Francogallicam translati sunt *Amsterd.* 1711. 4. *ibid.* 1713. 12. *ibid.* (seu potius *Rothomagi*) 1714. 12. Auctor versionis audit *d'Is.*

P. 49. FABRONIUS ibi laudatus ab anno 1778 usque ad annum 1782 IX voluminibus *Pisis* etiam edidit: Vitae Italorum doctrina excellentium, qui saeculo XVII et XVIII floruerunt. Continet quoque hoc opus elegantissimum quorundam historicorum vitas, v. c. Marchionis *Scipionis Maffei.* Nonnullae e priore collectione sunt repetitae, auctae tamen et emendatae. Prioris operis argumentum enarrat BERNOULLI in *Zusätzen zu den neuesten Reisebeschreibungen von Italien* T. I. p. 313 sq.

P. 53. *Herodoti* historiae illustrandae inservit etiam DAVIDIS CHYTRAEI Chronologia Herodoti et Thucydidis. *Argent.* 1563. 8. IOH. CHRISTOPH. GATTERER etiam varia, Herodotum praeclare illustrantia, tradidit in *Einleitung zur synchronistischen Universalhistorie.*

P. 54. *Herodoti* editionem recentissimam curavit Graece ex recensione Petri Wesselingii AUG. CHRISTIANUS BORHECK, Gymnasii Bilefeldani Rector, *Lemgoviae* 1781 - 1782. II Voll. in 8 mai. Versio Theotisca recentissima, eaque optima, nondum fere absoluta, a M. IOH. FRIDERICO DEGEN elaboratur, notulisque illustratur. Pars prima prodiit *Francof. ad Moen.* 1783. 8.

P. 55. lin. 27 adde: C. G. HEYNE de fontibus et auctoribus historiarum *Diodori* et de eius auctoritate ex auctorum, quos sequitur, fide aestimanda Commentatio I ad libros tres priores; in *Commentationibus Societ. reg. Scient. Gottingensis per annum* 1782. Vol. V. (*Gotting.* 1783. 4 mai.) et quidem inter Comment. hist. quinta p. 89 - 130. Heynius non discedit in eorum partes, qui pragmaticam historiam a Diodoro scriptam volunt: id unum potius Diodorum spectandum habuisse,

habuisse, non ut super rebus gestis subtiliter disputaret et argutaretur, verum ut iusto dilectu facto graviorum rerum nullam omitteret, ea autem, quae afferret, iusto ordine disponeret et oratione simplici ac perspicua rerumque argumentis accommodata exponeret; ea, quae ipse de suo interposuit, tanquam visu audituque cognita, sedulo discernenda esse ab aliis, quae ex aliorum auctorum fide tradit; in Diodoro reprehendi iure posse, quod optimo consilio in scribenda historia, cum utilitatem ad vitam redundantem unice sectandam esse putaverit, prave usus sit; deinde, quod, cum historiam suam per tot temporum decursum detextam ex variis auctoribus contexuerit, non tamen ille recensum aut conspectum auctorum, quos seu universe seu in singulis partibus secutus sit, apposuerit. Auctores, quos Diodorus passim appellat, Heynius, quantum fieri potuit, recensuit. Postea per partes ire coepit, sectioneque prima — plures nondum editae sunt — ad Librum I, Aegyptiaca complexum, sagacissime et doctissime commentatur, iudiciumque interponit de omni historia Aegyptiaca, eius fontibus et caussis, et de modo ac ratione eam interpretandi.

P. 56. lin. 9. Theotiscam Diodori versionem diligenter docteque elaboratam, animadversionibus etiam instructam, exhibuit FRID. ANDREAS STROTH. *Francof. ad Moen.* 1782-1783. III Voll. in 8.

P. 64 ad notitiam de IORDANO. Cf. Comitis DU BUAT *Abhandlung vom Jornandes und vor seinem Buche* de rebus Geticis; in collectione praestantissima, quae inscribitur: *Abhandlungen der kurbayrischen Akademie der Wissenschaften* T. I. — Cf. eiusdem Comitis doctissimi *Versuch einiger Anmerkungen über des* Jornandes *einzelnes Buch* de rebus Geticis, *oder* de actis vel actibus Getarum, *wie er es selbst nennet, worinn der Eingang und die ersten zwey Kapitel begriffen sind;* ibid. p. 109 sqq. — Iordanum nec Episcopum Ravennatem nec episcopum omnino, sed notarium primum,

deinde monachum fuisse, probat scriptor anonymus in *Altonaischen gelehrten Zeitungen auf das Jahr* 1748. p. 74-79.

P. 65. BEDAE opera quoque typis impressa sunt *Colon.* 1612. VII Voll. in 8; quam editionem copiose describit *Freytag* in Adparatu litter. T. III. p. 208-219. Tomo II inest liber de sex mundi aetatibus.

P. 72. post lin. 15 adde: CAROLI RENATI HAUSEN, *Professoris historiarum Francofurti ad Viadrum*, de antiquissimo codice Chronici Mariani Scoti Gemblacensi, exemploque illius Schottiano ad edendum parato. *Francof. ad Viadrum* (et *Dessaviae*) 1782. 4.— Ex auctione librorum Petri Burmanni Secundi nimirum in Bibliothecam Steinwehrianam, quae Francofurti visitur, cuiusque custos Hausenius, ut et bibliothecae academicae, constitutus est, pervenit Mariani exemplum, quod *Andreas Schottus* cum codicibus MSS. contulit, lectiones emendavit, addita ubique varietate singulorum locorum in codd. MSS. notas quoque criticas adiecit, novam chronologiam elaboravit, omniaque ita perpolivit, ut typographo mandari potuisset. Schotto mortuo exemplum transiit ad *Dav. Blondellum*, qui nova addidit supplementa; post huius mortem Burmannus possessor factus, ab eo tandem translatum Francofurtum; dignum sane, quod ab *Hausenio* in lucem publicam ederetur. Morianum tunc fere novum nancisceremur, praecipue si editor simul codice Mariani egregio, qui Francofurti ad Moenum asservatur, uti posset. Sed ubinam librarius ad tale negotium paratus?

P. 78. Codicis CONRADI URSPERGENSIS ibi memorati Erlangensis descriptionem brevem dedit *Meuselius* in *Gerckenii Reisen* (Stendal 1784. 8.) T. II. p. 377 sq. uberiorem proxime dabit *Aug. Frid. Pfeiffer*, Professor et Bibliothecarius Erlangensis.

P. 81 de MARTINO POLONO s. potius Vratislaviensi, eiusque scriptis agit studio auctor anonymus, cui

cui debemus: *Von Breslau documentirte Geschichte und Beschreibung in Briefen* T. II. (Vratisl. 1781. 8.) p. 45 sqq.

P. 82. lin. 33 post verbum *Coloniensem* ponatur: *Venetiis*. lin. 34 pone 1483 loco 1484. Postea legas: *Sexta*, *Venetiis*, cura Herm. Lichtenstein Coloniensis 1494.

Ibid. lin. 36 dubitatur de editione Speculi VINCENTII BELLOVACENSIS Veneta anni 1591, creditturque, annum 1491 esse ponendum, nullis tamen adiectis rationibus. Hagerus certe, mox laudandus, p. 662 nominat quoque Venetam anni 1591. Idem vero habet editiones a nobis omissas Basileensem de a. 1481, et Duacensem de a. 1594. Alii *) laudant *Moguntinam* de a. 1474, in bibliotheca Norimbergensi publica asservatam.

Cf. JOH. GEORG HAGERS *Geographischer Büchersaal* T. III. p. 563-586. p. 643-673, ubi fuse exponitur de Vincentio Bellov. eius speculis aliisque scriptis, in primis eius descriptione orbis terrarum, quantum eo tempore notus fuerit.

P. 90. LEONARDUS BRUNUS ARETINUS potius transferendus est in Sectionem XII de scriptoribus hist. univ. sui certique tantum temporis, et quidem ad p. 136 ante Pium II.

P. 91. lin. 33 editio Fasciculi temporum ibi excitata non *Augustae Vind.* typis impressa fuit, sed *Venetiis*; licet enim nulla fiat mentio loci impressionis: constat tamen, Ratdoltum eo tempore semper *Venetiis* typographiam exercuisse. Cf. I. C. SCHWARZ in Museo litterario Theotisce conscripto T. II. p. 258.

Ibid. lin. 34 et 35. Editiones ibi laudatae *Memmingensis* et *Coloniensis* una sunt eademque. Kune istam excudebat *Memmingae*, non vero *Coloniae*. Nihilo minus Colo-

*) v. c. *Christoph. Gottlieb von Murr* in *Beschreibung der vornehmsten Merkwürdigkeiten Nürnbergs* p. 103.

Colonienſis de a. 1482 exſtat, ab alio nimirum typographo excuſa. *Baſileenſem* anni 1482 typis impreſſit *Bernardus Richel: Argentoratenſes* vero a. 1487 et 1488 Ioh. Pryſs.

P. 92. lin. 34. Typographus editionis Baſileenſis a. 1491 audit *Nic. Kesler*. Editio auctior per *Ioh. de Gradibus* prodiit *Venetiis* 1492.

P. 94. lin. 22 pone 1516 loco 1500. Merito enim dubitatur de editione anno 1516 vetuſtiore. Fac etiam, adeſſe editionem de a. 1500, Melanchthonem a. 1497 natum operam in ea elimanda ponere haud potuiſſe, patet per ſe. — Cf. G. D. HOFFMANNI *Abhandlung von Melanchthons Verdienſten um die teutſche Reichs- und Staatsgeſchichte* p. 42 ſq.

P. 95. lin. 21 poſt *ibid.* pone 1574. 8. et 1598. 8. Editio libri Suriani exſtat quoque *Colonienſis* 1566. 8; omnium fortaſſis prima. Surii verſio Francogallica *Pariſiis* etiam repetita 1578. 8.

MICHAELIS *ab* ISSELT continuatio commentariorum Surianorum prodiit quoque *Coloniae* 1601. 8.

Surius cum continuatione Iſſelti quatuor partibus *Theotiſce Coloniae* in forma octava typis impreſſus eſt, et quidem Surius ab *Henr. Fabricio*, Iſſeltus vero a *Caſparo Ulenberg* translatus. Pars IV comprehendit Iſſelti continuationem ab a. 1575 usque ad 1586.

P. 101. lin. 16. Effugere vigilias noſtras, dum ibi de SEBASTIANO FRANCKIO commentati eſſemus, obſervationes, quas IOH. GEORG. SCHELHORNIUS liberaliter communicavit cum viris doctis ſuper compilatoris iſtius fatis ac ſcriptis in collectione notiſſima: *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhiſtorie und Litteratur* T. I. p. 109 ſqq. In memoriam illas revocavit AM ENDE meus amantiſſimus, cui magnam horum analectorum partem debeo. Schelhornius igitur l. c. e Franckii chronico ipſo clare oſtendit, illum minime fuiſſe Belgam, ſed Suevum, e civitate *Donawerda* oriundum. Schelhornius ſimul luculenter exponit de

de variis Franckii chronicis. *Am Ende* doctissimus refert, se possidere editionem primi a me excitati operis Franckiani de a. 1543 sine mentione loci impressionis, usque ad annum huncce continuatam. *Calonius Ghoenneirus*, non autem, ut nos scripsimus, *Colonius Gonneirus*, novam cum continuatione paravit editionem a. 1585. *Calonium* istum *Ghoenneirum* fuisse *Nicolaum Hueningerum*, historicum satis notum, qui anagrammatis ope nomen mutaverit, docuit Schelhornius l. c. p. 120.

P. 105. post lin. 29 addatur: FRANCISCUS ANTONIUS ZACCARIA in *Dissertazioni varie Italiane a storia ecclesiastica appartenenti* (Romae 1780. II Voll. in 8.) Diss. VI. Vol. I. disputat de litteratura operis Baroniani, testibus ephemeridibus Goettingensibus a. 1782. p. 660.

P. 106. lin. 20. *Prima* HELVICI Theatri historici editio prodiit *Gissae* 1609. *Secundae*, auctore iam defuncto, *Gissae* a. 1618. paullo auctius publicatae, epistolam dedicatoriam praemiserat *Ioh. Steuberus*, Prof. Gissensis, nomine viduae et liberorum Helvicianorum Oligero Rosencrantz, Regis Daniae consiliario, scriptam. Haec epistola in *tertia Francofurtensi* editione, quam a. 1628 bibliopolii Londinensis in Anglia praefecti in forma patente ediderunt, neglectis Steuberi et Rosencrantzii nominibus, non sine arcano quaestus *Lectori Benevolo* inscribitur, multisque in locis mutila et depravata legitur. In ea tamen editione plura usque ad annum 1618 accesserunt, atque etiam index. Secuta est *quarta* editio *Marburgi* 1638, cura IOH. BALTH. SCHUPPII, tunc eloqu. et hist. Prof. Marburgensis, postea Theol. D. et Past. Hamburgensis; ubi vix quicquam aliud praestitum, quam quod in duabus praecedentibus editionibus factum erat, quamvis in epistola praemissa opus continuatum dicatur in annum 1638. *Quinta* editio *Francofurtensis ad Moen.* 1666 usque ad eum annum continuata et aucta IOH.

IUSTO

P. 135. In classem scriptorum historiae universalis certi tantum temporis referri etiam potest: *Chronica von vil Namhafftigē geschichten die geschehē seind, seid mā zalt nach Christ geburt neun hundert vn̄ dreü jar. in Vngern. Behem. Oesterreich. Steürmarck. Bayern. Schwabē. Franckē. Welsch vn̄ Teütsche landt biss vff das jar* M.CCCCC.XVI. Sine mentione loci et typographi, $3\frac{1}{2}$ plagg. in 4. *Augustae Vindel.* ut videtur; historia nimirum huius urbis ubique inserta est. Editio secuta auctior: *Chronica New, Manicherley Hystorien, vnd besondere geschichten, Kürtzlich begreyffend, von dem Jar der geburt vnsers seligmachers Jesu Christi, bis in das M. D. vnd XXVIII. Erlengert.* Sine loci et typographi mentione (sed *Aug. Vind.* ap. Ulhart). $9\frac{1}{2}$ plagg. in 4. — Continuata usque ad a. 1529 titulo paullulum mutato: in fine legitur: *Gedruckt zu Augspurg, durch Phil. Vlhart.* 10 plagg. in 4. — Paullo post continuata usque ad a. 1530 S. l. et typogr. (sed ibid. eod.) $10\frac{1}{2}$ plagg. in 4. — Tandem multo auctius hoc titulo: *Chronica darinn auff das kurtzest werden begriffen, die Namhafftigsten geschichten, so sich under allen Kaysern, von der geburt Christi, bis auff das M. D. vnd XXXI Jar, verloffen haben.* In fine: *Getruckt zu Augspurg, durch Phil. Vlhart in Sant Katherinengassen.* $19\frac{1}{2}$ plagg. in 4. — Alia editio, adiecto Chronico Misnensi, *Vitemb.* 1532. 8. *Lips.* 1532. 8. *Vitemb.* 1534. 8. *Aug. Vind.* 1538. (24 plagg.) 4. *ibid.* 1542. ($26\frac{1}{2}$ plagg.) 4.

Eiusdem generis esse videntur libelli duo sequentes:

Annotatio seu Breviarium rerum memorabilium ac magis insignium a nato Christo usque ad nostra tempora gestarum. Ex probatissimis historiographis Industrie selectar. Opusculum novum, et antehac nunq. in lucem aeditum. *Turrelaci* per Valentinum Kobiān, An. 1530. ($3\frac{1}{2}$ plagg.) 4.

Epitome Chronicorum, ac magis insignium Historiarum Mundi velut Index: Ab orbe condito ad haec

haec usque tempora. Ex probatissimis quibusque Autoribus. Franc. Chri. Egenolphus (1533. m. Aug.) in 8 (8½ plagg.). Auctor et editor p. 2 ipse se nominat: HENRICHUS SELLARIUS.

P. 136. post lin. 4. *Ioh. Erhard Kapp*, Prof. olim Lipsiensis, a. 1748, ephemeridibus litterariis Lipsiensibus (N. 90.) publice declaravit, se editurum esse omnia THEODORICI DE NIEM opera: nunquam vero, quantum scimus, haec editio in publicam lucem prodiit. Quaerimus igitur, cur ista typis haud vulgata sit?

P. 137. lin. 2. IOVIUS non a. 1482, sed 1486 natus fuit, ut SCHEIBIUS p. 138 laudatus probavit. Idem editionem primam voluminis primi anno 1550, non vero a. 1548, adscribit.

Ibid. lin. 20 adde: Opera IOVII omnia his editionibus posterioribus comprehenduntur. Basileensis a. 1578 duobus voluminibus distributa est. I. P. H PRESCHER specimen versionis Theotiscae huius historici Italici non quidem perfectum, satis tamen probabile exhibuit, cum in lucem ederet: *Barbarossa, ein Fragment aus der Geschichte Kaiser Karls des Fünften; aus* Paul Jovius *übersetzt.* Nördlingen 1782. 8. In prooemio sine partium studio Iovii virtutes ac vitia diiudicantur.

P. 139. post lin. 5: ISSELTI historia sui temporis, supra p. 95 memorata, rectius huc pertinet.

Ibid. lin. 29 *la Maillé*) Ratione huius loci, ubi *Histoire universelle* D'AUBIGNE' typis impressa dicitur, digna sunt, quae hic repetantur, verba e *Mémoires de Madame de Maintenon* T. I. p. 94: *Le titre de la premiere edition du 3 tome porte, comme les 2 premiers, à* Maillé, par Jean Moussat — *Cependant on assure, qu'il fut imprimé à Loudun. Je croirois plutôt, que les premieres feuilles furent imprimés à Maillé en 1619, et les dernieres à Loudun, dans le commencement de 1620, que d'Aubigné passa à St. Jean d'Angely.* — Historia ipsa,

 ut

1 *Stück*. 1741. 8. Sine mentione loci, ubi liber excusus est.

L'année politique, contenant l'etat présent de l'Europe, ses Guerres, ses Revolutions, ses Sièges, ses Batailles, ses Negociations, ses Traités, et en général tout ce qui interesse la Politique des Gouvernemens, et les interêts des Princes, pour servir à l'histoire de 1758. Ouvrage periodique dont on donnera deux Volumes chaque année. Tome I, qui renferme les six premiers mois de l'année 1758. à Avignon 1759. 12.

P. 175. lin. 4 lege: ANTON CYRIACUS CARLBANSEN.

